UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bibliotheca Pontificia

Jacob, Louis

Lvgdvni, 1643

urn:nbn:de:hbz:466:1-11153

Visual Library

Th. 4906.

N. IV. 28.

Ex legato Celm̄i Principis Ferdinandi, Episcopi
Paderb: et Monaster: Ao 1683.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

BIBLIOTHECA PONTIFICIA

DVOBVS LIBRIS DISTINCTA.

In primo agitur ex professo de omnibus Romanis Pontificibus à S. Petro vsque ad S. D. N. Vrbanum VIII. ac de Pseudopontificibus, qui scriptis claruerunt. In secundo verò de omnibus Auctoribus, qui cùm in generali, tùm in particulari eorum vitas, & laudes, necnon præcellentiam auctoritatémve posteritati consecrârunt.

Cui adiungitur Catalogus Hæreticorum, qui aduersùs Romanos Pontifices aliquid ediderunt.

Variis & locupletissimis Indicibus exornata.

Accedit Fragmentum libelli S. Marcelli Romani Martyris, B. Petri Apostoli discipuli, è peruetusto Breuiario MS. Flauiniacensi desumptum, & hactenus ineditum.

De disputatione B. Petri & Simonis Magi.

Auctore R. P. F. LVDOVICO IACOB *à S. Carolo, Cabilonensi, Burgundo, Ordinis Carmelitarum alumno.*



LVGDVNI,
Sumptib. Hæred. Gabr. Boissat, & Laurentij Anisson.

M. DC. XLIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



EMINENTISSIMO

CARD. IVLIO MAZARINI

S.R.E. PRINCIPI MERITISSIMO,

FR. LVDOVICVS IACOB A S. CAROLO *Carmelita*

S. P. D.

EA videtur esse tuorum apud omnes meritorum æstimatio (CARDINALIS EMINENTISSIME) *ea præstantiæ dignitas, & rerum gestarum adeò spectata magnitudo, vt mihi vel ipsum nomen tuum in patrocinium & clientelam appellanti, necesse sit, mei tenuitatem ingenij, nequaquam parem recensendis tuis artibus, domi & militiæ probatissimis, iam tùm*

ab initio dicendi prætexere; quam si palæstra quædam Eloquentiæ fœlicior adiuuisset, si reconditioris litteraturæ adiumenta præcipua commendassent, ieiunam tamen, & inferiorem conatibus hisce meis existimem, adeò si quidpiam aliquid tuo nomine dignum, etiam meditatione assequi se posse confideret, vt eam, deprecaturus à te, quam inferret, iniuriam, temeritatis conuictam apertè condemnarem.

Quamobrem illius mihi maximè conscius, non aggrediar ad virtutum tuarum texendam panegyrim, quarum laudem splendescentem vbique (vt cum Lyrico loquar) *mediocris ingenij culpa detererem, ac potius interea dum versabuntur in hac argumentosa sanè materia viri studiorum fama percelebres, (quotus enim illorum quisque est, quem sua in id sponte propensum, rerum à te gestarum iucunda commemoratio non incitet.) Dum, inquam, illi nihil omittent industriæ, quæ tuo nomini deseruiat, nullum ornamentum à se desiderari patientur, quod argumenti dignitas expostulet. Dum apum dulcedinem suauissimis tuis moribus adumbrandis, Isocratis arculas & pigmenta delicatissimis ingenij tui ductibus delineandis, Tullianam eloquentiam figurarum vehiculo triumphantem sermonum tuorum attollendæ maiestati, Poëtarum æstrum, mentemque diuinissimam consiliorum tuorum rationibus exponendis, ac demùm omnes omnium colorum concursus, eminentiam, & di-*

stinctissi

ſtinctiſſimam confuſionem virtutum effingendis tua-
rum lineamentis, fœliciſſimi vtique opifices adhibe-
bunt. Ego & maximum capiam fructum ſingularis
omnium in te beneuolentiæ, & meæ (quæ certè nemi-
ni concedet vnquam) *vt ne ſignificationem deſide-*
res; non panegyrim, non arculas, non pigmenta, non
Poëtarum cantus, non elucubrationem vnius operis,
ſunt enim hæc obuia vel cuilibet, ſed Bibliothecam in-
tegram, & Cardinali meritiſſimo Pontificiam eandem
conſecrabo.

Atenim nè nomen tuum Europæ toti celeberrimum
temerè videar, EMINENTISSIME CARDINA-
LIS, *huic Bibliothecæ Pontificiæ præfixiſſe, momenta*
rationum ediſſeram, quæ me monerunt potiſſimùm in
tuam clientelam obtrectatorum inſaniæ vindicandæ
confugerem. Mouit me in primis humanitas tua ſin-
gularis, & diſſertationum oratoriarum auſcultatio ſa-
nè quàm diligens, habet enim admirationis non pa-
rum, quod oculatus teſtis obſeruare potui, Romæ vi-
gent etiamnum Academiæ, celebrant illas viri omni
ſcientiarum laude Principes, Philologis conceſſus eſt
frequens, texuntur Poëmata, recitantur orationes ex
tempore, feruet diſputatio rerum arcanarum ſolers in-
dagatrix, conuolant Auditores, applauditur, quæ qui-
dem exercitationes ingeniorum cùm laudatiſſimæ ſunt,
tum eo pleriſque omnibus gratiores acciderunt, quod
non rarò præſentia tua cohoneſtaſti, probaſti iudicio,

& in disputationem interdum mira litteratorum congratulatione descendisti.

Quid quòd Bibliothecam ibidem instruxeris, quam selecta librorum supellectili, magnis impensis, non modò locupletasti, sed etiam ornasti ita bellè, vt nominatissimas quasque post se relinquat, quanto bene de litteris meritorum compendio, inde licèt æstimare, quòd illius illis aditum non tam patefeciſſe, quàm, quæ est humanitas tua, maiestatem tuæ purpuræ reueritos, ad eam compellere videaris, cuius Bibliothecæ commodis mirùm quantum faciet, quòd eam in palatio tuo Quirinali Musarum amœnissima statione collocandam designasti, prouinciamque dedisti librorum delectum habendi Gabrieli Naudæo, cuius cùm ante summam eruditionem pariter & integritatem vitæ Roma suspexerit, in eam spem de te iam venit, vt talis ac tantus vir te impulsore sibi postliminio concedatur.

Accedit quòd Ioannis Lotti, & Bartholomæi Tortoletti, aliorumque doctrinæ non vulgaris hominum fortunas, partim commendatione tua iuueris, partim etiam in tuto collocaris, nullumque omnino officium prætermiseris, quod à te posset in litteratorum ornamentum proficisci.

Quæ cùm omnia per illud tempus inspicerem, quo mihi Romæ esse summa cum animi mei voluptate licuit, cœpit me primùm tuarum virtutum ingens admiratio, excepit deinceps admirationem meam ardens

signifi

ſignicandæ in tantum virum obſeruantiæ deſiderium, quo defunctus eſſe mihi aliquatenus videor, cùm Bibliothecam iſtam Pontificiam tuo nomini dedicaui, quæ noctibus Romanis elaborata, Quirinalem tuam adire geſtit, & in ea perinde quaſi in Apollinis Palatini templo ſempiternæ poſterorum memoriæ commendari.

Et verò æternitatem ſpirant, quæcumque te ſpectant, impleuiſti Galliam famâ nominis tui, Hiſpaniam prudentiæ laude, ſanctimoniâ morum Italiam; quid magis æternum, quàm quod æternæ populorum memoriæ conſignatur. Te litteratorum Mecœnatem facient æternum ſtudioſorum monimenta. Te Principem Eccleſiæ meminerint qui ex alijs alij noſtram ætatem conſequentur. Ego, quod in votis eſt vt maximè, quandiu Pontificiæ littera non ſilebunt, famam nominis tui apud poſteros immortalem deriuabo. Vale.

Datum Lugduni die 1. *Decembr. ann. ſalutis* 1642.

PRÆFA

PRÆFATIO
Ad Lectorem.

NON hîc ego te per delicias accerſitas verborum, & exquiſitiùs ad ſpeciem comparata dicendi lenocinia, intempeſtiuámque laſciuientis ſtili luxuriem fatigabo (MI LECTOR) nec addam ambitiosè muneri meo atque operi inſtituto pompam, ædituorum more, qui, quod ait Maximus Tyrius, *Diuorum ſtatuas aureis & argenteis peplis circumdant, quo ornamentorum reuerentia, mortalium ſpem atque expectationem augeant.* Neque tibi faſtidioſam in limine patientiam cum Antiſtitibus Eleuſinæ matris imponam, qui ſuis illis imbuendos & inaugurandos myſteriis toto quinquennio morabantur ad fores, vt (quod magnificè Septimus Florens ſcripſit) opinionem ſuſpendio cognitionis ædificarent: atque ita tantam maieſtatem exhibere viderentur, quantam præſtruxiſſent cupiditatem. Ante tamen nonnihil in hoc operis veſtibulo ſuſtinere te, quàm in adyta penetres, operæ curæque pretium duxi, tum ne ſuſcepti te conſilij moueat inſolentia, tum vt vndique perſpectum habeas noſtri operis inſtitutum.

Ex

Ex quo mihi per doctorum hominum vſum & conſuetudinem, tractationémque librorum, aliqua ſacræ humanæque litteraturæ cognitio contigit, ſemper ita perſuaſum fuit nihil iuxtà cum rebus ſacris eſſe dignum in quo noſtra omnis, & ingeniorum omniũ verſaretur induſtria. Hunc autem ab ingeniis mortalibus cultum & reuerentiam cùm ea omnia iure quodam proprio ſibi vindicant, quibus dignationem ſuam tanquam ſupellectilis ſuæ, notam & gentile ſignum Numen impreſſit, Romano Pontifici ſummo rerum ſacrarum Antiſtiti, & terrarum pro Deo moderatori & arbitro, præcipuo certè debetur, ex quo nempe tanquam ex Principe ſecundùm Deum ſanctitatis fonte quidquid terrarum vſpiam religioſum & ſanctum eſt, venerationem in ſe maieſtatémque deriuat. Mihi verò, quanquam non tantum indoles & natura indulſit vt acie mentis atque ingenio popularem modum mediúmque præteream; tamen vt amant etiam infima, ſumma affectare conſiliis, vnde ſe ſpectatius ad famam nobilitent, & naturæ, ſi qua eſt in ingenij tenuitate, iniuriam, ſi minus temeritatis, audaciæ certè commendatione diſcutiant. Mihi, inquam, antiquius fuit fontem aggredi, quàm riuos ſectari; caput religioſè contingere, quàm pedes demiſſiùs venerari, & quia fermè nobis ea magis obſcura ſunt, quæ à ſenſibus & oculis maieſtas cœlo propius intulit, & ex eorum notitia inferioribus lux plerumque affunditur, Summorum Pontificum res & ſcripta, vel nouo ordine nota perſequi, vel illuſtrare coniecturis dubiæ, vel obliuione ſepulta penitus, & ex tanto temporum in-

teruallo dilapsa in lucem iterum adeoque in vitam proferre.

Tamen siue quæ meum animum hactenus perfudit religio, siue ad tam excelsum opus & arduum tenuitatis ingenua conscientia, siue diuinis rebus addita verecundia cupiditatem meam ad egregium cætera decus vel ex dignitate operis capiendum ad modum incitatam, ab destinato labore & propemodum cœpto reuocauit. Itaque quæ duæ res in contrarias partes plurimum possunt metus atque cupiditas, eæ sic alternis quasi meum agitarunt ingenium, aut potiùs temperarunt, vt cùm refrænaret altera, altera stimulos admoueret, vtraque ad se raperet, neutra tamen omnino abriperet. Dedi ergo apparatum omnem instrumentúmque scribendi voluntati meæ, quod priuatim operosum perinde est ac iucundum. Dedi verecundiæ ac timori meo tenebras & silentium, quod est etiam religiosum: & verò res tota æternis inuoluta tenebris, & addicta silentio iacuisset, nisi quæ fortuna præter opinionem, certè spem, afferendæ labori meo lucis causam egregiam, & abrumpendi silentij necessitudinem honestissimam inuexisset.

Versabar ante aliquot annos Romæ, cùm pro familiari quæ mihi cum illo coaluerat necessitudine vir eruditissimus Gabriel Naudæus Parisinus, qui tum Eminentissimi Cardinalis à Balneo librariæ supellectili præerat, amicè me qua precibus, qua suasionibus inuitauit, vt ad eorum Pontificum scripta qui aliqua pietatis, aut ingeniis eruditionis suæ monimenta posteris tradidissent, studium meum operámque conferrem, redacta

redactaque in ordinem atque illustrata darem publico, eoque facto de vniuersa peritorum hominum natione optimè mererì vellem. Ego verò cùm hanc prouinciam mea sponte non grauatè, tum accedente tanti viri auctoritate cupidè libentérque suscepi, maximè postquam communicatis cum eo nonnullis capitibus quæ legendo commentandóque semesa rudera vetustatis collegeram. Eiusmodi fore censuit laborem hunc meum qui non pœnitendum famæ meæ, maximum verò publicæ vtilitati, facturus operæ pretium videretur.

Quanquam enim intelligebam satis quantum vltro nominis discrimen incurrerem, & quàm impar pondus susciperem, viribus ingenij mei; malui tamen sperare de me arrogantius aliquanto, quàm eius authoritati minus tribuere, & modestiorem in me de ingenio meo sensum, quàm in hominem tantæ prudentiæ, & ingenij tam excellentis obseruantiã desiderari. Præterquam quòd cùm eius generis institutum sit vt maximum in eo perficiendo momentum multiplex librorum lectio, & accurata vetustatis inuestigatio allatura videatur, haud ægrè mihi persuasi, quod ab ingenij acie præstantiáque deficeret obstinata contentione animi, & laboris improbitate suppleturum. Mutos enim magistros libros appellitant, à quibus tantùm in promptu doceri sit, quantum nescias; ego verò dixerim fœneratores egregios alienę scientię atque ingenij, ex quibus quantum velis tantum accipies; tantum accedat tibi, quantum acceperis, cùm tamen nihil de summa decesserit. Aliis itaque studiis omissis omnino atque depositis tres ipsos annos lectioni me totum dedi, quo tempore celeberrimas Italiæ Bibliothecas perlustraui,

cumque in Gallias remigrassem, fecit eruditorum hominum ingens copia,& par humanitas,vt cùm ex eorum vsu familiari, tum ex reconditiorum authorum cognitione, multum proficerem,& maximam nominis mei,& huiusce operis laudem humanitati Gallicæ, & eruditioni deberem.

Et si verò non me latet hoc idem meum scribendi consilium, in mentem venisse quamplurimis, ídque mihi non mediocri gloriæ putem assignandum, quod ingeniorum prima lumina, & maxima litterariæ Reipublicæ ornamenta in eandem mecum mentem & consilium conspirarint. Scio enim illustrissimum, & eruditissimum Henricum Ludouicum Castaneum Rupipossæum, Nomenclaturæ Cardinalium authorem, Tolosæ primum, deinceps Pictauis prodiisse, memini Franciscum Svvertium Antuerpiensem,in suis Athenis Belgicis spem facere Bibliothecæ Romanorum Pontificum, & S.R.E.Cardinalium, hactenus ineditæ, paulo mox publicandæ,habemus præterea etiamnum in oculis & manibus Franciscum Mariam Turringium Romanum, qui anno 1641. in 4. de Eminentissimis S. R. E.Cardinalibus scriptoribus volumen mandauit typis, alterúmque itidem eiusdem argumenti de Pontificibus pollicetur. Quare si laboris mei fructum & huiusce operis laudem, ex mea non illis viris vndique summis contentione existimem, nec vllum ego quidem locum inter eruditos, nec in bibliothecis labor meus inuenturus esse videatur. Non tamen hæc animo cùm reputarem omnia, vel à labore propterea destiti, vel abrupi consilium, vel spem omnem priuati nominis, aut communis compendij omittendam putaui.

Habet

Habet enim aliquid ſemper nouum, & fortaſſe etiam aliquando iucundum, ipſa ſtili & ſcribendi varietas, quæque argumento paria ſunt, prærogatiuam ſermonis prehenſare ambitione laudabili poſſunt; eam inſuper inii rationem operis partitionémque membrorum, vt hoc vno nomine nouo munere Rempublicam hominum eruditorum impertiar. Non enim operis priori parte Summorum Pontificum, qui ſcriptis ſuis memoriam ſibi gloriámque pepererunt, res & vitam perſequendam propoſui, ſed ad abſolutam omnibus numeris illorum notitiam, ne quid induſtriæ meæ, vel laboris à quoquam requiri poſſit, eorum omnium cenſum iniiciam, qui eorum vitas, aut medio hiſtoriæ ſtilo, aut diuiniori tractauerint. Ad hæc præclarè facta, & quælibet alia, memoria poſteritatis, & piorum hominum commendatione digniſſima, colligam, & enumerabo coniunctim, quæ ſparſim alij alia prodiderunt. Nec verò me pigebit id quod ad inſtitutum facit vel maximè, ne qua ſuſpicio criminis, aut infamiæ leuis vmbra, maximorum hominum adhæreſcere nomini, notare memoriam, vitam aſpergere, inquinare gloriam poſſit, inſanos Lutheranæ, & Caluinianæ ſectæ latratus & iectas per ſummam audaciam & impietatem vltimam viris ſanctiſſimis, ſedi Principi, authoritati Apoſtolicæ, eiúſque Antiſtitum calumnias, & criminationes afferre, quibus cum eò ſpectent potiſſimum homines furioſi, vt Antichriſti perſonam atque inuidiam Pontificibus Romanis infligant, efficiam rationum momentis, vt eandem infamiam ipſi iure ſuſtineant, quam in ſanctitatis deriuare ſedem, & ab impuriſſimis miniſtellis in viros, virtute præſtantes, eruditione nobiles, & claros miraculis

raculis inclinare contendunt. Illi enim haud dubiè sacrilegam Antichristi prouinciam, & munus in anteceſſum ſibi vendicant, & iure impietatis arripiunt, digni magiſtro diſcipuli qui corruptæ doctrinæ malè ominatis facibus imperitæ plebeculæ ad perniciem æternam prælucent.

Iam quo Iuriſperitis noſtris atque Theologis perſpectior ſit eorum authorum cognitio, qui ad confutandos ſectariorum errores atque calumnias vtiles eſſe poſſunt, ſectariiſque viciſſim in promptu, vnde veritatem ingenuam, & ſinceram doctrinam putant, à Catholicis nempe ſcriptoribus, qui ſola veritatis authoritate permoti diuinas res religioſè caſtéque tractarunt, cùm è diuerſo ſectarij, inſano maledicendi ſtudio ad omnem impietatem abrepti mentiendi & calumniandi licentiam alienis de ſe poſterorum iudiciis prætulerunt. Ea re(inquam)Iuriſperitorum, & Theologorum vtriuſque factionis album,qui Sedem Apoſtolicam aut petierint,aut defenderint,ad operis mei calcem attexui.

De hiſtoricis id moneo, connixum pro virili me vt hac in parte potiſſimum diligentia mea conſtaret, & ſi cui in poſterum cupido inceſſerit, hiſtorias vitáſque Pontificum ordine pertexere, accurata veterum Scriptorum cognitio, quam in hoc opere enucleatam reperiet maximo laboris temporiſque compendio eſſe poſſit.

Cæterùm hoc in opere,candide Lector, veritus in primis ſum, & quidem vt mihi videor haud immerito, vt ne debile ingenium intricatis ambagibus ita inuoluerem, & in eas difficultates incurrerem, vt nec illas explicare

cæ ſatis, nec ab iſtis expedire me è ſententia poſſem, quod haud ægrè quiſque coniiciet, qui molem operis & rerum dicendarum copiam cogitabit. Ita enim de ſingulis Pontificibus apud ſe quiſque ſtatuet, iuſtum volumen haud magno negotio ſcribendum, ſiquidem quæcumque pro Reipublicæ Chriſtianæ ſalute ac commodis, quæque priuatim ornarunt ſingulas laudes omnes accuratus ſcriptor pro dignitate tractaret. Ego verò qui colligatos aptè crines atque compoſitos elegantiùs conueſtire formam, quàm diſſipatos & neglectim diſſolutos non neſcio immodicam ſententiarum, orationíſque luxuriem, ſeueriori caſtigandam iudicio, & compeſcendam putaui, vt quanto minus verborum & exquiſitæ ambitioſiùs pompæ, tanto plus hoc in opere ſucci medullæque lateret; in quo meam vtcumque eſt operam, æqui boni conſulas velim, candide Lector, & hoc qualecumque ſtudiorum meorum, & ſcribendi tyrocinium, humanitate tua, & limæ cenſoriæ lenitate foueas, & tuteris; ſcio enim aliter alios, & ad libidinem atque ex voluntate perplures de inſtituto meo ſtudiíſque ſententiam eſſe laturos; nec enim tam egregiè mecum agendum ſperem, nedum optem, vt quandoquidem in Scriptorum numerum quamuis indigniùs venimus, aliam ab illis famæ fortunam, atque aleam adeamus, nec eò vnquam arrogantiæ mea ſpes ſpirauit, vt hoc opus ab omnibus in acceptum referatur, quod nec in vllius quidem poteſtate poſitum, ex hominum ſuperiorum fortuna, omniúmque temporum experimento conficitur; mihi tamen & labori meo, id vnum operæpretium cupio, vt quidquid inde laudis gloriæque extiterit, in ſupremi numinis tanquam

quam authorum laudem & gloriam vniuerſam redundet. Maledicis iniquiſque cenſoribus id vnum quod reponam ſuccurrit. Et ſanè abundè conſuluerim famæ meæ, ſi calumniæ Hieronymi ſcutum opponam, is enim obtrectatoribus ſuis, omnibúſque carmen hoc cecinit: *Ignorantes quid audiant, & quid loquantur, de eo audent iudicare quod neſciunt, & ante deſpiciunt quàm probent, eruditóſque ſe exiſtimant, & diſertos, & in eo ſe ſcire aliquid arbitrantur, ſi de cunctis ſcriptoribus detrahant.*

LICENTIA

Reuerendissimi Patris Alberti Massarij, Vicarij Generalis Apostolici Ordinis Carmelitarum.

NOs Fr. Albertus Massarius, S. Theolog. Magister, ac humilis Vicarius Generalis Apostolicus Ordinis Carmelitarum antiquæ Regularis Obseruantiæ, auctoritate nostra præsentium tenore licentiam concedimus R. P. Ludouico Iacob à S. Carolo, nostræ Prouinciæ Narbonæ professo Sacerdoti, typis mandandi *Bibliothecam Pontificiam duobus libris distinctam.* In primo agitur ex professo de omnibus Romanis Pontificibus à S. Petro vque ad S.D.N. Vrbanum VIII. qui scriptis claruerunt. In secundo verò de omnibus auctoribus, qui cùm in generali, tum in particulari eorum vitas, res gestas, & laudes scripserunt, &c. ab ipso collectam, & compilatam, si illi ad quos spectat, eam luce dignam iudicauerint. In quorum fidem, &c. Datum Romæ apud D.N. Transpontinam die 20. Septembris anno 1642.

FR. ALBERTVS MASSARIVS, *Vicarius Generalis Apostolicus Carmelitarum.*

Locus Sigilli.

FR. FRANCISCVS MONTIVS *Secretarius Ordinis.*

APPROBATIONES

R.P. Magistri Reginaldi de Vaulx, Doctoris Parisiensis, Ordinis Carmelitarum.

VT Bibliotheca hæc Pontificia *ex his conflatur, qui errare, saltem in fide, minimè possunt, vt vniuersalis credit Ecclesia: ita nulli in ea quærendi sunt errores. Fideliter enim ac summa cum solertia ab Auctore suo collecta est, ac emendata; idcirco non modò inoffenso pede, sed etiam vtilissimè legi ac decurri posse ego infrascriptus Doctor Almæ facultatis Parisiensis, ac maioris Conuentus Patrum Carmelitarum Lugdunensium Prior testor. Actum in Carmelo nostro Lugdunensi die decima septima Decembris anni Domini millesimi sexcentesimi quadragesimi primi.*

FR. REGINALDVS DE VAVLX, humilis Prior PP. Carmelitarum Lugdunensium.

R. P. Magistri Claudij Perier, Doctoris Theologi Ordinis Carmelitarum.

EGo Fr. Claudius Perier Almæ facultatis Tolosanæ Doctor, & Carmelitarum Ordinis professus Sacerdos, quam libenti animo *Bibliothecam Pontificiam*, non modò ingenti & fideli labore à R. P. Ludouico Iacob à S. Carolo, eiusdem Ordinis Carmelitici professo Sacerdote, concinnatam esse attestor, verùm Pontificiam maiestatem sapere ad sobrietatem contendo. Datum in Carmelo nostro Lugdunensi die 2. Ianuarij 1642.

FR. CLAVDIVS PERIER.

R.P.Ma

R. P. Magistri Michaëlis Micard, Doctoris Parisiensis Ordinis Minorum.

EGo infrascriptus facultatis Parisiensis Doctor Theologus, & Conuentus S. Bonauenturæ Lugduni Guardianus; testor me vidisse, ac legisse librum, Bibliotheca Pontificia, *inscriptum, in quo omnia & singula orthodoxæ fidei consona, & maximo cum labore inuestigata, ac proinde dignum qui prælo committatur, iudico. Datum in prædicto Conuentu vigesima Decembris anni* 1641.

FR. MICHAEL MICARD.

R. P. Magistri Joannis Chauanon, Doctoris Theologi Ordinis Prædicatorum.

SIlerent modò omnes Magnates terræ, nisi eorum virtus celebritate nominis sui, & stilo Scriptorum, qui famam eorum ebuccinant, animos omnium posterorum vehementer commoueret. Silerent quoque non solùm Consules, & Tribuni illi terræ, de quibus S. Iob agit, nisi historici loquerentur. Denique mihi silere visi fuissent Summi Pontifices Romani vitâ functi, quorum sonus in omnem terram olim exiuit, teste Prophetâ, nisi in hoc Opere R.P.F. Ludouicus Iacob à Sancto Carolo, Author duorum librorum, ex quibus constat *Bibliotheca Pontificia*, eorum nomina celeberrima velut è tumulo suscitasset. Tantùm ergo eius opus censeo, sentióque, vt in lucem prodire mereatur. Ita testor Lugduni in Conuentu Fratrum Ordinis Prædicatorum die 14. Ianuarij anni Domini 1642.

FR. IOANNES CHAVANON.

R. P. Magistri Joannis Teste-fort, Doctoris Theologi Ordinis Prædicatorum.

Istam *Bibliothecam Pontificiam*, non mole quidem corporea nimis immensam, sed spiritu & neruis ingentem, mirâ cum animi voluptate legi, selegi, collegi, probaui, approbaui, & legendam esse duxi, vt omnes eum inde fructum eliciant, quem ex huius laborioſi operis lectione deprompſi. Videns enim Summos Pontifices non minùs Epitaphiis, quàm celsis meritis locupletatos, à mortis falce demersos, communem vniuersæ carnis ingressos esse viam, (in talem enim finem maxima quæque dilabuntur) à sapore rerum carnalium, ad saporem spiritualium, & æternarum animum traduxi meum. Datum Lugduni die 9. Ianuarij anni Domini 1642.

FR. IOANNES TESTE-FORT.

Clarissimi viri Joannis Claudij de Ville, in S. Theologia Magistri, in Ecclesia S. Crucis Custodis, & D. D. Alphonsi Ludouici du Plessis de Richelieu, Eminentissimi Cardinalis, ac Reuerendissimi Archiepiscopi Lugdunensis, Vicarij Generalis substituti.

INspectis à nobis præfatorum S. Theologiæ Doctorum scripto consignatis testificationibus de historiæ veritate & sana doctrina huius *Bibliothecæ Pontificiæ duobus libris distinctæ*, R. P. F. Ludouico Iacob à S. Carolo, Ordinis Carmelitarum alumno Auctore, in propalandis Summorum Pontificum encomiis. Nos tam sanctorum Patrum, virtutibus iure debitas commendationes, támque salutaris vitæ sanctioris Ecclesiæ fidelibus exempla destinata, concedere præli opera æquissimum iudicauimus. Lugduni 15. Cal. Febr. 1642.

DE VILLE, *Vic. Gen. Subst.*

Summa

Summa Priuilegij à Christianissimo Galliarum Rege concessi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis authoritate sancitum est, ac patentibus litteris cautum, ne quis in regno suo, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos septem annos à die primæ impressionis inchoandos, ac numerandos excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo & ratione curet, librum, qui inscribitur: *Bibliotheca Pontificia*, Authore R. P. F. Ludouico Iacob à Sancto Carolo, Ordinis Carmelitarum, præter eum, vel illos quibus ipsemet concesserit licentiam: ídque sub confiscatione librorum, aliisque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis die 19. Iulij, anno 1642.

De mandato Regis

Signatum,

OLIER.

EGo *præfatus Ludouicus Iacob à Sancto Carolo, virtute prædicti priuilegij consensum meum præbeo, vt dictum librum imprimat* LAVRENTIVS ANISSON, *Bibliopola Lugdunensis. Datum Lugduni die 3. Februarij* 1643.

FR. LVD. IACOB à S. Carolo.

INDEX

ROMANORVM PONTIFICVM Scriptorum, ad facilem Lectoris inuentionem.

A.

ADeodatvs. pag. 1
Agapetus I. 2
Agapetus II. 3
Agatho. ibid.
Alexander I. 5
Alexander II. 6
Alexander III. 8
Alexander IV. 10
Alexander V. 11
Alexander VI. 13
Anacletus. 14
Anastasius I. 15
Anastasius II. 16
Anastasius IV. 17
Anicetus. 18
Anterus. 19

B.

BEnedictus I ibid.
Benedictus II. 20
Benedictus III. 21
Benedictus VII. dictus VIII. ibid.
Benedictus IX. 22
Benedictus XII. 24
Bonifacius I. 25
Bonifacius II. 27
Bonifacius III. 28
Bonifacius IV. ibid.
Bonifacius V. 30
Bonifacius VIII. 32
Bonifacius IX. 34

C.

CAius. 55
Calixtus I. 36
Calixtus II. 36
Calixtus III. 38
Celestinus I. 39
Celestinus II. 40
Celestinus III. 41
Celestinus IV. ibid.
Celestinus V. 42
Clemens I. 44
Clemens II. 47
Clemens III. 48
Clemens IV. ibid.
Clemens V. 53

Clemens

Clemens VI. 55
Clemens VII. 56
Clemens VIII. 57
Cletus. 58
Conſtantinus. ibid.
Cornelius. ibid.

D.

DAmaſus I. 59
Deuſdedit. 63
Dionyſius. 62

E.

ELeutherius. 63
Euariſtus. 64
Eugenius I. ibid.
Eugenius II. 65
Eugenius III. ibid.
Eugenius IV. 67
Euſebius. 69
Eutychianus. 69

F.

FAbianus. 70
Felix I. 71
Felix II. 72
Felix III. 73
Felix IV. 74
Formoſus. 75

G.

GElaſius I. 75
Gelaſius II. 78
Gregorius I. 80
Gregorius II. 88
Gregorius III. 89
Gregorius IV. 90
Gregorius V. 91
Gregorius VI. 92
Gregorius VII. ibid.
Gregorius VIII. 94
Gregorius IX. ibid.
Gregorius X. 95
Gregorius XI. 96
Gregorius XII. 97
Gregorius XIII. 98
Gregorius XIV. 100
Gregorius XV. ibid.

H.

HAdrianus I. 102
Hadrianus II. 104
Hadrianus III. 105
Hadrianus IV. ibid.
Hadrianus V. 106
Hadrianus VI. 107
Hilarius. 109
Honorius I. 110
Honorius II. 111
Honorius III. 111
Honorius IV. 113
Hormiſda. ibid.
Hyginus. 114

I.

INnocentius I. 115
Innocentius II. 116
Innocentius III. 117

Inno

Innocentius IV. 120
Innocentius V. 123
Innocentius VI. 125
Innocentius VII. ibid.
Innocentius VIII. 126
Innocentius IX. 127
Ioannes I. ibid.
Ioannes II. 128
Ioannes III. 130
Ioannes IV. ibid.
Ioannes V. 131
Ioannes VII. ibid.
Ioannes VIII. 132
Ioannes IX. 133
Ioannes X. ibid.
Ioannes XI. 134
Ioannes XII. ibid.
Ioannes XIII. ibid.
Ioannes XV. 135
Ioannes XVII. 136
Ioannes XVIII. ibid.
Ioannes XIX. vel XXI. 137
Ioannes XX. vel XXII. 138
Ioannes XXIII. 140
Iulius I. 141
Iulius II. 142
Iulius III. ibid.

L.

Leo I. 143
Leo II. 147
Leo III. ibid.
Leo IV. 148
Leo VI. 149
Leo VIII. ibid.
Leo IX. ibid.
Leo X. 151
Leo XI. 152
Liberius. ibid.
Linus. 153
Lucius I. 154
Lucius II. 155
Lucius III. ibid.

M.

Marcellinus. 159
Marcellus I. 157
Marcellus II. 158
Marcus. 156
Marinus I. 159
Marinus II. 160
Martinus I. ibid.
Martinus II. vel IV. 161
Martinus III. vel V. ibid.
Melchiades. 162

N.

Nicolaus I. 163
Nicolaus II. 164
Nicolaus III. 165
Nicolaus IV. ibid.
Nicolaus V. 167

P.

Paschalis I. 168
Paschalis II. 169
Paulus I. 170
Paulus II. ibid.
Paulus III. 171
Paulus IV. 172

Paulus V,

Paulus V. 174
Pelagius I. 175
Pelagius II. ibid.
S. Petrus. 176
Pius I. 186
Pius II. 187
Pius III. 192
Pius IV. 193
Pius V. 194
Pontianus. 196

S.

Sabinianus. 196
Sergius I. 197
Sergius II. ibid.
Sergius III. 198
Sergius IV. ibid.
Simplicius. 199
Siricius. 200
Sixtus I. 201
Sixtus II. 202
Sixtus III. ibid.
Sixtus IV. 203
Sixtus V. 205
Soter. 206
Stephanus I. 207
Stephanus III. 208
Stephanus IV. ibid.
Stephanus V. 209
Stephanus VI. ibid.
Stephanus VII. 210
Stephanus IX. ibid.
Stephanus X. 211
Syluerius. 212
Syluester I. ibid.
Syluester II. 213
Symmachus. 216

T.

Theleſphorus. 216
Theodorus I. 217

V.

Victor I. 218
Victor III. 219
Vigilius. 220
Vitalianus. 221
Vrbanus I. ibid.
Vrbanus II. 222
Vrbanus III. 224
Vrbanus IV. ibid.
Vrbanus V. 225
Vrbanus VI. 227
Vrbanus VII. 228
Vrbanus VIII. ibid.

Z.

Zacharias. 230
Zepherinus. 232
Zozimus. ibid.

Index Pſeudopontificum Scriptorum.

Anacletus II. 234
Benedictus XIII. ibidem.
Clemens VII. 235
Conſtantinus. pag.
Nicolaus V. 236
Nouatianus. ibid.
Paſchalis. ibid.
Paſchalis III. vel IV.
Victor IV.

INDEX

SCRIPTORVM LIBRI SECVNDI.

A.

SANCTVS Abbo, Gallus. pag. 237
Abdelmessias. ibid.
Abdias. ibid.
Abelius Sammarthanus. 238
Abrahamus Bzouius. ibid.
Achilles Statius. ibid.
Acta Bonifacij. ibid.
Acta Concilij Parisiensis. 239
Acta Consistorij. ibid.
Acta legationis Petri. ibid.
Acta legationum. ibid.
Adam Abbas. ibid.
Adam Archidiaconus. ibid.
Adam Delphinus. ibid.
A. de Shinuciis. ibid.
Adamus Estonus. ibid.
Adamus Tannerus. 240
Adamus Victorinus. ibid.
Adelarius. ibid.
S. Ado Viennensis. ibid.
Adolphus Schulkenius. ibid.
Adrianus Castellensis. ibid.
Ægidius Albertinus. 241
Ægidius Bucherus. ibid.
Ægidius Columna. ibid.
Ægidius Diepenborrius. ibid.
Ægidius, Raphaël, & Ioannes Sadeler. ibid.
Ægidius Richardus. 242
Ægidius Viterbiensis. ibid.
Æneas Syluius. ibid.
Agapeti vita. ibid.
Agathonis vita. ibid.
Agatius de Summa. ibid.
S. Agobardus. ibid.
Alanus Copus. 243
Albericus Cardinalis. ibid.
Albertus Crantzius. ibid.
Albertus Monachus. ibid.
Albertus Pighius. ibid.
Albertus Pius. ibid.
Albertus Præsul Vesprimensis. ibid.
Albertus Suiecickius. ibid.
Alcuinus. 244
Aldus Manutius. ibid.
Alexander Anglus. ibid.
Alexander Bolognetus. ibid.
Alexander Burgius. ibid.
Alexander Campegius. ibid.
Alexander Carrerius. ibid.
Alexander Cochranc. 245
Alexander à S. Elpidio. ibid.
Alexander Fichetus, hîc apponendus.

Alexander

Alexander Leonardi. ibid.
Alexander Lysca. ibid.
Alexander Raynaldus. ibid.
Alexander Turrianus. 246
Alexander Villadeus. ibid.
Alexander Vindocinensis. ibid.
Alfredus Anglorum Rex. ibid.
Aloysius Iuglaris. ibid.
Aloysius Lipomanus. ibid.
Aloysius Nouarinus. ibid.
Alphonsus Aluares. 247
Alphonsus Ciaconius. ibid.
Alphonsus de Castro. ibid.
Alphonsus Gonzales Mendoza. ibid.
Alphonsus Salmeron. 248
Alphonsus Tostatus. ibid.
Alphonsus Villegas. ibid.
Amalricus Augerius. ibid.
Amatus Monachus. ibid.
S. Ambrosius. ibid.
Ambrosius Spinola. 249
Ambrosius de Vignate. ibid.
Amedeus Pacificus. ibid.
Ammonius Alexandrinus. ibid.
Anastasius Bibliothecarius. ibid.
Andreas Baianus. ibid.
Andreas Barbatias. 250
Andreas Bauria. ibid.
Andreas Bilius. ibid.
Andreas Blancus. ibid.
Andreas Ducheſnius. ibid.
Andreas du-Valius. 251
Andreas Eudæmon. ibid.
Andreas Hoyus. ibid.
Andreas Iacobatius. ibid.
Andreas S. Michaëlis Abbas. ibid.
Andreas Sausſayus. 252
Andreas Turellus. ibid.
Andreas Victorellus. ibid.
Androinus de Rocca. 253
Angelus Acciaiuolus. ibid.
Angelus Anachoreta. ibid.
Angelus Bargæus. ibid.
Angelus Fundius. 254
Angelus Manrique. ibid.
Angelus Politianus. ibid.
Angelus Rocca. ibid.
Anglicani Romani Collegij Commentarius. 257
Annibaldus Ceccanus. ibid.
Annibaldus Crancius. ibid.
Anonymi. ibid. & 258. 259. & 260
S. Anselmus. ibid.
S. Anselmus Mantuanus. 261
Anselmus Marsicanus. ibid.
Anselmus Remensis. ibid.
S. Antoninus. ibid.
Antonius Artusius. ibid.
Antonius Auberius. ibid.
Antonius Bosius. 262
Antonius Buccapadulus. ibid.
Antonius Caracciolus. ibid.
Antonius Caraffa. ibid.
Antonius Cicarella. ibid.
Antonius Cordubensis. 263
Antonius Cornelius Lynnichanus. ibid.
Antonius Florebellus. ibid.

Antonius à Fronte maiori. ibid.
Antonius Franciſcus Rainerius. ibid.
Antonius Galeacius Bentiuolus. ibid.
Antonius Gallonius. ibid.
Antonius Gentius. ibid.
Antonius Georgius. 264
Antonius Giraldinus. ibid.
Antonius Mota. ibid.
Antonius Nigrinus. ibid.
Antonius Petri. ibid.
Antonius Polus. ibid.
Antonius Poſſeuinus. ibid.
Antonius Pratus. 265
Antonius Puccius. ibid.
Antonius Quærengus. ibid.
Antonius Quirinus. ibid.
Antonius Rebbe. ibid.
Antonius Roſellus. ibid.
Antonius Ruffius. 266
Antonius Sanctorellus. ibid.
Antonius Sanderus. ibid.
Antonius Saxanus. ibid.
Antonius Scappus. ibid.
Antonius Thomaſius. ibid.
Antonius Tibaldus. 267
Antonius Tyleſius. ibid.
Antonius Viperescus. ibid.
Arator S.R.E.Cardinalis. ibid.
Archangelus Caraccia. ibid.
Archangelus Spina. ibid.
Ardicinus de la Porta. 268
Armandus Ioannes Pleſſæus Richelæus. ibid.
Arnobius, hîc apponendus.
Arnoldus Oſſatus, hîc apponendus.
Arnoldus Pontacus. ibid.
Arnoldus VVion. 269
Aſcanius Columna. ibid.
Aſcanius Valentinus. ibid.
Aſtulphus Seruatius. ibid.
Attilius Marcellinus. ibid.
Aubertus Miræus. ibid.
S. Auguſtinus. 270
Auguſtinus Aueldenſis. ibid.
Auguſtinus Barboſa. ibid.
Auguſtinus Bontemps. ibid.
Auguſtinus Buccius. ibid.
Auguſtinus Fiuizanius. ibid.
Auguſtinus Maſcardus. 271
Auguſtinus Oregius. ibid.
Auguſtinus Patritius. ibid.
Auguſtinus Romanus. ibid.
Auguſtinus Steuchus. ibid.
Auguſtinus Terſagus. 272
Auguſtinus Triumphus. ibid.
Auguſtinus Triuulſius. ibid.
Auguſtinus Valerius. ibid.
Auminus Keldeus. 273
AureliusPrudentius Clemens. ibid.
Aurelius Vrſus. ibid.
Auxilius. ibid.

B.

BAlduinus de Monteſimoncello. 274
Baldus Cataneus. ibid.
Balthaſar Nardus. ibid.
Balthaſar Porrero. ibid.

Baptiſta

Baptista Fulgosius. ibid.
Baptista Guarinus iunior. ibid.
Baptista Guarinus senior. ibid.
Baptista Hispaniolus. 275
Baptista Malatesta. ibid.
Baptista Pizacarus. ibid.
Baptista Platina. ibid.
Barlaam Monachus. ibid.
Barnabas Montalbus. ibid.
Bartholomæus Carrança à Miranda. ibid.
Bartholomæus de Castro. ibid.
Bartholomæus Dionysius. ibid.
Bartholomæus Osa. ibid.
Bartholomæus Picernus. 277
Bartholomæus Ruræmundanus Carthusianus. ibid.
Bartholomæus Scala. ibid.
Bartholomæus de Spina. ibid.
Bartholomæus Tortolettus. ib.
Bartholomæus Trident. ibid.
Bartholomæus Viassius. ibid.
Bartholomæus Vgolinus. ibid.
Bartholomæus Vrbinas. 278
Bartolus Lucanus. ibid.
S. Basilius Magnus. ibid.
Beatus Rhenanus. ibid.
Beda venerabilis. ibid.
Benedictus Abbas Massiliensis. 279
Benedictus Gononus. ibid.
Benedictus Iustinianus ibid.
Beneuenutus de S. Georgio. ib.
Benignus Milletotus. ibid.
Benno Pseudo-Cardinalis. ib.
Berardus Monachus Celestinus. ibid.
Bernaldus. 280
Bernardinus Caruaial. ibid.
Bernardinus Iobinus. ibid.
Bernardinus Iustinianus. ibid.
Bernardinus Lonati. ibid.
Bernardinus Rosergius. 281
Bernardinus Rutilius. ibid.
S. Bernardus Abbas. ibid.
Bernardus è Castro S. Vincentij. ibid.
Bernardus Guidonis. 282
Bernardus Naugerius. ibid.
Bernardus Paxillus. ibid.
Bertramus. ibid.
Bertrandus de Cura. 283
Bertrandus Lagerius de Figiaco. ibid.
Blasius Cæsenas. ibid.
Bonifacius VIII. ibid.
Bonifacij IX. Diarium. ibid.
S. Bonifacius Quiritinus. ibid.
Bonifacius Simoneta. ibid.
Boninus de Boninis. ibid.
Boninus Mombritius. 284
Boso Cardinalis. ibid.

C.

CÆlius Calcagninus. 284
Cæsar Baronius. ibid.
Cæsar Becillus. 285
Cæsar Grolerius. ibid.
Cæsar Nuptius. ibid.
Cæsar Petrus Michaël Delphinus. ibid.
Caij PP. vita. ibid.
Caius Batius. ibid.

Caius Syluanus. 286
Callya Carion. ibid.
Camillus Peregrinus. ibid.
Camillus Portius. ibid.
Cannachius Roſſius. ibid.
Capitula Cardinalis Camerarij. ibid.
S. Carolus Borromæus. ibid.
Carolus Gonzaga Cleuius. 287
Carolus Hemard. ibid.
Carolus V. Imperator. ibid.
Carolus Sigonius. ibid.
Cataldinus Boncompagnius. 288
Celſus Manſinus. ibid.
Cenſuræ Pauli V. ibid.
Centius Sabellus. ibid.
Ceremoniale ſummorum Pontificum. ibid.
Chriſtianiſſimi Regis Caroli VI. Epiſtola. ibid.
Chryſoſtomus Henriques. ibid.
Chriſtianus Berchtholdus. ibid.
Chriſtophorus Beſoldus. ibid.
Chriſtophorus Marcellus. ibid.
Chriſtophorus Ratiniacus Coſagæus. 289
Chriſtophorus Seyniarmayn. ibid.
Chriſtophorus Sarceuicius. ibid.
Cincionius Comes. ibid.
Claudius de Cantiuncula. ibid.
Claudius Clemens. ibid.
Claudius Gouſtæus. ibid.
Claudius Marius. 290
Claudius Martinus Baiardus. ibid.
Claudius Picquetus. ibid.
Claudius Rapinus. ibid.
Claudius Robertus. ibid.
Claudius Rota. ibid.
Clementis I. vita. 291
Clementis V. Conclaue, *&c.* ibid.
Clementis VII. Conclaue, *&c.* ibid.
Clementis VIII. Conclaue, *&c.* ibid.
Clementis VIII. Ferrariam, *&c.* Apparatus. ibid.
Cœleſtinus V. ibid.
Cœleſtinus Telera. ibid.
S. Cœllachus. ibid.
Compendioſa Chronica. ibid.
Conciliа Generalia & Prouincialia. ibid.
Conclauia tria. ibid.
Concordata Leonis X. & Franciſci I. 292
Concordata nationis Germanicæ. ibid.
Concordiæ inter Alexandrum III. *&c.* ibid.
Conradus Clingius. ibid.
Conradus à Mure. ibid.
Conradus Tregarius. ibid.
Conradus Vegerius. ibid.
Conſiſtoria, ſeu Diaria Rom. Pontificum. ibid.
Conſtantinus Bellotus. ibid.

Constantinus Caietanus. 293
ConstantinusCominatus.ibid.
Constantinus Ebulus. ibid.
Constantinus Magnus. ibid.
Constantinus Cangenus. 294
Controuersia Ferrarienſis. ibid.
S.Cornelij PP. paſſio. ibid.
Cornelius Amatheus hîc apponendus.
Cornelius Aurelius Goudanus. ibid.
Cornelius Crocus. ibid.
Cornelius Frangipanus. ibid.
Cornelius Luminæus à Marca. ibid.
Cornelius Muſius. 295
Coſmas Facellius. ibid.
Cunerus Petrus. ibid.
Cynus Campanus. ibid.
Cyprianus Benetus. ibid.
S. Cyprianus Carthaginenſis. ibid.
Cyprianus Rudniſchus. 296
S. Cyrillus Hieroſolymitanus. ibid.
S.Cyrillus Conſtantinopolitanus. ibid.

D.

DAmaſus Epiſcopus Portuenſis. 296
Damianus Ordinis Præmonſtratenſis. ibid.
Dauid Bettonus. ibid.
Dauid Camerarius. 297
Dauid Crinitus. ibid.
Dauid Kineardus. ibid.
Decius Memmolus. ibid.
Decreta facultatis Pariſienſis. ibid.
Decreta Concilij Turonenſis. ibid.
Decretum Concilij Conſtantienſis. ibid.
Deſiderius Eraſmus. ibid.
Dialogus de morte Iulij III. Papæ. ibid.
Diaria Romanorum Pontificum. 298
Diarium rerum Florentinarum. ibid.
Didacus Lupi. ibid.
Didacus Pacettus. ibid.
Didacus de Roſerio. ibid.
S. Dionyſius Areopagita. ibid.
Dionyſij Epiſtola. ibid.
Dionyſius Faber. ibid.
Dionyſius de Levvis. ibid.
Dionyſius Petauius. 299
Dionyſius Saluagnius Boëſſius. ibid.
Dominicus Bannes. ibid.
Dominicus Capranica. ibid.
Dominicus de Dominicis. ibid.
Dominicus Fontana. 300
Dominicus Reccaneus. ibid.
Dominicus Tempeſta. ibid.
Donatus Boſſius. 301
S. Dorotheus. ibid.

E.

EDmundus Richerius. 301
Egesippus. ibid.
Elias de Bordeilles. ibid.
Elpis. ibid.
Elzear Doraison. 302
Engelbertus. ibid.
Enguerrandus Monstreletus. ibid.
S. Ephræmus. ibid.
S. Epiphanius. ibid.
Erasmus Eisleck. ibid.
Erasmus Vitellius. ibid.
Euagrius Epiphanienſis. 303
S. Eucherius. ibid.
Eugenij IV. oratoribus Responsio. ibid.
Eusebius. ibid.
Eusebius Pamphilus. ibid.
Eustachius Boius. ibid.
Eutropius. ibid.

F.

SAncti Fabiani Papæ vita. 304
Fabianus Strada. ibid.
Fabius Leonida. ibid.
Fabius Paulinus. ibid.
Fantinus Valaressus. ibid.
Federicus Albergatus. ibid.
Felix Contelorius. ibid.
Felix à Maida. 305
Ferdinandus Carolus. ibid.
Ferdinandus de Castro Palao. 306
Ferdinandus Menesius. ibid.
Ferdinandus Velascus. ibid.
Eerdinandus Vellosillus. ibid.
Ferdinandus Vghellus. ibid.
Ferius Hilpericus. 307
Flaminius Ceresola. ibid.
Flaminius Figliucius. ibid.
Flauius Cherubinus. ibid.
Florauantes Martinellus. ibid.
Florimundus Remundus. ibid.
Forma resignationis Papatus Ioannis XXIII. 308
Fortunatus Vlmus. ibid.
Franciscus Agricola. ibid.
Franciscus Albertonus. ibid.
Franciscus Bencius. ibid.
Franciscus Bocchius. 309
Franciscus Bosquetus. ibid.
Franciscus Bozzius. ibid.
Franciscus Bracciolinus. 310
Franciscus Breuius. ibid.
Franciscus Cabrera Morales. ibid.
Franciscus Castalionius. ibid.
Franciscus Cauazzonius. ibid.
Franciscus Contarenus. ibid.
Franciscus Duarenus. ibid.
Franciscus Duchesnius. 311
Franciscus Guicciardinus. ib.
Franciscus Hallerius. ibid.
Franciscus Haræus. ibid.
Franciscus Horantius. ibid.
Franciscus Ioannetus. ibid.
Franciscus Iouerius. 312
Franciscus Leuera. ibid.
Franciscus Longus à Coriolano. ibid.

Franciscus

Franciscus Luxemburgius. ib.
Franciscus Maria Turrigius. ibid.
Franciscus Maria Vialardus. 313
Franciscus Mucantius. ibid.
Franciscus Panigarola. ibid.
Franciscus Patricius. ibid.
Franciscus Petrarcha. ibid.
Franciscus Philelphus. 314
Franciscus Poggius. ibid. & 364
Franciscus Robertellus. ibid.
Franciscus Rogerius. ibid.
Franciscus Romany. ibid.
Franciscus de Rosieres. 315
Franciscus Ruiz de Castro & Andrada. ibid.
Franciscus Rupifucaldius. ibid.
Franciscus Sphærulus. ibid.
Franciscus Suaresius IC. ibid.
Franciscus Suares S.I. ibid.
Franciscus Svvertius. 316
Franciscus Turrianus. ibid.
Franciscus Vargas. ibid.
Franciscus Veron. ibid.
Franciscus de Victoria. ibid.
Franciscus Zabarella. ibid.
Fridericus Nausea. 317
Fridericus Staphylus. ibid.
Fronto Ducæus. ibid.
Fulgensius Manfredus. ibid.

G.

Gabriel Biel. ibid.
Gabriel Martinus. ibid.
Gabriel Naudæus. 318
Gabriel Palæottus. ibid.
Gabriel Pennottus. ibid.
Gabriel Vasquez. ibid.
Gallo Franci ad Philænetum Epistola. ibid.
Garnerus Gallus. 319
Gaspar Contarenus. ibid.
Gaspar Ferdinandus. ibid.
Gaspar Gonsaluus. ibid.
Gaspar Odontius. ibid.
Gaspar Scharzigerus. ibid.
Gaspar Schoppius. ibid.
Gaspar de Simeonibus. 320
Gaspar Veronensis. ibid.
Gaspar Vrsinus. ibid.
Gennadius Scholarius. ibid.
Gentilis Episcopus Aretinus. ibid.
Georgius Abbas. 321
Georgius Blandrata. ibid.
Georgius Duckettus. ibid.
Georgius Gengerus. ibid.
Georgius Lilius. ibid.
Georgius Sauromanus. ibid.
Georgius Scheretus. ibid.
Georgius Serra. ibid.
Georgius Steubius. 322
Georgius VVicelius. ibid.
Gerardus Iansenius. ibid.
Gerardus Magnus. ibid.
Gerardus Moringus. ibid.
Gerardus Vossius. ibid.
Gerochus. 323
Geruasius Ricobaldus. ibid.
Gilbertus Foliothus. ibid.
Gilbertus Genebrardus. ibid.

Godofredus Bouſſardus. 324
Gomezius Suares. ibid.
Gondiſaluus de Villadiego. ibid.& 333.
Gonſaluus de Illeſcas. ibid.
Gosfridus, Scotus. ibid.
S.Gregorij I. Papæ vita. ibid.
Gregorij XI. vita. ibid.
Gregorij XII. Diarium. ibid.
Gregorij XIII.Conclaue,Diaria,& vita. ibid.
Gregorij XIII. viua Imago. ib.
Gregorij XIV. Conclaue & Diaria. 335
Gregorij XV. Conclaue & Diaria. ibid.
Gregorius Archangelus Leſlæus. ibid.
Gregorius Aruernus, ſeu Turonenſis. ibid.
Gregorius Corteſius. ibid.
Gregorius Heimburgius.ibid.
Gregorius Luzianus. 326
S.Gregorius Magnus. ibid.
Gregorius Cardinalis. ibid.
S.Gregorius Nazianzenus. ib.
Gregorius Oſſolinius. ibid.
Gregorius Polydorus. ibid.
Gregorius Portius. ibid.
Gregorius Presbyter. 327
Gregorius Sondereiter. ibid.
Gregorius de Valentia. ibid.
Gualterus Diſſæus. ibid.
Gualterus Huntus. ibid.
Gualterus Mapus. 328
Guarinus Veronenſis. ibid.
Guaſparinus Bergomenſis. ib.
Guido Antonius Arcimboldus. ibid.
Guido Terrena, ſeu de Perpiniano. ibid.
Guilielmus Alanus. ibid.
Guilielmus Barclaius. 329
Guilielmus Bechius. ibid.
Guilielmus Bellaius. ibid.
Guilielmus Blancus iunior. ibid.
Guilielmus Codoatus. 330
Guilielmus Caourſia. ibid.
GuilielmusCremonenſis.ibid.
Guilielmus Durandus. ibid.
Guilielmus Eiſingrenius. ibid.
Guilielmus Gatadegus. ibid.
Guilielmus Gazetus, vel Gazæus. 331
Guilielmus Inſulanus Menapius. ibid.
Guilielmus Damaſi Lindanus. ibid.
Guilielmus Malmesburienſis. ibid.
Guilielmus Okamus. ibid.
Guilielmus Poſtellus. 332
Guilielmus Rouillius. ibid.
Guilielmus Sirletus. ibid.
Gvviferus Saleruitanus. 333

H.

HAdriani I. Papæ vita.ibid.
Hadriani VI.Papæ Conclaue & creatio. ibid.
Hanardus Gamerius. ibid.
Hector Fliſcus. ibid.

Henningus

Henningus Harnisæus. ibid.
Henricus VIII. Angliæ Rex. ibid.
Henricus Blissemius. 334
Henricus Buccellius. ibid.
Henricus Chachemius. ibid.
Henricus Chiffetius. ibid.
Henricus Enriquez. ibid.
Henricus Gorrichen. ibid.
Henric. IV. Imperator Orientalis. ibid.
Henricus Institoris. 335
Henricus Langesteyn. ibid.
Henricus Ludouicus Castaneus Rupipozæus. ibid.
Henricus Schorus. ibid.
Henricus Spondanus. ibid.
Henricus Vandenzype. ibid.
Hermannus de Campo. 336
Hermannus Contractus. ibid.
Hermannus Schedelius. ibid.
Hermias Sozomenus. ibid.
Herrandus. ibid.
Herueus Natalis. ibid.
Hieronymus Aleander. ibid.
Hieronymus Badesius. 337
Hieronymus Balbus, vel Baldus. ibid.
Hieronymus Beroaldus. ibid.
Hieronymus Bupercellius. ibid.
Hieronymus Catena. ibid.
Hieronymus Columbus. ibid.
Hieronymus Donatus. ibid.
Hieronymus Garimbertus. ibid.
Hieronymus Ghettus. 338
Hieronymus Magius. ibid.
Hieronymus Manfredus. ibid.
Hieronymus Maripetrus. ibid.
Hieronymus Megeserus. ibid.
Hieronymus Niger. ibid.
Hieronymus Ocho. ibid.
Hieronymus Paulus. 339
Hieronymus Platus. ibid.
Hieronymus Poczapouius. ibid.
Hieronymus Rotta Schereckenstein. ibid.
Hieronymus Rubeus. ibid.
S. Hieronymus Stridonensis. ibid.
Hieronymus Vendramenus. ibid.
Hieronymus Vidas. 340
Hilarion Costeus. ibid.
Hincmarus Remensis. ibid.
Hippolytus Maraccius. ibid.
Historia Henrici IV. Imp. & Gregorij VII. 341
Historia particularis de rebus inter Paulum V. ibid.
Honorius Augustodunensis. ibid.
Horatius Iustinianus. ibid.
Horatius Turselinus. ibid.
Hugo Blancus. ibid.
Hugo Gallus. 342
Hugo, vel Hubertus Folietta. ibid.
Hugo Victorinus. ibid.
Huldricus Richenthal. ibid.

I.

Iacobus Accarisius. ibid.
Iacobus Alitiensis. ibid.
Iacobus Allindus. 343
Iacobus Almainus. ibid.
Iacobus Auzolius Peyrius. ibid.
Iacobus de Brouuer. ibid.
Iacobus Caietanus de Stephanescis. ibid.
Iacobus Carthusiensis. 344
Iacobus Dauy Perronius. ibidem.
Iacobus Fontanus. ibid.
Iacobus Gaulterius. ibid.
Iacobus Gordonius. ibid.
Iacobus Gretserus. ibid.
Iacobus Illarius. 345
Iacobus Latomus. ibid.
Iacobus Leschasserius. ibid.
Iacobus Locher. ibid.
Iacobus Manlius. ibid.
Iacobus Mensbona. ibid.
Iacobus Naclantus. 346
Iacobus Nardus. ibid.
Iacobus de Paradiso. ibid.
Iacobus Riuius. ibid.
Iacobus Sadoletus. ibid.
Iacobus Seuertius. 347
Iacobus Sirmundus. ibid.
Iacobus Sonemberg. ibid.
Iacobus Spinola. ibid.
Iacobus Strada. ibid.
Iocobus è Theramo. ibid.
Iacobus Tipotius. ibid.
Iacobus Viterbiensis. 348
Iacobus de Voragine. ibid.
Iacobus Zenus. ibid.
Iannotius Manetius. ibid.
Ianus Damianus. ibid.
Ianus Vitalis. ibid.
Iaso Mainius. 349
Idatius Episcopus Lemicensis. ibid.
Ieremias Ferrerius. ibid.
Ignatius Braccius. ibid.
S. Ignatius de Loyola. ibid.
Innicus de Mendoza. ibid.
Innicus de Mendoza alter. 350
Innocentij III. PP. vita & acta. ibid.
Innocentij VI. & Diaria Conclaue. ibid.
Innocentij VIII. Conclaue & Diaria. ibid.
Innocentij IX. Conclaue & Diaria. ibid.
Innocentius I. ibid.
Innocentius III. ibid.
Innocentius IV. ibid.
Ioachimus Abbas. ibid.
Ioachimus Perionius. ibid.
Ioachimus Scaynus. ibid.
Ioannes Amelinus. ibid.
Ioannes Angelus Dux ab Altemps. 351
Ioannes Antonius Bouius. ibidem.
Ioannes Antonius Campanus. ibid.
Ioannes Antonius Caputius. ibid.

Ioannes Antonius Delphinus. ibid.
Ioannes Antonius Flaminius. 352
Ioannes Antonius Gabutius. ibid.
Ioannes Antonius Perettus. ibid.
Ioannes Antonius Petramellarius. ibid.
Ioannes AntoniusPhilippinus. ibid.
Ioan. Aquipontanus, vel Aquitanus. ibid.
Ioannes Azorius. ibid.
Ioannes Barbo à Burdæsia. 353.
Ioannes Balüe. ibid.
Ioannes Bambacius. ibid.
Ioannes Baptista Bernardinus. ibid.
Ioannes Baptista Castaldus. ibid.
Ioannes Baptista de Caualeriis. ibid.
Ioannes Baptista Coccinus. 354
Ioannes Baptista Fragnanus. ibid.
Ioannes Baptista Garghas. ibid.
Ioannes Baptista à Glano. ibidem.
Ioannes Baptista Guarinus.
Ioannes Baptista Leo. ibid.
Ioannes Baptista Pacianus. ibidem.
Ioannes Baptista Spadius. 355.
Ioannes Baptista Stella. ibidem.
Ioannes Baptista Tuffus. ibidem.
Ioannes Baptista Viues. ibidem.
Ioannes Barclaius. ibid.
Ioannes Bedæus de la Gourmandiere. 356
Ioannes Bellaius. ibid.
Ioannes Bertrandus de Gueuarra. ibid.
Ioannes Brunellus. ibid.
Ioannes Bunderius. ibid.
Ioannes Burchardus. ibid.
Ioannes Burgundus de Maioricis. ibid.
Ioannes Busæus. 357
Ioannes Camerarius de Dalburg. ibid.
Ioannes CamillusZaccagnius. ibid.
Ioannes Capistranus. ibid.
Ioannes Carolus Potentius. ibid.
Ioannes Caruaial. 358
Ioannes de Casanoua. ibidem.
Ioannes Casomatus. ibid.
Ioannes Charlerius Gersonus. ibid.
S. Ioannes Chrysostomus. 359
Ioannes Chrysostomus Vander-sterre. 360

Ioannes Ciampolus. ibid.
Ioannes Clerik hîc reſtituendus.
Ioannes Cochlæus. ibid.
Ioannes Collæus. ibid.
Ioannes Colton. ibid.
Ioannes Comus. 361
S. Ioannes Damaſcenus. ibid.
Ioannes Delphinus. ibid.
Ioannes Diaconus. ibid.
Ioannes Diplouatius. ibid.
Ioannes Dominicus. ibid.
Ioannes de Dormanno. ibid.
Ioannes Driedo. ibid.
Ioannes Epiſcopus Leodienſis. 362
Ioannes Ekius. ibid.
Ioannes Faber Gallus. ibid.
Ioannes Faber Germanus. ibid.
Ioannes Fabri. ibid.
Ioannes Fernandus de Velaſco. ibid.
Ioannes Fisherus. 363
Ioannes Foreſtus. ibid.
Ioannes Franciſcus Bordinus. ibid.
Ioannes Franciſcus Commendonus. ibid.
Ioannes Franciſcus Firmanus. 364
Ioannes Franciſcus Marlianus. ibid.
Ioannes Franciſcus Picus. ibid.
Ioannes Franciſcus Poggius. ibid. & 314.
Ioan. Franciſcus Terzanius. ib.
Ioannes Fridericus & Ioannes Guilielmus Saxoniæ Principes. ibid.
Ioannes Garcæus. ibid.
Ioannes Geneſius Sepulueda. ibid.
Ioannes Georgius Hernnartus. 365
Ioannes Giachetus. ibid.
Ioannes Gobelinus. ibid.
Ioannes Gomeſius de Silua. ibid.
Ioannes Gothofredus ab Eſchauſſen. ibid.
Ioannes de la Grolaye. ibid.
Ioannes Hagen, ſeu de Indagine. 366
Ioannes Hemelarius. ibid.
Ioannes Heſſelius. ibid.
Ioannes Hieronymus Albanus. ibid.
Ioannes Iacobus Boiſſardus. ibid.
Ioannes Iacobus Chiffletius. ibid.
Ioannes Iacobus, aliis Franciſcus Guicciardinus. 367
Ioannes Iaubertus de Barrault. ibid.
Ioannes Imperialis. ibid.
Ioannes Laſiardus. ibid.
Ioannes Lector. ibid.
Ioannes Leibius. ibid.
Ioannes le Ieune. ibid.
Ioannes Lenſæus. 368
Ioannes Leo. ibid.
Ioannes de Leouardia. ibid.

Ioannes

Ioannes Lieuræus. ibid.
Ioannes Longiacus. ibid.
Ioannes à Louanio. ibid.
Ioannes à Louanio alter. ibid.
Ioannes Lucidus Cataneus. 369.
Ioannes Lupus. ibid.
Ioannes Maria Taliaferrus. ibid.
Ioannes Maria Verratus. ibid.
Ioannes Maria Verdizonius. ibid.
Ioannes Marsicanus. ibid.
Ioannes Marsilius. ibid.
Ioannes Matthæus Caryophilus. ibid.
Ioannes Molineus. 370
Ioannes Monachus. ibid.
Ioannes Morinus. ibid.
Ioannes Mutius. ibid.
Ioannes Neunhauser. ibid.
Ioannes Nicolaus Paschalis Alidosius. ibid.
Ioannes de Nigraualle. ibid.
Ioannes Pagæus. 371
Ioannes de Parisiis. ibid.
Ioannes Patriarcha Constantinop. ibid.
Ioannes Patriarcha alter. ibid.
Ioannes Paulus Flauius Albetanus. ibid.
Ioannes Paulus Mucantius. ibid.
Ioannes Pedrezzanus. ibid.
Ioannes Pelecius. ibid.
Ioannes Petrus Camusius. 372
Ioannes Petrus Ferettus. ibid.
Ioannes Petrus Maffæus. ibid.
Ioannes Petrus Rubeus. ibid.
Ioannes Pinus. ibid.
Ioannes de Poliaco. ibid.
Ioannes Puteanus. ibid.
Ioannes Quintinus. 373
Ioannes Randeus. ibid.
Ioannes Rioche. ibid.
Ioannes Riuadellus. ibid.
Ioannes Roa Auila. ibid.
Ioannes Robertus. ibid.
Ioannes Roccius. ibid.
Ioannes Rodericus sancta Crucius. ibid.
Ioannes Ruffus. 374
Ioannes Sarisberiensis. ibid.
Ioannes de Selua. ibid.
Ioannes Senese. ibid.
Ioannes Seueranus. ibid.
Ioannes Siculus. ibid.
Ioannes Simonis. ibid.
Ioannes Stalenus. 375
Ioannes Stamberius. ibid.
Ioannes Stella. ibid.
Ioannes Stolanus. ibid.
Ioannes Strangius. ibid.
Ioannes Superantius. ibid.
Ioannes Theodoricus ibid.
Ioannes Tomcus. 376
Ioannes Trithemius. ibid.
Ioannes de Turrecremata. ibid.
Ioannes de Vesalia. 377
Ioannes Viuonius. ibid.
Ioannes VValterus. ibid.
Iodocus Badius Ascensius. ibid.

Iodocus Coccius. ibid.
Iodocus Rauenſtein. ibid.
Ioſeph Maria Suareſius. ibid.
Ioſeph Pamphilius. 378
Ioſeph Paſtorellus. ibid.
Ioſeph Ripamontius. ibid.
Ioſeph Stephanus. ibid.
S. Irenæus. 379
Iſidorus de Iſolanis. ibid.
Iſidorus Moſconius. ibid.
Iulianus Cæſarinus. ibid.
Iulij II. Conclaue & Diaria. ibid.
Iulij III. Conclaue & Diaria. ibid.
Iulius Antonius Sanctorius. ibid.
Iulius Cæſar Bulengerus. 380
Iulius Cardinalis. ibid.
Iulius Lauorinus de Laurino. ibid.
Iulius Pogianus. ibid.
Iulius Roſpigloſus. 381
Iuo Barchampenus. ibid.
S. Iuſtinus. ibid.
Iuſtus Eccardus. ibid.
Iuſtus Rickius. ibid.

L.

Ladiſlaus Rex Hungariæ. ibid.
Ladiſlaus Vereſius. 382
Lælius Baglionius. ibid.
Lælius Guidiccionius. ibid.
Lælius Iordanus. ibid.
Lælius Marinus. ibid.
Lælius Peregrinus. 383
Laërtius Cherubinus. ibid.
Lambertus Scafnaburgenſis. ibid.
Lancelotus Conradus. ibid.
Landulphus Columna. ibid.
Lapus Caſtellunculus. 384
Laurentius Arrigho. ibid.
Laurentius Arthurus. ibid.
Laurentius Beyerlinck. ibid.
Laurentius de Burgo Mugellenſi. ibid.
Laurentius Empolius. ibid.
Laurentius de Franchis. 385
Laurentius Frizolius. ibid.
Laurentius Granius. ibid.
Laurentius de Rodulphis. ibid.
S. Laurentius, Scotus. ibid.
Laurentius Smiecouicius. ibid.
Laurentius Surius. ibid.
Laurentius Valla. ibid.
Laurus Teſta. ibid.
Leander Galganetus. 386
Leo Allatius. ibid.
Leo IV. Imperator. ibid.
S. Leo Magnus. ibid.
Leo Marſicanus. ibid.
Leo Sanctius. 387
Leonardus Coquæus. ibid.
Leonardi Donati Edictum. ib.
Leonardus Leſſius. ibid.
Leonellus Epiſcopus. ibid.
S. Leonis I. vita. ibid.
Leonis X. Conclaue & Diaria. ibid.
Leonis XI. Conclaue & Diaria. ibid.

Leontius. 388
Leuinius Hielius. ibid.
Liber Ceremonialis Roman. Pontificum. ibid.
S. Liberij vita. ibid.
S. Linus. ibid.
S. Lini vita. ibid.
Lucas Furnarius. ibid.
Lucas Holsteinius. ibid.
Lucas Manzolus. ibid.
Lucas Tudensis. 389
Lucas VVadingus. ibid.
Lucidus Cataneus. ibid. vide Ioannes.
Lucius Brancadorus. ibid.
Lucius Charinus. ibid.
S. Ludgerus. ibid.
Ludouicus Babia. ibid.
Ludouicus Cellotius. ibid.
Ludouicus Dominicus. 390
Ludouicus Gomesius. ibid.
Ludouicus Guichardinus. ibidem.
Ludouicus Orianus. ibid.
Ludouicus à Patrono. ibid.
Ludouicus Seruinus. ibid.
Ludouicus de Torres. ibid.
Ludouicus Transillus. 391
Luitprandus. ibid.

M.

MAnfredus Rauascherius. ibid.
Manriques de Laza. ibid.
Manualia Instrumentorum Cam. Apost. ibid.
Maphæus Vegius. ibid.
Marcellinus Comes. ibid.
S. Marcelli I. Passio. 392
Marcellus Polonius. ibid.
S. Marcellus Romanus. ibidem.
Marcus Antonius Alegre de Casanate. ibid.
Marcus Antonius Ciappius. ibid.
Marcus Antonius de Dominis. ibid.
Marcus Antonius Muretus. ibid.
Marcus Antonius Othelius. 393
Marcus Antonius Peregrinus. ibid.
Marcus Antonius Scipio. 394
Marcus Barbus. ibid.
Marcus Guadalajarra & Xauier. ibid.
Marcus Lima. 395
Marcus Montanus. ibid.
Marcus Vigerius. ibid.
Marianus Genazanus. ibid.
Marianus Scotus. ibid.
Marianus Victorinus. ibid.
Marius Podianus. ibid.
Marsilius Ficinus. ibid.
Marsilius Menandrinus. 396
Martini I. vita. ibid.
Martini V. Diaria. ibid.
Martinus Becanus. ibid.
Martinus Berzeuicius. ibid.
Martinus Bonacina. ibid.
Martinus Censius. 397

Martinus de Ebulo. 395
Martinus Pistor. ibid.
Martinus Polonus. ibid.
Martinus Millesius Sarazanius. ibid.
Matthæus Argenta. ibid.
Matthæus Bapalmensis. ibid.
Matthæus Gothus. ibid.
Matthæus Herculanus. 398
Matthæus de Rubeis. ibid.
Matthæus Stephanus Pomeranus. ibid.
Matthias Alberti. ibid.
Mauritius Bressius. ibid.
Mauritius Somersetus. ibid.
Maximiliani Cæsaris Responsio. ibid.
Maximilianus Vrientius. ibid.
S. Maximus. ibid.
Maximus Planudes. 399
S. Melchiades Scotus. ibid.
Melchior Canus. ibid.
Melchior Lussius. ibid.
Michaël Anchialus. ibid.
Michaël Bousselus. ibid.
Michaël Brechingerus. ibid.
Michaël de Cæsenas. 400
Michaël Fermus. ibid.
Michaël Hagerus. ibid.
Michaël Lonigus. ibid.
Michaël Mauclerus. ibid.
Michaël Maurus. ibid.
Michaël Mercatus. ibid.
Michaël Nostradamus. 401
Michaël Ritius. ibid.
Morbisani Principis Responsio. ibid.
Moteus Hodancurrius. ibid.
Mutius Pansa. ibid.
Mutius Ricietius. ibid.
Mutius Sfortia. ibid.
M. VVesselus. 402

N.

NArratio verissima, &c ibid.
Narius Bandinæus. ibid.
Neophytus Rhodinus. ibid.
Nicephorus Callistus. ibid.
Nicolai V. Conclaue & Diarium. ibid.
Nicolaus Alemannus. 403
Nicolaus Ardhingellus. ibid.
Nicolaus Coëffeteæus. ibid.
Nicolaus Crassus. ibid.
Nicolaus de Cusa. ibid.
Nicolaus Estensis. 404
Nicolaus Gelder. ibid.
Nicolaus Macchiauellus. ibid.
Nicolaus Mameranus. ibid.
Nicolaus Manerbius. ibid.
Nicolaus Maniacutius. ibid.
Nicolaus Montacutius. ibid.
Nicolaus Morus, vel Maurus. 405
Nicolaus Oranus. ibid.
Nicolaus à Prato, seu Martini. ibid.
Nicolaus Philelphus. ibid.
Nicolaus Ploueus. ibid.
Nicolaus Roccius. ibid.
Nicolaus Rossellius. ibid.
Nicolaus Sanderus. ibid.

Nicolaus Serrarius. 406
Nicolaus Simonis. ibid.
Nicolaus Tigrinus. ibid.
Nicolaus Tucius. ibid.
Nicolaus Tudeschius. ibid.
Nicolaus Viguerius. 407
Nicolaus Villanius. ibid.
Nilus. ibid.
Nomenclator præcipuorum, &c. ibid.
S. Norbertus. ibid.

O.

Octauius Vestrus. ibid.
Octauius Baronius. 408
Octauius Meninus. ibid.
S. Odilo. ibid.
Officialium Romanæ Curiæ, &c. libri. ibid.
Onithon Episcopus. ibid.
Onuphrius Panuinus. ibid.
S. Optatus Mileuitanus. 409
Oratio pro Iulio II. ibid.
Orationes funebres. ibid.
Orationes gratulatoriæ. ibid.
Ordo Pontificum. ibid.
Otho Frisingensis. ibid.
Ouidius de Amicis. 410

P.

Pandulphus Masca. ibid.
Panigarda. ibid.
Papyrius Massonus. ibid.
Paris de Crassis. ibid.
Parisiensis, Oxoniensis Epistola. 411
Participationum S. R. E. Cardinalium liber. ibid.
Patricius Myrton. ibid.
Pauli II. Conclaue & Diaria. ibid.
Pauli III. Conclaue & Diaria. ibid.
Pauli IV. Conclaue & Diaria. ibid.
Pauli V. Conclaue & Diaria. ibid.
Pauli Constantinopolitani Epistola. ibid.
Paulus Æmilius Sanctorius. ib.
Paulus de Angelis. ibid.
Paulus Angelus. ibid.
Paulus Annicula, vel Amicola. 412
Paulus Belmisserus. ibid.
Paulus Bernrietensis. ibid.
Paulus Bombinus. ibid.
Paulus Comitolus. ibid.
Paulus Cortesius. ibid.
Paulus Decretorum Doctor Anglus. ibid.
Paulus Diaconus. ibid.
Paulus Iouius. 413
Paulus Isuardus. ibid.
Paulus Iustinianus. ibid.
Paulus Lælius Petronus. ibid.
Paulus Morigia. ibid.
Paulus Pansa. ibid.
Paulus Principes de la Scala. ibid.
Paulus Regius. 414
Paulus Sarpus. ibid.

Paulus Seruita. ibid.
Paulus Sherlogus. ibid.
Paulus Theupulus. ibid.
Paulus Venetus. ibid.
Paulus Voluckius. 415
Pelagius Aluarus. ibid.
Peregrinus Maſſellus. ibid.
Petrus. ibid.
Petrus Albinianus Trotius. ibid.
Petrus Albretius. ibid.
Petrus Alliacenſis. ibid.
Petrus Amelius. 416
Petrus Apollonius Collatius. ibid.
Petrus Arcudius. ibid.
Petrus Auithius. ibid.
Petrus Barzius. ibid.
Petrus Bertrandus. ibid.
Petrus Boninſegnius. 417
Petrus Caniſius. ibid.
Petrus Cara. ibid.
Petrus Charron. ibid.
Petrus Cheurerius. ibid.
Petrus Ciiar. ibid.
Petrus Cluniacenſis. 418
Petrus à Cordua. ibid.
Petrus Cottonus. ibid.
Petrus Corſinus. ibid.
Petrus Creſpetius. ibid.
Petrus Cunerius. ibid.
S. Petrus Damianus. 419
Petrus Diaconus. ibid.
Petrus Flandrini. ibid.
Petrus Flores. 420
Petrus Fontedonius. ibid.
Petrus Frizonius. ibid.
Petrus Gallardus. ibid.
Petrus Galeſinus. ibid.
Petrus Guilielmus. 421
Petrus Grauinas. ibid.
Petrus Gymnicus. ibid.
Petrus Ioannes Perpinianus. ibid.
Petrus Ioannis. ibid.
Petrus Kintyrus. ibid.
Petrus Lizetius. ibid.
Petrus de Luna. 422
Petrus de Lutra. ibid.
Petrus Magnus. ibid.
Petrus Malon. ibid.
Petrus Manlius. ibid.
Petrus Maphæus. ibid.
Petrus de Marca. ibid.
Petrus Maria Campus. 423
Petrus Matthæus. ibid.
S. Petrus Mauricius. ibid.
Petrus Michaël Delphinus. ib. & 285
Petrus è Monte. ibid.
Petrus de Natalibus. ibid.
Petrus Opmerus. 424
Petri & Pauli Paſſio. ibid.
Petri & Pauli Encomium. ibidem.
Petri & Pauli Acta. ibid.
Petrus Palludanus. ibid.
Petrus Rauennas. ibid.
Petrus Rebuffus. ibid.
Petrus Ribadeneira. ibid.
Petrus Richardus. 425
Petrus Soto. ibid.
Petrus Thomas Saracenus. ib.
Petrus Tyræus. ibid.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Petrus de Vineis. ibid.
Petrus Victorius. ibid.
Philippi III. Reg. Cathol. Edictum. ibid.
Philippus Cheurerius. 426
Philippus Decius. ibid.
Philippus Gallæus. ibid.
Philippus Gybletus. ibid.
Philippus Kersbeelius. ibid.
Philippus Maynardus. ibid.
Philotheus Achillinus. ibid.
Pij II. Conclaue & Diaria. 427
Pij III. Conclaue & Diaria. ibid.
Pij IV. Conclaue, Diaria & Breuia. ibid.
Pij V. Conclaue & Diaria. ibid.
Pogius Blandolinus. ibid.
Polycarpus de Hertoghe. ibid.
Pompeius Vgonius. ibid.
Pompeius Vizanus. ibid.
Pomponius Cotta. ibid.
Pontificum Maximorum 27. Effigies. ibid.
Pontificum variæ creationes. ibid.
Pontificum historiæ. 428
S. Prosper Aquitanicus. ibid.
Ptolomæus Lucensis. ibid.
Pyrrhus Ligorius. ibid.

Q.

QVæstio in Thom. VVatsonum. ibid.
Quintinus Kennedius. ibid.

R.

SAnctus Rabanus Maurus. ibid.
Radulphus Columna. 429
Radulphus Preslæus. ibid.
Raynerus Zenus. ibid.
Raphaël Venostas. ibid.
Raphaël Volaterranus. ibid.
S. Ratbodus. ibid.
Raymundus Peraldus. ibid.
Raymundus Ruffus. 430
Regesta Pontificia. ibid.
Reginaldus Polus. ibid.
Regino Abbas. ibid.
Responsio Doctoris Theologi, &c. ibid.
Reuelatio Conciliorum, &c. ibid.
Richardus Vasseburgius. ibid.
Richardus Victorinus. 431
Robertus Bellarminus. ibid.
Robertus Cenalis. ibid.
Robertus Finynghamus. ibid.
Robertus Francorum Rex. ib.
Robertus Grostead, vel Capito. ibid.
Robertus Guibé, vel de Vitré. 432
Robertus Monachus Celestinus. ibid.
Robertus Celestinus alter. ibidem.
Robertus Politianus. ibid.
Robertus Soutavvellus. ibid.
Robertus Staffordius. ibid.
Robertus Titius. 433

Rodericus Caruaial. ibid.
Rodericus de S. Ella. ibid.
Rodericus Episcopus Nouotensis. ibid.
Rodericus Episcopus Zamorensis. ibid.
Rodericus Sancius de Azeculo. ibid.
Rodulphus Agricola. 434
Rodulphus Boterus. ibid.
Rodulphus Tracinthus. ibid.
Rogerus VVidringtonus. ibid.
Romualdus Saleruitanus. ibid.
Romulus Amasæus. ibid.
Rostangus Monachus Cluniacensis. ibid.
Ruardus Tapperus. 435
Rutilius Benzonius. ibid.
Rutilius Zeno. ibid.

S.

SAcri Collegij S. R. E. Cardinalium liber. ibid.
Sacri Concilij Pisani Apologia. ibid.
Sacri Collegij Turonensis Decreta. 436
Scipio Burghesius. ibid.
Scipio Dupleix. ibid.
Scriptum ad commouendum super se, &c. ibid.
Sebastianus Baduarius. ibid.
Sebastianus Cæsar. ibid.
Senatus Brauonius. ibid.
Seraphinus Ecclesianus. ibid.
Seraphinus Gerardus. ibid.
Seraphinus Razzius. 437
Seuerinus Binius. ibid.
Sibegnius. ibid.
Sicardus. ibid.
Sigebertus Gemblacensis. ibidem.
Sigismundi ¦ Archiducis Austriæ, Processus, &c. ibid.
Sigismundi Seld Consilium, &c. 438
Simeon Metaphrastes. ibid.
Sixti IV. Diaria diuersa. ibid.
Sixti V. Conclaue & Diaria. ib.
Sophronius. ibid.
Stanislaus Minslei. ibid.
Stanislaus Orichouius. ibid.
Stanislaus Osius. ibid.
Stephani I. Passio. 439
Stephanus Aufrerius. ibid.
Stephanus Binetus. ibid.
Stephanus Bubalus. ibid.
Stephanus Episcopus VVintonienſis. ibid.
Stephanus Herrandus. ibid.
Stephanus Infessura. ibid.
Stephanus Ioanninensis. 440
Stephanus Simoninus. ibid.
Stephanus Tegliatius. ibid.
Stephanus Tuccius. ibid.
Sylueſtri I. Disputatio. ibid.
Sylueſter Petra-Sancta. ibid.
Sylueſter Prieras. ibid.
Syluius Antonianus. ibid.
Symphorianus Champerius. 441

T.

Teleſphorus Eremita. ibid.
Tertullianus. ibid.
Therbaldus Stampenſis. ibid.
Theodoricus Niemus. 442
Theodoricus de Valliſcolor. ibid.
Theodoritus. ibid.
Theodorus Amydenus. ibid.
Theodorus Balſamo. ibid.
Theodorus Graminæus. ibid.
Theodorus Lælius. 443
Theodorus Petreius. ibid.
Theodotus. ibid.
Theologi Scholaſtici. ibid.
Theophylus Raynaudus. ibid.
Theophorus. 444
Thomas Abbas. ibid.
S. Thomas Aquinas. ibid.
Thomas Aquinas à S. Ioſeph. ibid.
Thomas Beauxamis. 445
Thomas Bonus. ibid.
Thomas Bozius. ibid.
Thomas Campanella. ibid.
Thomas Campegius. 446
Thomas ex Capitaneis. ibid.
Thomas Corræa. ibid.
Thomas Courtnæus. ibid.
Thomas Dempſterus. ibid.
Thomas Diplouatius. 447
Thomas Guichardus. ibid.
Thomas Illyricus, ſeu Elyſius. ibid.
Thomas Netterus, ſeu VValdenſis. ibid.
Thomas Porcacchius. ibid.
Thomas Ramon. ibid.
Thomas Rinus, vel Rius. ibid.
Thomas Stapletonus. 448
Thomas Treterus. ibid.
Thomas de Vio. ibid.
Thomas VValſinghamus. ibid.
Timotheus Berardus. ibid.
Titus Veſpaſianus Strozza. ib.
Tractatus Theologorum Venetorum. 449
Tractatus de Tribus de Papatu, &c. ibid.
Tyreſius Foſcarus. ibid.

V.

VAlaſcus Ferdinãdus. ibid.
ValentinusBoltzius. ibid.
Valentinus Lebaris. ibid.
Valerianus Salainus. ibid.
Venericus Epiſcopus Vecellenſis. ibid.
Ventura, Vincentinus. ibid.
Veſpaſianus Griſpoltus. 450
Vidus Faber Pibracius. ibid.
Vincentius Bandellus. ibid.
Vincentius Bellouacenſis. ibid.
Vincentius Blaſius Garcias. ib.
Vincentius Carafa. ibid.
Vincentius Robardus. ibid.
Vita S. Clementis I. 451
Vita & geſta Hildebrandi. ib.
Vita & Inſtituta S. Sylueſtri I. ibid.
Vitæ Romanorum Pontificum. ibid.

Vitello

Vitellotius Vitellius. ibid.
Vltrenus Boltomus. ibid.
Vrbani VII. Conclaue & Diaria. ibid.
Vrbani VIII. Conclaue & Diaria. ibid.
Vrbanus Fliſcus. ibid.
Vrſio Altimontenſis. ibid.
VValtramus. 452
VVibertus Archidiaconus Tullenſis. ibid.
VVolfangus Dellingerus. ibid.

Z.

ZAcharias Bouerius. ibid.
Zacharias Ferrerius. ibidem.
Zacharias Lipeleoo. ibid.
Zacharias Vartabied. ibid.

INDEX
HÆRETICORVM SCRIPTORVM.

A.

ABRAHAMVS Hofmannus. 453
Acta Ducis Niuernenſis. ibid.
Adamus Reuterus. ibid.
Ægidius Hundius. ibid.
Albertus Grauuerus. 454
Amandus Polonus. ibid.
Ανακρισις iuris. ibid.
Andreas Helvvigius. ibid.
Andreas Keſſlerus. ibid.
Andreas Mergiletus. ibid.
Andreas Oſiander. ibid.
Andreas Villetus. 455
Angelus Panaretus. ibid.
Anonymi. ibid.
Antonius Sadeel. ibid.
Arnoldus Cheffireus. ibid.
Articulus Alſmacaldus. ibid.
Aſſuerus Blume. 456

B.

BAlthaſar Gualterus. ibid.
Balthaſar Mentzerus. ibid.
Bartholomæus Battus. ibid.
Beniamin Stares. ibid.
Boninus de Boninis, expungendus eſt inter Catholicos, & hîc reponendus.
Brutum Fulmen. ibid.
Burchardus Harbartus. ibid.

C.

CÆlius Secundus. ibid.
Capita fidei. ibid.
Carolus Molinæus. ibid.
Catalogus Papæ & Moyſis. 457
Cauſæ, quare Synodum, &c. ibid.
Cheſitæus. ibid.
Chriſti & Papæ Antitheſis. ibid.
Chriſtophorus Binderus. ibid.
Chriſtophorus Iungenius. ibid.
Chriſtophorus Pelargus. ibid.
Claudius Salmaſius. ibid.
Commentarius. ibid.
Comparatio Euangelÿ, &c. ibid.
Conradus Glaſſeria. ibid.
Conradus Ruhelius. 458
Conradus Vorſhius. ibid.

D.

DAniel Arcularius. ibid.
Daniel Cramerus. ibid.
Daniel Tilenus. ibid.
Dauid Blondellus. ibid.
Dauid Maierus. 459
Dauid Pareus. ibid.
Dauid Rungius. ibid.

Didymus Fauentinus. ibid.
Domites Menapius. ibid.
Donatus Gotvvisus. ibid.

E.

Elias Reusnerus. ibid.
Ericius Tiletanus. 460
Esaias Suberschiagius. ibid.

F.

Franciscus Godvvinus. 460
Franciscus Gomarus. ibid.
Franciscus Hotomanus. ibid.
Franciscus Iunius. ibid.
Frangidelphus Escoche. ibid.
Fridericus Balduinus. 461

G.

Gabriel Bouelus. ibid.
Georgius Bachmannus. ibid.
Georgius Beatus. ibid.
Georgius Doumanus. ibid.
Georgius Nigrius. ibid.
Georgius Sohnius. 462
Georgius VVintermonat 461. *hîc apponendus.*
Georgius Zeamannus. ibid.
Gothardus Arthusius. ibid.
Gouinus. ibid.
Guilielmus VVitakerus. ibid.

H.

Hadrianus Damantius. ibid.
Henricus Bullingerus. ibid.
Henricus Butingius. ibid.
Henricus Eckardus. ibid.
Henricus Pantaleo. 463
Hermannus Fabronius. ibid.
Hermannus Hennecherus. ibid.
Hieronymus Valentinus de Cantoral. ibid.
Huldricus Huttenus. ibid.
Huldricus Zuinglius. ibid.

I.

Iacobus VI. Angliæ Rex. 464
Iacobus Herbrandus. ibid.
Iacobus Reneccius. ibid.
Ianus Serræus. ibid.
Ioannes Auene. ibid.
Ioannes Balæus. ibid.
Ioannes Bekinsæus. 165
Ioannes Brentius. ibid.
Ioannes Caluinus. ibid.
Ioannes Crispinus. ibid.
Ioannes Deucerus. ibid.
Ioannes Dolingius. ibid.
Ioannes Forsterus. ibid.
Ioannes Frenkelius. ibid.
Ioannes Funkius. 466
Ioannes Garzæus, expungendus est è Catalogo Catholicorum, ibid.
Ioannes Georgius Brunerus. ibid.
Ioannes Gherardus. ibid.
Ioannes Hugonis. ibid.
Ioannes Hussus. ibid.
Ioannes Iacobus Grynæus. ibid.
Ioannes Martinus Lydius. ibid.
Ioannes Prætorius. ibid.

Ioannes

Ioannes Pseudo-Episcopus Rossensis. ibid.
Ioannes Rosa. ibid.
Ioannes Schroderus. 467
Ioannes Sleidanus. ibid.
Ioannes VVigandus. ibid.
Ioannes VVilsonus. ibid.
Ioannes VVinckelmannus. ibid.
Israël Murschelius. ibid.
Ius ab Imperatoribus. ibid.

L.

Lambertus Damæus. ibid.
Leonellus Scharpus. 468
Leonhardus Culmannus. ibid.
Leonhardus Hutterus. ibid.
Leonhardus Marius. ibid.
Leonhardus VVarmundus. ibid.
Lucas Osiander. ibid.
Ludouicus Capellus. 469

M.

Marcus Beumlerus. ibid.
Marcus Vulsonius. ibid.
Martinus Lutherus. ibid.
Matthæus Dresserus. ibid.
Matthæus Flaccus Illyricus. 470
Matthæus Hoë. ibid.
Matthæus Sutlius. ibid.
Maximilianus Philo. ibid.
Melchior Goldastus. ibid.
Menradus Moltherus. 471
Michaël Dunkius. ibid.
Michaël VVedlandus ibid.
Milletierrus. ibid.
Moses Pflagerus. ibid.

N.

Nicolaus Honigerus. ibid.
Nicolaus de Morbais. ibid.

O.

Otho Korberius. ibid.
Otho Gualperius. 472

P.

Pacard. ibid.
Papatus Romanus. ibid.
Parallela. ibid.
Paulus de la Scala. ibid.
Petrus Asilus. ibid.
Petrus Cassiodorus. ibid.
Petrus Ioannes. ibid.
Petrus Molinæus. 473
Petrus Paulus Vergerius. ibid.
etiam Boninus de Boninis.
Petrus Piscator. ibid.
Petrus Valladeus. ibid.
Philippus Heilbrunnerus. ibid.
Philippus Nicolaus. 474
Philippus Plessæus Mornæus. ibid.

R.

Regis & Senatus Anglici sententia. ibid.
Remundus. ibid.
Robertus Abbas, vel Abbatius. ibid.
Robertus Abbot. ibid.

Robertus Barnes. ibid.
Robertus Burhillus. ibid.
Rodolphus Gualtherus. 475
Rogerius VVildringtonus. ibid.
Salomon Gesnerus. ibid.
Serranus. ibid.
Sibrandus Luberthus. ibid.
Simon Hessus. ibid.
Somnium & vaticinium Esdræ. 476
Sorbonicæ laudes. ibid.
Stephanus Szedinus. ibid.
Supplicatio ad Imperatorem, &c. ibid.

T.

Theodorus Bibliander. ibid.
Theodorus Snepfius. ibid.
Theophilus Bannosius. ibid.
Thomas Brigtmannus. 477
Thomas Draxus. ibid.
Thomas Mortonus. ibid.
Thomas Reuius. ibid.

V.

Vignerius. ibid.
Vlrinus Velenus. ibid.
VVilelmus Lyserus. ibid.
VVolfgangus Frantzius. ibid.
VVolfgangus Martius. 478

BIBLIOTHECÆ PONTIFICIÆ

LIBER PRIMVS.

A.

SANCTVS ADEODATVS patriâ Romanus, Ordinis S. Benedicti, Papa 79. anno 669. die 9. Aprilis creatus, & coronatus Romæ die Dominico, scripsit

Epistolam ad vniuersos Galliæ Episcopos pro priuilegio Abbatiæ S. Martini Turonensis. Quæ primò prodiit *ex Chronico* cuiusdam Canonici Turonensis, *& Chartulario* eiusdem Abbatiæ, operâ & studio eruditissimi Papyrij Massoni. Extat etiam *tom.* 4. Conciliorum generalium & prouincialium Seuerini Binij, *pag. mihi* 813. *& tom.* 8. *Annal. Baronij anno* 676. *num.* 2.

Moritur Romæ anno 676. die 26. Iunij: sepelitúrque in Basilica Vaticana S. Petri Apostoli. Sedit annos 7. mens. 2. & dies 17. Vacat Sedes menses 4. & dies 6.

Eius vitam scripsit Anastasius S. R. E. Bibliothecarius, & cum eo omnes, qui de Romanorum Pontificum vitis scripserunt

De Epistola Adeodati Papyrius Massonus, Baronius, Binius, Andreas Victorellus *in addit. ad vitam Adeodati.*

S. AGAPETVS I. Romanus, Papa 59. ann. 535. tempore hyemali creatus, & 3. Nonas Iunij coronatus, ex Ciaconio, scripsit

Epistolas octo. Extant *tom.* 3. *Concil.* cum epistolis & exemplaribus precum Imperatoris Iustiniani *à pag.* 862. *ad* 868. cum Notis Seuerini Binij : & *tom.* 4. in Concilio Constantinopolitano sub Menna *act.* 1. *pag.* 23. *&* 24. vnà cum *epistola*, seu *libello* orthodoxorum Episcoporum Orientalium, contra Anthimum, Seuerum, aliósque Acephalos, oblato Agapeto. Item & Epistola Monachorum eiusdem argumenti, *tom.* 7. *Annal. Baronij ann.* 535. *&* 536. *Epistola Agapeti* ad Iustinianum Imperatorem, quæ prodiit singulatim Parisiis 1563. apud Guillelmum Morellum, interprete Ioanne Picot Præside Cameræ Parisinæ Inquisitionum. Lugduni apud Gabrielem Coterium 1570. 8. Interprete Pardulpho Prateio, Augustobuscoducensi, Gallo. Ibidem apud Franciscum Iustum in 16. Gallicè, ex Bibliotheca Gallicana Antonij Verderi *v. A.* & Franciſci de la Croix, falsò tribuitur nostro Agapeto Papę, sed meliùs Diacono. Basileæ etiam prodiit. Asseruantur MS. in Archiuo Ecclesiæ Arelatensis quædam eius Epistolæ.

Quædam eius *Decreta* leguntur apud Gratianum cum tali encomio : *Agapetus vas Catholicum, Euangelij tuba, Præco iustitiæ, sacra Altaris sedisque velamina, sacrilegi Anthimi infecta flatibus, suis catholicis precibus eluit.* De consecrat. dist. 1. Carranzam Archiepiscopum 92. Toletanum, & alios Canonum Collectores.

Decessit Constantinopoli anno 536. Tandem eius corpus Romam delatum, in Basilica Vaticana S. Petri sepultum die 20. Septembris. Sedit circa annum ex probatis Chronologistis.

Omnia Martyrologia eius sanctitatem celebrant ; diuersimodè tamen. nam Romanum 20. Septembris, nempe translationis, Bedæ 22. Aprilis, Maurolyci 28. Aprilis. Menologium verò Græcorum 17. April.

Eius vita asseruatur MS. in Vaticano *num.* 1538. in Regiſtro S. Gregorij Magni *pag.* 194 Consule etiam Petrum de Natalibus Episcopum Equilinum *lib.* 4. *cap.* 77. Anastasium

sium Bibliothecarium, & omnes alios, qui de Sanctorum, & Summorum Pontificum vitis scripserunt.

De eius Epistolis,& Decretis loquuntur Liberatus Diaconus Carthaginensis in Breuiario *cap.* 21. Raphaël Volaterranus *in Antropologia.* Genebrardus *in Chronographia.* Antonius Democharis *in suis Decretorum Gratiani collectaneis.* Apparatus sacer Possevini *v. A.* Iacobus Gualterus *sæc. 6. col.* 1. *&* 5. Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegmatum Christianorum, pag. mihi* 101. Simon Milletus, Benedictinus *in suis annotat. ad libros dial.* S. Gregorij *pag.* 101. *&* 103. Simon Barthelius, Presbyter Regiensis *in Chronolog. Episcoporum Regiens. in Contumelioso.* Petrus de Marca *lib.* 2. *cap.* 6. *de Concordia Sacerdotij & Imperij.* Bibliotheca Gesneriana *v. A.* Ludouicus Carbo *de Script. sacris in* 3. *partem D. Thomæ, cap.* 29. Alphonsus Ciaconius *in Agapeto.*

AGAPETVS II. Romanus, Papa 131. anno 946. die 18. Maij creatus. Scripsisse comperio, ex eius vitæ scriptoribus, *Epistolas ad varios;* sed an extent, nihil explorati habeo. Ei scribit epistolam Synodicam Fridericus Archiepiscopus Moguntinus.

Concilium tandem eius Romanum anno 949. celebratum memoratur à Flodoardo Presbytero Remensi *lib.* 4. *cap.* 33. *&* 34. Binio *tom.* 7. *Concil. pag.* 181. *edit.* 4. Baronio & Spondano ann. 949.

Ex hac luce migrauit Romæ anno 955. Sepultus est in Basilica S. Ioannis de Laterano, sexto Kalendas Ianuarij, seu 27. Decembris. Sedit ann. 9. mens. 7. & dies 10. Vacauit Sedes Romana dies 12. ex Ciaconio.

Eius vitæ scriptores Petrus Guillermus, Martinus Polonus, & alij.

De Epistolis Agapeti Sigebertus Gemblacensis *in vita S. Guilberti, apud Surium die* 23. *Maij tom.* 3. Antonius Possevinus *in Apparatu sacro, verb. Ingueleheimense.* Bibliotheca Cluniacensis sub Ademaro Abbate 3. Cluniacensi. Andreas Duchesnius *in Agapeto* 2. Chronicon Cassinense. Alphonsus Ciaconius *in Agapeto* 2.

S. AGATHO, Siculus, Monachus Ordinis S. Equitij, Papa 71. an-

no 678. creatus, & 7. Idus Iunij die Dominico, anno Christi 679. consecratus, ex Ciaconio, scripsit

Epistolas tres; quarum duæ ad Augustos Imperatores; altera verò ad Edictum Archiepiscopum 34. Viennensem diriguntur. Extant *tom.* 5. Concil. in Sexta Synodo œcumenica Constantinopolitana Græcè & Latinè *à pag.* 31. *ad* 77. *tomo* 8. Annal. Baronij ann. 680. *num.* 6. *& seqq.* 29. *& seqq.* 682. *num.* 50. in collectione Sanctionum, seu Conciliorum, Francisci Iouerij à pag. 70. vsque 73. Bibliothecâ Floriacensi *vlt. part. pag.* 39. etiam in Antiquitatibus Viennensibus Ioannis Lieuræi *pag. mihi* 163. & 164.

Concilium eius Romanum, quo 125. Episcopi orthodoxam fidem confirmarunt, Monothelitarum hæresim condemnarunt, atque legationem Constantinopolim ad Synodum œcumenicam decreuerunt, anno 680. celebratum, habetur *tom.* 5. Concil. cum notis Binianis *pag.* 5.

Migrauit ad Dominum Romæ 682. die 10. Ianuarij. Sepultus est in Basilica Vaticana S. Petri, vbi olim legebatur sequens Epitaphium:

Pontificalis apex virtutum pondere fultus,
Vt iubar irradiat, personat vt tonitrv:
Quæ mox hîc peragit doctrinæ fomes & auctor:
Format enim gestis, quos docet eloquijs:
Dum simul æquiparet virtus, & culmen honoris,
Officium decorat moribus, arte gerit.
Præditus his meritis Antistes Summus Agatho,
Sedis Apostolicæ fœdera firma tenet.
En pietas, en prisca fides: insignia Patrum
Intemerata manent nisibus, alme, tuis.
Quis verò numeret morum documenta tuorum,
Formula virtutum cùm tua vita foret?

Sedit annos 3. menses circiter quinque. Vacat Sedes annum 1. menses 7. & dies 5.

Martyrologium Romanum & Chronicon Monasticon Bobiense MS. Romæ apud D. Constantinum Caietanum, Abbatem, asseruatum, eius sanctitatem laudant.

Anastasius Bibliothecarius eius vitam scriptis mandauit,

& omnes alij, qui de Romanis Pontificibus scripserunt.

De Agathonis Epistolis præter auctores citatos, consulendi sunt Flauius Constantinus Imperator *in Epist. ad Agathonem.* Beda *l.5.c.20.hist. Angl.* Concilum Generale Florentinum *sess.5.* Iuo Carnotensis *in Decreto.* Sigebertus *in Chronolog.* Genebrardus *ibid.* Gualterus *ibid. fac.7. col.5. verit.11. §.3.& 12.§.5.* Possevinus *in Apparatu, v.A.* Bellarminus *lib.2. de Rom. Pontif. cap.4.* Ioannes Ekius *lib. de Primatu Petri.* Iodocus Coccius *in Thesauro Cathol.* Petrus Cotton *lib.2.Instit. cathol. cap.13.* Iacobus Severtius *in S.Edicto Archiepiscopo 35. Viennensi.* Franciscus à Coriolano *in Breviar.Chronolog.* Petrus de Marca *lib.1. cap.7. de Concordia Sacerdotij & Imperij.* Ludouicus Carbo Perusinus *de Script.sacris in 1.part.D.Thom. cap.8.& 29.* Anastasius Bibliothecarius *in Agathone.* Alphonsus Ciaconius *ibid.* Andreas Victorellus *in addit. ad vitam Agathonis.*

S. Alexander I. Romanus, Papa 7.anno 121.creatus, die 14.Nouembris, scripsit

Epistolas tres, quas recensent Binius *tom. 1. Concil.* cum Notis *à pag.66. vsque 71.* & Franciscus Iouerius *in sua collectione.* Prodierunt etiam Basileæ 1536. cum aliis Epistolis Pontificiis. Extant M S. in Vaticano ex Francisco Turriano aduersùs Magdeburgenses Centuriatores *lib.1. cap.22.* Petrus Riuetius, Pictauus, Caluinista, non admittit has Epistolas; sed consule pro parte nostra, auctores infrà citatos, qui vnanimiter eas legitimas recipiunt. Addidit ad Canonem Missæ, *Qui pridie quàm paterentur*, & reliqua vsque ad consecrationem, ex Baptista à Glano, Ciaconio, & aliis.

Eius *Decreta* apud Gratianum, Codicem quinque librorum *l.2.cap.C.* Carranzam, Binium, Barbosam, & alios Canonum Collectores.

Insignis Christi Martyr effectus est Romæ, anno Domini 132.die 3.Maij in via Numentana, vbi primùm sepulturam accepisse comprobatur; sed tandem sacrum eius corpus Lucæ in Etruria tempore Alexandri II. Papæ, delatum fuit, vt ex sequenti inscriptione, quæ ibidem legitur in Sacello S.Alexij.

Corpus Beatissimi Alexandri Prim. Pont. Maximi sub Adriano Imperatore martyrio coronati, vnà cum catena, quâ vinctus custodiebatur. Ab Alexandro II. in ara huius templi subterranea conditum, debita cum reuerentia fuit in hoc altare translatum. Ann. Dom. M. D. XXXIII. mens. Decembr. Curante Nobili viro Arnolphino Æd.

Sedit ann. 10. mens. 5. dies 19. Vacat Sedes dies 25. ex Genebrardi, & Platinæ supputatione, non verò 35. vt annotauit Alphonsus Ciaconius in Alexandro I. nisi sit error Typographi, vt facilè coniicio, licèt sit in variis locis diuersus supputationibus nostris.

Omnia Martyrologia eum commemorant eodem die: eiúsque vitam posteritati consecrârunt S. Damasus *in Pont. Romano*. Petrus de Natalibus *in catalog. SS. lib. 4. c. 118.* & alij quamplurimi, quos breuitatis causâ omittimus.

De Alexandri Epistolis S. Cyprianus Episcopus Carthaginensis *Apolog. 2. epist. 3.* S. Iustinus Martyr *Apolog. 2. ad Anton.* Thomas Netterus, aliàs VValdensis, Carmelita *tom. 1. Doctrinalis fidei lib. 2. art. 3. q. 33. 45. & 79. & tom. 2. de Sacramentis cap. 95.* Coccius *in Thesauro*. Petrus Canisius *de sacrificio Missæ*. Bellarminus *lib. 2. de Roman. Pontif. cap. 14.* Genebrardus *lib. 3. Chronographiæ in Alexandro*. Volaterranus *lib. 22. Antropol.* Simoneta *lib. 3. c. 8.* Baronius *ann. 132. num. 3.* Gualterus *sæc. 2. col. 1. & verit. 1.* Luitprandus Ticinensis *in eius vita*. Andreas Ducheſnius *ibid.* Ioannes Petrus Camus *ibid.* Coriolanus *ibid. & in Summa Concil. prælud. 1.* Petrus Aubertus Consiliarius Bellouacensis *in histor. Regum Francorum Parisiis* 1622. apud Carolum Castellanum in 4. Gallicè edita. Alphonsus à Castro *lib. 2. de hæres. & seqq.* Ludouicus Carbo *de Script. sacris in partem 2. Summæ D. Thomæ, cap. 8.* Thomas Beauxamis *tom. 2. Harmoniæ Euangelicæ, pag. mihi* 549. Alphonsus Ciaconius *in Alexandro I.* Platina *ibid.* Gabriel Martinus aduersùs Marcum Vulsonem Caluinistam *pag. 287.*

ALEXANDER II. antea Anselmus Radagius nuncupatus, patriâ Mediolanensis, Papa 155. anno 1061. die 1. Octobris creatus, scripsit

Epistolas

Epistolas triginta octo. Leguntur *tom. 7. Concil. Binij à pag. 278. vsque* 289. Papyrius Massonus quindecim ad Geruasium Barbet Archiepiscopum 43. Remensem, in lucem emisit, quæ habentur *tom. 3. Bibl. Patrum à pag.* 744. *ad* 750. Aliæ verò desumptæ sunt ex Codicibus Bibliothecarum Vaticani, Cassini, S. Victoris Parisiensis, Antonij Augustini Archiepiscopi Tarragonensis, Nicolai Ormaneti Episcopi 106. Patauini, ac Michaëlis Thomasij Episcopi Ilerdensis: etiam ex Alberto Stadiensi, Petro Damiano, Adamo Bremensi, Guillelmo Malmesburiensi, vitâ S. Annonis Archiepiscopi 33. Colonienſis apud Laurentium Surium, & Card. Baronium. Extant MS. in Bibliotheca Bodleiana Anglicana in 4. *num.* 10. Th. huic Alexandro scripserunt Epistolas Petrus de Honestis Card. Damianus, Lanfrancus, Papiensis, Archiepiscopus 33. Cantuariensis, Geruasius Barbet. Clerus & Populus Florentinus.

Eius *Decreta* reperiuntur apud Gratianum, Iuonem, Antonium Augustinum, Augustinum Barbosam & alios.

Quatuor tam Romæ, quàm Mantuæ celebrauit Concilia, quæ *tom. 7. Concil.* cum Notis Binianis, habentur *à pag. 299. ad* 302.

Moritur Romæ miraculis illustris anno Christi 1073. die 21. Aprilis, aliis 22. aliis 29. Maij. Sepelitur in Basilica Lateranensi. Sedit annos 11. mens. 6. dies 22.

Eius vitę scriptores Bernardus Guidonis Episcopus Lodeuensis, Nicolaus Arragonius Cardinalis, & alij de Roman. Pont. vitis.

De scriptis Alexandri II. Leo Ostiensis *in Chron.* S. Antoninus *ibid.* Gregorius VII. Papa *in Epistolis suis*, Guillelmus Malmesburiensis *lib. de Pont. Angl.* Bibliotheca Cluniacensis *pag.* 311. Coccius *in Thesauro.* Ekius *de primatu Petri.* Ioannes Picardus Canonicus Regularis, Victorinus Parisiensis *in Notis ad Epistolas S. Bernardi.* Claudius Robertus *in Geruasio Barbet.* Petrus Frizon *ibid.* Coriolanus *in Breuiar. Chronol.* Andreas Ducheſnius *in Alexandro.* Camus *ibid.* Petrus Gaillardus *ibid.* Henricus Spondanus *in Epitome Baronij.* Salmeron *tom. 12. tractat. 64.* Petrus Arcudius *lib. 6. de Concordia*

Eccleſiæ

Ecclesiæ Orientalis, & Occidentalis. Constantinus Caietanus *comment. in Gelasij II. Papæ vitam.* Leo Ostiensis *Chron. Cassin. lib. 3 cap. 36.*

ALEXANDER III. antea Rolandus Bondinellus, dictus postea Paparonus Senensis, Papa 169. anno 1159. die 5. Septembris creatus, & 20. coronatus. Scripsit

De Potestate Ecclesiastica, lib. 1.

Epistolas Decretales sui temporis in vnum Codicem redactas, *Consulta Alexandri* voluit nominari. Secundùm quosdam eum scripsisse reperio Epistolarum ad diuersos, libros viginti duos. Sed an omnes extent, nihil certi habeo. Quædam tamen prodierunt Parisiis apud Sebastianum Cramoisy 1613. 8. studio Eruditissimi P. Iacobi Sirmondi S. I. post Epistolas S. Petri Cellensis: sed Andreas Ducheſnius magnam harum partem *in sua historia Ecclesiastica Gallicana* promittebat, at morte præuentus, nescitur an sit in lucem proditura. Seuerinus Binius verò varias refert *tom. 7. Concil.* tam sub Alexandro *à pag. 629. vsque ad* 637. quàm in Concilio Generali Lateranensi *pag. 656. 666. & 692.* partim ex Codice Vaticano desumptas. Et in Appendice ad Concilium Lateranense III. œcunemicum. Quædam alia reperiuntur MS. in Chartulariis S. Germani, & S. Genouefæ Lutetiæ Parisiorum, & in Chronico MS. Vezalensi. Aliæ inter opera S. Bernardi Parisiis 1623. fol. edita *pag.* 2051. 2052. & 2053. Aliæ apud Surium *tom. 3. de S. Eduardi Anglorum Regis canonizatione.* Aliæ apud Emanuelem Rodericum pro confirmatione Ordinis S. Iacobi de la Spatha *pag. 3.* huic rescripserunt Epistolas Emanuel Comnenus Imperator Græcus, Ludouicus Francorum Rex. Henricus II. Plantagenetus Anglorum Rex. Guillielmus ad Albas manus, Archiepiscopus 52. Rhemensis, & 69. Senonensis ex Episcopo 66. Carnotensi, tandem Cardinalis. S. Thomas Becket Archiepiscopus 38. Cantuariensis, & Martyr. Petrus Blesensis, Archiepiscopus Neapolitanus nominatus. S. Ioannes Scotus, Episcopus Dunkeldensis. Arnulphus Episcopus 14. Lexouiensis. Stephanus Episcopus 49. Tornacensis S. Hildegardis Abbatissæ, Abbates Galli pro confirmatione electionis Guilielmi Abbatis Vezalensis,

zalienſis, Richardus cognomento Magnus, Archiepiſcopus 39. Cantuarienſis.

Quædam eius *Decreta* leguntur apud Gratianum, Barboſam, & alios Decretorum Collectores; ſed etiam *in Codice MS.* Lugduni apud Carmelitas Regularis Obſeruantię, aſſeruato, ſic prænotato: *Exceptiones Decretalium trium Compilationum.* Incipiunt: *Canones ab omnibus cuſtodiantur, & nemo*, &c.

Eius Concilia Turonenſe & Lateranenſe reperiuntur *tomo 7. Concil.* cum Canonibus & Notis Binij.

Obiit anno Domini 1181. die 27. Auguſti: ſepultus eſt in Baſilica Imperiali Conſtantiniana Lateranenſi. Sedit annos 21. & dies 19. Vacat Sedes dies duos.

De rebus geſtis Alexandri III. ſcripsêre præter Auctores vitarum Rom. Pontificum in generali, Anonymus quidam in Vaticano aſſeruatus: alter Anonymus in fragmento hiſtoriæ Alexandri III. Patauij in Bibliotheca Dominici Molini Senatoris Veneti aſſeruato MS. Italicè *ex Bibliothecis Patauinis* Cl. V. Iacobi Philippi Tomaſini. Felix Contelorius Cæſius *lib. de rebus geſtis Alexandri III. ab anno* 1175. *vſque ad* 1178. Fortunatus Vlmus, Abbas Congregationis Caſſinenſis *in hiſtoria de occulto Aduentu Venetias Alexandri III.* Venetiis Italicè 1629. edita, quam Notis & animaduerſionibus eruditiſſimis conuellere tentauit idem Contelorius, ac etiam N. Bardius *in explicatione picturarum palatij maioris S. Marci, edita Venetijs in* 8. & Cornelius Frangipanus *ibidem editus in* 4. necnon Anonymus MS. apud Cl. V. Gabrielem Naudæum, qui tandem quam Vlmus ſententiam fulcire conati ſunt. Andreas Sauſſaius Concordiæ Alexandri & Friderici. Gilbertus Foliothus, Petrus Opmerus, Angelus Manrique, Lucas Tudenſis Romualdus, Archiepiſcopus Salernitanus.

De ſcriptis Alexandri *Chronicæ S. Germani de Pratis, Pariſienſis, S. Albini Andegauenſis, & monaſterij Vezalienſis.* Bibliotheca Patrum *tom.* 3. Longinus Polonus *in Chron. Poloniæ.* Radeuicus *in vita Friderici.* Guillelmus Neubrigenſis *in Annal.* Matthæus Paris *ibid.* Rogerius Houedenus *ibid.* Robertus de Monte *in continuatione Sigebertina.* Ioannes Cornoüalienſis *in Eulogio ad Alexandrum.* Ioannes Darisberienſis Epiſco-

pus 67. Carnotensis *in suis epistolis & vitâ S. Thomæ Cantuariensis.* Romualdus Archiepiscopus Salernitanus *in Chron.* Ioannes Tillius Episcopus 94. Meldensis *in hist. Franc.* Trithemius *de script. Eccl.* Henricus à Gandauo *ibid.* Apparatus Possevini. Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium.* Bibliotheca Cluniacensis. Hubertus Morus Remensis *de sacra Regum vnctione.* Claudius Robertus *in Gallia Christiana.* Coccius *in Thesauro.* Baronius *tom.* 12. *Annal.* Gilbertus Foliothus, Anglus, *lib. de causa Regis Henrici II. ad Alexandrum III. Papam.* Ludouicus VII. Rex Francorum *Epist. ad Alexandrum.* Bibliotheca Gesneri, Angelus Manrique *tom.* 2. *Annal. Cisterc.* Ciaconius *in vita Alexandri III.* Ioannes Philippus Nouariensis *in historia Canonicorum Regularium.* Ioannes Mariana *lib.* 11. *cap.* 6. *de rebus Hispan.* Iacobus Gretserus *in examine mysterij Plessæani.* Leonardus Coquæus *in Antimonnæo.*

ALEXANDER IV. antea Rainaldus, seu Rolandus, Comes Signinus, natione Hernicus, patriâ Anagninus, Papa 180. anno 1264. die 25 Decembris, creatus Neapoli, scripsit

Epistolas quamplurimas 3 quarum Registrum extat MS. *in Vaticano, & in Bibliotheca Palatina.* Ei scripsit Epistolas S. Adamus, Scotus, Episcopus Catheneſius ex Thoma Dempstero *lib.* 1. *hist. Eccl. gentis Scotorum v. A.* & Seualus, Anglus, Archiepiscopus Eboracensis.

Moritur Viterbij anno Christi 1261. die 25. Maij: sepelitúrque ibidem in Ecclesia S. Laurentij. Sedit annos 6. mens. 5. & dies 13. Vacat Sedes mens. 3. & dies 4.

Vitę eius scriptores Platina, Simoneta, Massonus, Ducheſnius & alij, de vitis Romanorum Pontificum.

De Alexandri IV. Epistolis consulendi sunt Henricus Stero *in Annal.* Ioannes Hocsemius *lib.* 2. *cap.* 6. *de Episcopis Leodiensibus.* Henricus Canisius *tom.* 1. *antiq. lection.* Matthæus Paris, auctus *in Chron.* Paulus Æmilius, Veronensis, *in histor. Franc.* Robertus Gaguinus *l.* 7. *ibid.* Emanuel Rodericus *in Bullario.* Ioannes Baptista Confettius *ibid.* Collectio Constitutionum Apostolicarum Romæ 1579. apud hæredes Antonij Bladij fol. edita. Bzouius *in Annal.* Spondanus *ibid.* Binius *tom.* 7. *Conc. pag.* 867. Lucas VVadingus *tom.* 2. *Annal. Minorum.*

rum. Franciſcus à Coriolano *in Breu. Chron.* Claudius Hemeræus *lib. de Academia Pariſienſi cap.* 2. Ioannes Marquez, Auguſtinianus, Profeſſor Salmanticenſis, *de origine Eremitarum Auguſtinenſium l.* 14. *cap.* 13. Angelus Manrique *tom.* 1. *Annal. Ciſt. ann.* 1136. *c.* 2. *n.* 4. Ciaconius *in Alexandro IV.* Iacobus Gretſerus *cap.* 55. *exam. myſterij Pleſſæani.* Nicolaus Sanderus *de viſibili Monarchia.*

ALEXANDER V. antea Petrus Philargus, Cretenſis, Candius, Ordinis Minorum, Papa 205. anno 1409. die 26. Iunij Piſis creatus, & 7. Iulij coronatus, ſcripſit

Commentaria in ſententias, lib. 4. incip. *Circa prologum, in quo Doctores communiter quærunt*, &c. Extant MSS. Oxoniæ in Bibliotheca Balliolenſi *vol.* 57. Cremonæ *apud Auguſtinianos.* Piſauri *in illa Ducis.* Patauij *in illa S. Antonij apud Franciſcanos Conuentuales.*

Quodlibeta quædam.

Concluſiones in Collegio habitas. Cantabrigiæ MSS. in Collegio Emanuelis *n.* 29.

Sermones varios.

Epiſtolas ad diuerſos MSS. in Vaticano, quarũ vna legitur ad Hugonem Etherianum *tom.* 6. *Biblioth. Patrum Margarini Bignæi Cænomanenſis edit.* 2. & 4. Reperio Andream Billium Mediolanenſem ſcripſiſſe *de Concordia & meritis Ordinum ſuper generali indulto Alexandri Papæ V. ad Reginaldum Remenſem* 73. *Archiepiſcopum lib.* 2.

Moritur Bononiæ anno gratiæ 1410. die 3. Maij more Gallico, Italico verò die 4. hora quinta noctis ſequentis. Ibidémque apud Franciſcanos Conuentuales marmoreo tumulo eſt conditus, cum ſequentibus inſcriptionibus, quas ſic accepi anno 1640. die 9. Septembris.

Petro Philargo Cretenſi, viro inſigni, Oratori gentium, Concionatori facundo, Conſiliario Ducum, Diſputatori acerrimo, Pariſiis publicè Theologiam profitenti, in quatuor libros Sententiarum ſcriptori luculentiſſimo, qui ex Ordine Minorum ad Epiſcopatum Vincentiæ, Nouariæ, Archiepiſcopatum Mediolanenſem, Cardinalatum, & tandem Summi Pontificis apicem euectus eſt, Alexander V. appellatus. Bononiæ moritur ann. Sal. M. CCCC. X.

Pontificatus sui mense 8. correctiùs 11.

R. Io. Baptista Paganus de Zanetinis Bonon. pietatis impulsu, dum plura in hoc templo diuo cultui pararet, eidem diuo cultui hoc Mausoleum reparauit anno Domini M. D. LXXXIV. die 22. mensis Septembris.

Alia contra Sepulchrum.

Summus Pastorum Alexander Quintus, & omnis Scripturæ lumen, Sanctissimus Ordo Minorum quem edidit, & proprio Cretensis nomine Petrus migrauit M. CCCC. X.

Sedit menses 10. & dies 7. Vacat Sedes dies 14.

Alexandri V. vitam scripserunt Platina, Ciaconius, Binius, Ægidius Viterbiensis Card. Lege etiam *Orationem & Carmina gratulatoria Guasparini Bergomensis ad Alexandrum V.* Donatum Bossium *in Elogio Petri Philargi Archiepiscopi* 108. *Mediolanensis.* Paulum Morigiam *ibid.* Iosephum Ripamontium *ibid.* S. Antoninum, Lucam VVadingum *in Annal. Minorum, tom.* 5. *ann.* 1410. vbi calumnias in eum illatas detegit, & detergit. Ioannem Riuadellum, Diaria *Stephani Infessuræ, Antonij Petri, & Pauli Lælij Petroni.*

De eius scriptis, Bibliotheca Patrum *loco cit.* Abbas Trithemius *de Script. Eccles.* Bibliotheca *materiarum Molani.* Index vniuersalis *Fabiani Iustiniani.* Apparatus *Possevini.* Ludouicus Carbo, Perusinus, *in Catal. Interpretum in D. Thomam.* Bibliotheca Theologica *Angeli Rocchæ.* Henricus VVillotus Belga, Franciscanus, *in Athenis suis.* Marcus Vlysbonensis *in Chron.* Franciscus Gonzaga *in historia Seraphica.* Bernardinus de Bustis *serm.* 4. *de Conceptione.* Bzouius *in Annal.* Spondanus *ibid.* Ioannes Ekius *de primatu Petri lib.* 1. *c.* 44. Ferdinandus Quirinus de Salazar S.I. *lib. de Conceptione.* Bibliotheca Mariana *Hippolyti Maracci.* Laurentius Beyerlinck *lib. Apophtheg Christian. pag.* 235. Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium.* Iacobus Auzolius *in Sanct. Chronol.* Ioannes Baptista à Glano *in eius vita.* Theodoricus à Niem. Rodulphus Tossianensis *in histor. Seraphica.* Bibliotheca Abbreuiata *Gesneri.* Blondus *lib.* 10. *dec.* 2. Ioannes Cochlæus *lib.* 1. *hist. Hussitarum.* Andreas

Victo

Victorellus *addit. ad vitam Alexandri V.* Lucas VVadingus *tom. 5. Annal. Minor.*

ALEXANDER VI. antea Rodericus Borgia, aliàs Lenzola dictus, Valentinus, Hiſpanus, Papa 215. anno 1492. die 11. vel 13. Auguſti creatus, & 12. Septembris coronatus, ex Rupipozæo Cardinalium nomenclatore, ſcripſit

Clypeum defenſionis fidei S.R.E. Argentorati 1497.

De Cardinalium excellentia, & officio Vicecancellarij lib. 1.

Aſſeruabatur olim in Bibliotheca eruditiſſimi Guillelmi Cardinalis Sirleti.

Gloſſam in Regulas Cancellariæ ad Innocentium VIII.

Epiſtolaſque plures ad Franciſcum Cardinalem Ximenium, Franciſcanum, Archiepiſcopum 87. Toletanum, & Franciſcum Philelphum. Quarum quædam extant *in Bibliotheca* Cardinalis Sirleti, & *in vita* Cardinalis Ximenij. Ei ſcripſit Epiſt. *Caſſandra Fidelis*, Veneta, litteris decorata. Eius Epiſtolæ in cauſa Hieronymi Sauonarolæ, Dominicani, cum reſponſuis dicti Hieronymi. *Extant MSS. in Biblioth. Enij Franciſci Card. Barberini, Litteratorum Patroni munificentiſſimi.*

Conſtitutiones Eccleſiaſticas; quæ leguntur in collectionibus Romana & Confertiana, necnon in Bullariis Emanuelis Roderici, & Laërtij Cherubini.

Moritur anno ſalutis 1503. die 18. Auguſti. Sepultus eſt in Sacrario S. Petri. Sedit annos 11. & dies 8. Vacat Sedes menſem 1. & dies 3.

Eius res geſtas ſcriptitarunt Onuphrius Panuinus. Ciaconius, Binius, & alij; ſed habes præterea Bernardinum Lonati Papienſem Cardinalem *in Prognoſtico ad Alexandrum VI. olim MS in Bibliotheca Sirleti aſſeruato.* Michaëlem Fermum Mediolanenſem *in Conclaui Alexandri VI. à Iacobo Philippo Tomaſino MS. aſſeruato* Ioannem Lucidum Cathanium *in Oratione ad Alexandrum VI.* Adrianum Caſtellenſem, Franciſcum Sphærulum, Raphaëlem Volaterranum, Thomam de Vio Caietanũ, Angelum Politianum, Antonium Galeacium Bentiuolum, Beneuenutum de S. Georgio, Eraſmum Vitellium, Gentilem Epiſcopum Aretinum, Iacobum Spinolam I.C. Iaſonem Mainium, Marcum Montanum, Nicolaum

Estensem, Nicolaum Tigrinum, Petrum Caram, Rutilium Zenonem, Sebastianum Baduarium, Ægidium Cardinalem Viterbiensem.

De eius scriptis Aluarus Gomezius, Hispanus, *in vita Cardinalis Ximenij.* Franciscus Philelphus *in Epist.* Hermolaus Barbarus *ibid.* qui etiam ei dedicat suas castigationes Plinianas. Iodocus Coccius *in Thesauro Catholico lib.4. art.8.* Onuphrius Panuinius *lib.de sept.Eccl.vrb. & in vita Alexandri VI.* Paulus Mucantius *in MSS. obseruationibus cæremonialibus anni Iubilæi cap.1.* Ioannes Burchardus *in Diario Alexandri VI.* Andreas Victorellus *part.3. Hist.12. Iubil.* Vbertus Velleius *in Appendice ad Annales Roberti Guaguini.*

S. ANACLETVS, Athenienſis, Græcus, Papa 5. anno 103. die 15. Decembris, aliis 3. Aprilis coronatus, ſcripſit *Epiſtolas tres*; quas refert Seuerinus Binius *tom.1. Conciliorum à pag.50. vſque ad 61. cum Notis.* & Franciſcus Iouerius *in ſua collectione Decretorum Pariſiis 1555. fol. edita, pag.97. & 98.* Vna etiam habetur *in collectione Epiſtolarum Pontificiarum Baſileæ 1570. fol.edita, cum Ioannis Sichardi argumento.* Petrus Riuetus, Caluiniſta, fictitias reputat, ſed ei opponimus auctores infrà citatos.

Duo eius *Decreta* leguntur apud Gratianum, Carranzam, Barboſam; & alios. Extant MSS. in Bibliotheca Patauina S.Ioannis de Viridario, in libro, cuius titulus eſt, *Ordo Pontificum.*

Martyrium paſſus eſt Romæ anno Domini 112. die 13. Iulij: ſepultus eſt in Vaticano, in Eccleſia, quam in honorem S.Petri conſtruxit, iuxta corpus eiuſdem S.Petri. Sedit annos 9. menſ.3. & dies 10. Ciaconio annos 9. menſes 2. & dies 28. Vacat Sedes dies 13.

Omnia Martyrologia & Menologium Græcorum eius ſanctatem, eodem die, celebrant.

Eius vitam conſcripſerunt S. Damaſus *in Rom. Pont. vitis.* Petrus de Natalibus *in Cat.l.6.cap.95.* & alij, qui de vitis Sanctorum & Rom.Pontificum.

De eius Epiſtolis lege, ſi lubet, S.Anicetum Papam *in Epiſtola ad Galliæ Epiſcopos.* Thomam VValdenſem, Carmelitam

l.2.Doctrinalis fidei art.1.cap.2.4.18. & art.3.cap.33.42.63. & tom.2.de Sacramentis,cap.116. Ekium *lib.de Primatu Petri aduersùs Lutherum.* Thesaurum Coccij. Guillelmum Eisingrenium *in Catal.testium veritatis.* Antonium Caraffam Cardinalem *in collectione Epistolarum Decretalium.* Balthasarem VVerlinum, Colmarienſem, *in addit.ad Trithemium.* Genebrardum *in Chronographiâ.* Nauclerum *ibid.* Gualterum *ibid.* Franciſcum Turrianum *de Epiſt. Pontificijs.* Bellarminum *l.2. de Rom.Pont.cap.4.14.& 17.* Baronium *tom.2. annal. anno 103.* Apparatum ſacrũ Poſſeuini, *v.A.* Coriolanum *in Breu.Chron. & prælud.9.Summæ Concil.pag.54.65.77. & in annotat.ad Canones Apoſtolorum,annot.1. & 9. Canon.* Ducheſnium *in eius vita.* Camum Epiſcopum Bellicenſem *ibid.* Raphal.Volaterranum *l.22.Antropol.* Simonetam *lib.3.cap.6.* Alphonſum Salmeronem *tom.12.tract.60.61.& 63.* Alphonſum à Caſtro *de hæreſ.v.Epiſcopus.* Thomam Beauxamis Carmelitam *tom.3. harmon.Euangel.* Thomam à Ieſu Carmelitam *part.2. de proprietate abdicanda.* Stephanum Bauny S.I. *in practica iuris Canonici.* Geſneri *Bibliothecam.* Ciaconium *in vita S.Petri, & in Anacleto.* Andream Victorellum *in add.ad vitam S.Gelaſij I.* Galbrielem Martinum *aduersùs Vulſonem pag.113.*

S. ANASTASIVS I. Romanus, Papa 40.anno 398. die 14. Martij Romæ creatus,& conſecratus,ſcripſit

Varias Epiſtolas, quarum tres tantùm leguntur *tom.1. Concil.cum Notis Binianis,pag.724.25.& 26.* duæ verò *in collectione Iouerianæa,pag.132.& 133.* vna verò ad Vrſinum *de Incarnatione filij Dei,* cuius tria extant fragmenta *in appendice ad Breuiarium Liberati Diaconi:* ſed iudicio Laurentij Surij & Baronij falsò Athanaſio tributa, vt docet Binius. Aliæ in cauſa Origeniſtarum & Donatiſtarum, hactenus Auctoribus, & nobis ignotæ. Inter Epiſtolas D. Hieronymi *vna reperitur Anaſtaſij ad Ioannem Hieroſolymitanum Epiſcopum de Ruffini ſententia,* quæ eſt *n.43.*

Quædam *Decreta,* quæ reperiuntur apud Gratianum, Bartholomæum Carranzam, Dominicanum, & alios.

Migrauit ſanctiſſimè ad Dominum anno 402. die 27. Aprilis: ſepultus eſt primò in Cœmeterio ſuo ad Vrſum pileatum

cum

cum sequenti Epitaphio:

Limina nunc seruo, tenui qui culmina Sedis,
Hic merui tumulum Præsul Anastasius.
Presbytero genitus delegi dogmata vitæ,
Militiæq; Dei natus in officijs.
Pontificum casto famulatus pectore iussis,
Obtinui magnum nomen Apostolicum.

Deinde in Ecclesias Carmelitarum SS. Syluestri & Martini de Montibus, in titulo Equitij translatus tempore Sergij iunioris, seu II. Papæ, vt antiqua inscriptio marmorea ad cornu Euangelij maioris altaris contra parietem collocata, comprobat. Sedit annos 4. mensem 1. & dies 13. Vacat Sedes dies 21.

Anastasius Bibliothecarius, Petrus de Natalibus *in Catalogo SS.* & alij recentiores, eius vitam ad posteros transmiserunt.

Eius Epistolæ memorantur à S. Hieronymo *epist. 16.* Marcellino *in Chron.* Genebrardo *ibid.* Apparatu sacro Possevini *v. A.* Baronio *ann. 398. & 402.* Iodoco Coccio *in Thesauro Catholico.* Volaterrano *l. 22. Antropol.* Augustino Barbosa IC. *in Collectaneis Doctorum super Decretum Gratiani.* Ducheſnio *in Anastasio.* Coriolano *ibid.* Iacobo Gualtero *sæcul. 4. & 5. col. 1.* Coriolano *in Summa Conciliorum Parisiis 1639. fol. edita.* Alphonso Ciaconio *in Anastasio.* Baptistâ Platinâ *ibid.* Baptistâ à Glano Leodiensi *ibid.*

ANASTASIVS II. Romanus, Papa 52. anno 496. die 28. Nouembris creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolam vnam Decretalem ad Anastasium Imperatorem hæreticum, per Germanum Capuanum & Crescónium Tudertinum, Episcopos, Sedis Apostolicæ Legatos Constantinopolim, transmissam, vt Acacij Episcopi Constantinopolitani nomen è dypticis eraderetur, sicque concordia, Orientali Ecclesiæ restitueretur. Extat *tom. 3. Concil. cum Notis Binianis,* ab vrbe Roma missis ab Anastasio Papa, *à pag. 668. vsque ad 672. & tom. 6. annal. Baronij ann. 497.* Item *in collectione Iueniana, pag. 165.* Extat MS. *in Bibliotheca Cameracensi in Belgio.*

Eius

Eius *Decreta* apud Gratianum, Carranzam, Iouerium, Augustinum Barbosam, & alios.

Moritur Romæ anno salutis 498. die 19. Nouembris: sepelitur in Basilica Vaticana S. Petri Apostoli. Sedit annos 2. minus diebus septem, hoc est, annum 1. mens. 11. & dies 21. Vacat Sedes dies 4.

Eius vitam posteritati consecrauit Anastasius S. R. E. Bibliothecarius, & alij, *de Romanorum Pontificum vitis*, quos consulere potes in nostro libro 2. huius Bibliothecæ.

De Epistola & Decretis Anastasij II. Ioannes Trithemius, Thomas VValdensis *tom. 2. de Sacram. cap. 11.* Albertus Pighius *lib. 4. de Eccles. hierarch. cap. 8.* Franciscus Feuardentius Doctor Sorbonicus, Minorita, *in Theomachia Caluinistica, l. 3. de æterno Dei filio, cap. 8. pag. 82.* Antonius Possevinus *in Appendice ad tomum 1. Apparatus sacri, v. A.* Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pont. cap. 14.* Petrus Cotton *lib. 2. Institut. cathol. cap. 13.* Ioannes Ekius *de Primatu Petri.* Coccius *in Thesauro.* Volaterranus *l. 22. Antropol.* Didacus Couarruuias *l. 4. variarum cap. 13.* Petrus Cenedus *ad Decretum collect. 16.* Gualterus *sæc. 5. col. 1.* Genebrardus *in Anastasio.* Camus *ibid.* Coriolanus, Ducheſnius *ibid.* Iacobus Auzolius *ibid.* Gesneri *Bibliotheca.* Alphonsus Ciaconius, Dominicanus *in Anastasio II.* Anastasius Bibliothecarius *ibid.* Albertus Pighius *de hierarch. Eccles. lib. 4. cap. 13.* Andreas Victorellus *in addit. ad vitam Anastasij II.*

ANASTASIVS IV. Romanus, antea Conradus de Suburra, Abbas 3. S. Ruffi Ordinis S. Augustiniani, tandem Papa 167. anno 1153. die 9. Iulij creatus, & 12. consecratus Romæ, scripsit

Epistolas ad diuersos, vt colligo ex Andrea Ducheſnio, quas ipse penes se MSS. asseruabat; vnam solummodò reperio apud Binium *in Appendice ad Concilium Lateranense 3. œcumenicum pag. 709.*

Moritur Romæ anno Domini 1154. die 2. Decembris: sepelitúrque in Basilica Constantiniana, sub tumba porphyrea: sedit annum 1. mens. 4. & dies 23. Vacat Sedes dies 2.

Eius vitam scripsêre Platina, Onuphrius, Ioannes Baptista

à Glano, Ducheſnius, & alij, *de vitis Rom. Pont.* Conſule etiam, ſi lubet, auctores, qui *de Illuſtr. viris Canonicorum Regularium* ſcripſerunt; nempe Petrum Griſium, Ioannem de Nigraualle, Gabrielem Pennotum, & alios.

Eius Epiſtolæ reperiuntur *in Chronico MS. Vezeliaco.*

S. ANICETVS, natione Syrus, de vico Humiſia, Papa 12. anno 167. die 25. Iulij creatus, ſcripſit

Epiſtolam Decretalem ad Gallię Epiſcopos, quam Notis illuſtrauit eruditus Binius *tom. 1. Concil. pag.* 86. 87. *&* 88. Vittakerus, Riuetus & Magdeburgenſes hæretici, contra hanc Epiſtolam acriter oppugnant, ſed temerariè, vt conſtat ex teſtimoniis virorum doctiſſimorum infrà citatorum.

Decreta Aniceti leguntur apud Gratianum, Genebrardum, Carranzam, Barboſam, &c.

Hic conſtans in præceptis Domini, conſtitutus eſt in Monte ſancto eius per coronam martyrij, quâ Romæ exornatus eſt anno 175. die 17. Aprilis: ſepultúſque in cœmeterio Calliſti viâ Appia: ſedit ann. 6. menſ. 8. dies 28. Vacat Sedes dies 16.

Martyrologia S. R. E. Bedæ, Vſuardi, Adonis, Maurolici, Galeſini, & Topographia Ferrarij eodem die, eius ſanctitatem commemorant, & Baronius in Notis ad Martyrolog.

Eius vita extat *in Pont. Rom. S. Damaſi, & in catal. SS. Petri de Natalibus, lib. 4. c. 57.* Ioannes Angelus Dux ab Altemps eam in lucem emiſit.

Eius Epiſtola, & Decreta memorantur à Thoma VValdenſi *tom. 1. l. 2. art. 2. cap. 4. & tom. 2. cap.* 119. Ioanne Ekio *de Primatu Petri l. 2. cap.* 10. Coccio *in Theſaur.* Baronio *in Annal.* Genebrardo *l. 3. Chronographiæ*, Bellarmino *l. 2. de Rom. Pont. cap.* 14. Alphonſo Salmerone *tom. 12. tract.* 63. Volaterrano *l. 22. Antrop.* Franciſco Duareno *l. 2. de ſacris Eccleſ. miniſtr. cap.* 14. Aluaro Pelagio *l. 2. de planctu Eccleſiæ cap.* 14. Iacobo Menochio *de arbitr. caſu* 392. *num.* 25. Simoneta *in Aniceto.* Ducheſnio *ibid.* Coriolano *ibid.* Petro Cottono *tom. 2. Inſtitut. cathol. l. 3. cap.* 19. *&* 25. Gualtero *ſæcul. 2. col. 1. & verit. 8. §. 5.* Balthaſare Paës Luſitano *in Cant. Moyſis, text. 4. annotat.* 3. Geſneri *Bibliothecâ ſub nomine Aniſij Papæ.* Alphonſo Ciaconio

nio *in Aniceto*, Baptistâ Platinâ *ibid.* Ioanne Francisco Bordino *ibid.* Anastasio Bibliothecario post Damasum Portuensem.

S. ANTERVS, Græcus, patriâ Petilianus, Papa 20. anno 237. die 2. Decembris creatus, scripsit

Epistolam Decretalem ad Episcopos prouinciarum Bœticæ & Tolosanę, aliis Toletanę. Extat *tom. 1. Concil. cum Notis Binij Canonici Colonienſis, pag. 111. 112. & 113. tom. 11. Annal. Baronij ann. 237. & tom. Epistolarum Pontificiarum Basileæ 1536. fol. edito, studio Lamberti Gruteri.*

Eius *Decreta* referunt Iuo Carnotensis 62. Episcopus *lib. 4. Decreti.* Gratianus *in Decreto.* Burchardus Episcopus 28. Vormatiensis *l. 5. cap. 24. & 77.* Carranza *in Summa.* Augustinus Barbosa, & alij Canonistæ.

Per Notarios autem res Martyrum accuratè descripsit, & in ærarium Ecclesiæ reposuit, è quo fonte hausta ferè sunt, quæ hodie de Martyribus nouimus, VVicelius *in Antero.* Genebrardus *ibid.* Posseuinus *ibid.*

Hunc stola iucunditatis induit Dominus, & coronam martyrij posuit immortalem super caput eius anno 238. die 3. Ianuarij: sepultus est in cœmeterio Callisti viâ Appiâ; deinde in Templum S. Syluestri in Campo Martio translatus fuit. Sedit mensem 1. & diem 1. Vacat Sedes dies 13.

De eius Epistola & Decretis loquuntur, Apparatus sacer Posseuini *v. A.* Thomas Nettertus vulgò VValdensis *tom. 1. l. 2. art. 3. cap. 41.* Coccius *in Thesauro catholico.* Ioannes Ekius *de primatu Petri lib. 2. cap. 10.* Genebrardus *in Chron.* Iacobus Gualterus *ibid. sæc. 3. col. 1. & 5. verit. 11. §. 5.* Ducheſnius *in eius vita.* Camusius *ibid.* VVicelius *ibid.* Bordinus *ibid.* Ioannes Baptista à Glano *ibid. pag. 323.* Coriolanus *in annot. ad Canones Apostolorum, pag. 2. col. 1.* Gesneri *Bibliotheca abbreuiata.*

S. BENEDICTVS I. cognomento Bonosus, patriâ Romanus, Papa 64. anno 573. die 16. vel 17. Maij creatus, & 2. Iunij consecratus, scripsit

Epistolam Decretalem vnam ad Dauidem Episcopum Hispanum; quâ probat ex sacris litteris, summam Trinitatem vnitatem esse. Extat *tom. 1. Epistolarum Decretal. Romæ 1591.*

editus tom.4.Concil. Seuerini Binij pag.465. & 466. & in collectione Francisci Iouerij,pag.171. & 172.

Obiit anno salutis 577.die 30.Iulij : sepultus est in Basilica Vaticana S.Petri. Sedit annos 4.mens.1.& dies 28.Vacat Sedes mens.3.& dies 11.

Martyrologium Francisci Maurolici eum commemorat die 8.Maij,*pag.mihi* 30.

Eius vitam scripserunt Anastasius S. Damasi continuator, & alij,*de Rom. Pont.*Petrus de Natalibus *in catal.SS.l.3.c.215.*

De hac Epistola Baronius *ann.577.n.1.*Posseuinus *in Apparatu,v.B.*Iacobus Gualterus *sæc.6.col.1.& 5.*Barbosa *super Decretum Gratiani Monachi S.Felicis Bononiæ Ord.S.Benedicti.* Bibliotheca Gesneri. Alphonsus Ciaconius *in Benedicto I.*

S. BENEDICTVS II. Sabellus, Romanus, Canonicus Regularis,Papa 83.anno 684. die 20.Augusti, Ciaconio 19.Iunij creatus & consecratus,scripsit

Epistolas duas ; quarum vna est legitima,altera verò supposita ; vt sincerè annotarunt Baronius,& Binius. Extant *tom.6. Concil.* Prima Petro Notario Regionario directa, legitur *in notis Garsiæ Loaysæ ad Concil.14.Toletanum.* Altera verò Eruigio Visigothorum Regi etiam directa, tribuitur Leoni II. Papæ. Vide Baronium *ann.684.n.2.* hæc pauca de Benedicto habemus,licèt non sit leuis mihi coniectura, eum varia scripsisse. Nam(testibus Anastasio,& Platina)fuit vir doctrinâ,& exercitatione in rebus diuinis singularis : sed an extent, nihil hactenus certi habeo.

Moritur Romæ anno Incarnationis 685. die 7.Maij : sepelitúrque in Basilicâ Vaticanâ S. Petri , cum sequenti Epitaphio :

Magna tuis,Benedicte Pater,monumenta relinquis,
Virtutum titulos : ô decus,atque dolor !
Fulguris in speciem mentis splendore coruscas,
Plura sed exiguo tempore cæpta fluunt.
Cuncta Sacerdotum præstantia munia comples,
Et quo quisque bono claruit,vnus habes.
Quippe quod à paruo,meritis radiantibus,auctus,
Iure Patrum,solium Pontificale foues.

Non

Non hoc ambitio rapti tibi præstat honoris:
Indolis est fructus, quam comitatur honos.
Et quia solerter Christi regis agmina Pastor,
Percipe saluati præmia celsa gregis.

Sedit mens. 8. & dies 17. Vacat Sedes menses 2. & dies 15. Martyrologium Romanum, & Tabulæ Ecclesiasticæ eum, eodem die, commemorant.

Anastasius S. R. E. Bibliothecarius eius vitam scripsit, & omnes alij vitarum Romanorum Pontificum scriptores.

Eius Epistolę memorantur à Garsiâ Loaysiâ, Cardinali Baronio, Binio, Apparatu sacro Possevini *verb. B.* Ducheſnio *in eius vitâ.*

BENEDICTVS III. Romanus, Ordinis Canonicorum Regularium, Papa 106. anno 855. die 17. Iulij creatus, Ciaconio 21. Iulij, & 29. Septembris consecratus, scripsit

Epistolas varias, licèt tamen paucas reperiamus, nempe duas ad Episcopos Galliæ, & Hincmarum Archiepiscopum 31. Remensem, quas refert Binius *tom. 6. Concil. pag.* 473. 474. *&* 475. Item Baronius *tom.* 10. *Annal. ann.* 853. *num.* 15. *&* 16. 856. *n.* 23. In historia Remens. Flodoardi & Frizonis. Ei rescripserunt Lupus Abbas Ferrarienſis, diœc. Senonensis, legitur inter eius Epistolas *num.* 103. à Papyrio Massono editas, *& tom.* 10. *Annal. Baronij. ann.* 856. *n.* 8. & Hincmarus Remensis, qui *suprà.*

Quædam eius *Decreta* memorantur ab Anastasio, Platina, Ducheſnio, & aliis Rom. Pont. vitarum scriptoribus.

Obiit Romæ anno 858. die 26. Februarij: sepultus est ante fores Basilicæ Vaticanæ B. Petri Apostoli. Sedit annos 2. menses 6. & dies 10. Vacat Sedes menses 2. & dies 8. ex supputatione Claudij Roberti; sed verò ex Platina dies solummodò 25. & Ciaconio 15. quibus non assentior, sed Claudio Roberto.

BENEDICTVS VII. dictus VIII. Romanus, ex Comitibus Tusculanis, Papa 145. aliis 148. anno Domini 1012. Binio 1013. die 7. Iunij creatus Romæ, scripsit

Epistolas varias, præsertim ad Monachos Cassinenses, quibus varia priuilegia concedit. Aliæ hactenus sunt in obscuro.

Obiit Romę anno Christi 1024. die 28. Februar. sepultus in Basilica Vaticana S. Petri. Sedit annos 11. menses 8. & dies 12. aliis ann. 12. Vacat Sedes diem 1.

De rebus gestis Benedicti VIII. Petrus Guillermus, Martinus Polonus, Platina, Onuphrius, Ciaconius, Baronius, Binius, Duchesnius, Glaber Rodulphus, & alij.

De scriptis Leo Marsicanus *in Cassin. Chron.*

BENEDICTVS XI. antea Nicolaus Bucasenus, vel Bocasinus dictus, patriâ Taruisinus, Italus, Ordinis Prædicatorum, Papa 193. anno 1303. die 22. Octobris creatus Romæ, & 27. eiusdem mensis coronatus, scripsit

In Iob, Commentaria.

In Psalterij Dauidis partem.

In Apocalypsim. Item

In Matthæi Euangelium Commentaria ampla nimis, & planè admiranda. Prodiit Taruisij, & Venetiis 1603. apud societatem, secunda dictorum operum pars. Audio (inquit Bartholomæus Burchelatus) inuentas demum esse primam & tertiam, quæ vtinam similiter publicentur. Idem mihi Veronæ in Italia, testatus est R. P. Aloysius Nouarinus inter Theologos nostræ ætatis celeberrimus, & doctissimus; tamen vsque in hunc annum 1642. quo hæc scribimus, solummodo prodierunt *Commentaria in cap. 5. Matthæi* Venetiis 1603. & Taruisij, quæ typis dedit, & decorauit Georgius de Lazaris, Taruisinus, Dominicanus, Episcopus Minorensis. Reperio etiam in Catalogo MS. Pontificum Scriptorum Dominicanorum ad me è Parisiis à R. P. Petro Louueto, Diuionensi Dominicano, transmisso, hunc scripsisse *Conciones in Matthæum*, sed suspicor idem, ac præfatum opus fore. Hæc opera in Matthæum extant MS. Romæ in Bibliotheca Eminentissimi Francisci Cardinalis Barberini, quam perlustrauimus beneficio Cl. viri Caroli Moroni Bibliothecarij, *tom.* 4.

De Ritibus opusculum.

Sermones in diebus solemnibus habitos, ex Possevino.

Eius *Registrum* habetur MS. in Vaticano.

Moritur Perusij miraculis clarus anno 1304. die 6. vel 7. circa horam nonam Iulij: ibidémque sepelitur in Ecclesia

Domi

Dominicanorum cum sequenti Epitaphio:

O quàm laudandus, quàm dulciter est venerandus
Inclytus ille Pater, priùs extitit Ordine sacro
Sancti Dominici Christi vigilantis amici
Lector honoratus, pius extitit ipse vocatus.
Effectus talis frater, quoque Dux Generalis
Sic Ro. doctrinæ post hæc fit cardo Sabinæ,
Ostia, Velletris titulis sibi dant pia lætis.
Perficit Hungariæ Legatus iussa Sophiæ.
Fit Pater ipse Patris, caput Orbis, gloria fratris.
Est meritò dictus re, nomine, vir Benedictus.
Treuisij datus hic, primo sed Pontificatus
Anno decessit, sibi rectè subdita rexit.
In nouo noctu mortis prosternitur ense.
Hunc hominem Sanctum reddunt miracula tantùm,
Innumeris signis dant grata iuuamina dignis.
Lector habe menti: currebant mille trecenti
Quattuor, appensis dum transijt hic homo mitis,
Mense, die sextâ Iulij sunt talia gesta.

Sedit mens. 8. & dies 6. Vacat Sedes mens. 10. & dies 28.

Eius vitæ scriptor singularis est Nicolaus Maurus, Taruisinus Legum Doctor Italicè. præter Auctores de vitis Romanorum Pontificum, consule etiam Acta Benedicti XI. & Philippi Pulchri Franc. Regis, Seraphinum Razzium, Gregorium Luzianum.

De scriptis Benedicti S. Antoninus *in Chron.* Bzouius *in Annal. Eccles.* Constantinus Fabriensis, Italus *in Chron. Ordinis sui Prædicatorij.* Guido Flonochetus Narbonensis *ibid.* Galuanus Flamma *ibid.* Thomas Maluenda *ibid.* Hieronymus Albertucius *ibid.* Iacobus Suzatus *ibid.* Ferdinandus à Castilio *ibid.* Antonius de Conceptione Senensis *ibid. & de Illustr. viris.* Ambrosius Gazæus *ibid.* Leander Albertus *ibid.* Michaël Pius *ibid.* Bernardus è Castro S. Vincentij *ibid.* Albertus Castellanus *ibid.* Felix è Castro Franco *ibid.* Petrus Louuetus, Sequanus *ibid.* Bartholomæus Burchelatus Medicus Taruisinus *in suâ historiâ Taruisinâ* Latinè in 4. editâ apud Angelum Reghitinum *pag. mihi* 50. Apparatus sacer Possevini *v. B.* Fabianus

bianus Iustinianus *l. 3. de sacr. Script.* Andreas Schottus *de sacræ Scripturæ interpretibus.* Rupipozæus Episcopus Pictauiensis *in Nomenclaturâ Cardinalium.* Laurentius Beyerlinck Antuerpiensis *lib. Apophthegm. Christianorum, pag. mihi* 272. Alphonsus à Castro *lib. 3. de hæres.* Alphonsus Ciaconius *in Benedicto.*

BENEDICTVS XII. antea Iacobus Fornerius, cognomento Nouelli, natione Auxitanus, patriâ Sauerdunensis diœcesis Tolosanæ, primò Ordinis Carmelitarum, deinde Cisterciensium, Papa 196. anno 1334. die 20. Decembris Auenione creatus, & die 3. Ianuarij 1335. coronatus, scripsit

De statu animarum ante generale iudicium, tom. 2.

Quæstiones vndecim eiusdem argumenti.

Decretum de Sanctorum animabus separatis post mortem, clarâ & intuitiuâ visione Deum intuentibus, nec esse animarum receptacula vsque ad resurrectionem. Incipit: *Benedictus Deus in donis suis.* Extat apud Laërtium Cherubinum *tom. 1. Bullarij.*

Contra errores Fratricellorum librum.

Sermones per omnes anni festiuitates. Hæc omnia MSS. in Bibliotheca Vaticana asseruantur.

Commentaria in Psalmos Dauidicos.

De statu Canonicorum, lib. 1.

Decretale Religiosorum, lib. 1.

De reformatione Benedictinorum constitutionem; quæ reperitur cum Commentariis Petri Boërij Narbonensis, Abbatis S. Aniani. In hanc Constitutionem, in Bibliotheca Mantuana Benedictinorum. Prostant in 8. Parisiis 1519.

Vitam S. Ioannis Gualberti, Florentini, Ordinis Vallis Vmbrosæ Fundatoris. Extat apud Surium.

Sententias varias ab Hermanno Schedelio, Germano, in Chronico Norimbergæ excuso, relatas.

Carmina quædam prophetica.

Extrauagantes & Constitutiones *lib. 2.* Parisiis 1517. in 4. & 8. Quædam etiam leguntur *in collectione Romanâ* 1579. *editâ.* Extant MSS. *in Bibliothecâ Bodleianâ Anglicanâ*, vt colligo ex librorum Catalogo eiusdem Bibliothecæ impresso.

Regiſtrum

Registrum eius Epistolarum, & Constitutionum *in* 10. *tomos* diuisum habetur MS. in Bibliothecâ Vaticanâ fol. regali. Quarum quædam leguntur apud Thomam VValsinghamum *in Eduardo III. Rege Anglorum*, & Lucam VVadingum *tom.* 3. *Annal. Minorum.*

Moritur Auenione non sine sanctitatis opinione, anno 1342. die 25. Aprilis: sepelitúrque in Ecclesiâ Cathedrali S. Mariæ de Donis, in sepulchro marmoreo. Sedit annos 7. menses 4. & dies 6. Vacat Sedes dies 11.

Menologium Cistercienſe Chrysostomi Henriquez eius sanctitatem eodem die commemorat; sicuti & Martyrologium Benedictinum Arnoldi Vuionis & Hugonis Maynardi.

Eius vitam scriptis mandarunt Bernardus Guidonis, Symphorianus Champerius, Massonus, Ducheſnius, Ioſephus Maria Soarezius, Franciſcus Boſquetus, Petrus Frizon *in ſua Gallia purpurata*, Marcus Antonius Alegræus Caſanatus *in Paradiſo Carmelitico*, & alij *de Rom. Pont. vitis*. Andreas Sauſſayus, Chryſoſtomus Henriquez.

De Benedicti ſcriptis Apparatus ſacer *Poſſeuini*. Bibliotheca Carmelitana *Petri Lucij*. Nomenclatura Cardinalium *Rupipozæi*. Emanuel Roman *de Ill. Ordinis Carmelitici ſcriptoribus*. Arnoldus Vuion *in ligno vitæ*. Iodocus Coccius *in Theſauro*. Laziardus Cœleſtinus *in epitome vniuerſalis hiſtoriæ*. Genebrardus *in Chron.* Fabianus Iuſtinianus *l.* 3. *de ſacr. Script.* Andreas Schottus *de ſacr. Script. interpr.* Ioannes de Tholouze *in Annal. Victorinis*. Alphonſus à Caſtro *l.* 3. *de hæreſ. pag.* 54. Nicolaus Sanderus *lib. de viſibili Monarchia*. Ioannes D'Aſſigny Abbas Niſelenſis *de Ill. viris Ord. Ciſtercij*. Ferdinandus Vghellus *in Notis ad Ciaconium, & ibid.* Ioannes Villanus *l.* 11. *c.* 19. Ioannes Hocſemius *in hiſtor. Leodij*. Emanuel Rodericus *in Bullario*. Stephanus Quaranta *in ſumma Conſtit. Apoſt.* Ferdinandus de Caſtro Palao, Legionenſis S. I. *tractat.* 4. *de fide, diſp.* 1. *punct.* 5. §. 2. Bibliotheca Geſneriana, Ciaconius *in Benedicto XII.* Bibliotheca noſtra Carmelitana *v. A.*

S. BONIFACIVS I. Romanus, Papa 43. anno 418. die 28. Decembris Romæ creatus, & conſecratus aduersùs Eulalium Pſeudopontificem, ſcripſit

Epistolas tres, quæ leguntur *tom.* 1. *Conc.* cum Notis Seuerini Binij, Honorij Augusti rescripto ad Bonifacium, & Epistola ab omni Concilio Africano ad Bonifacium, per Faustinum Episcopum Ecclesiæ Potentianæ, prouinciæ Piceni, Philippum & Asellum Presbyteros Legatos Ecclesiæ Romanæ directa, *pag.* 881. 882. 883 *&* 925. *tom.* 5. *Annal. Baron.* & in Francisci Iouerij *collectione pag.* 141. *&* 142.

Decreta eius varia reperiuntur apud Gratianum, & alios Decretorum Collectores.

Moritur Romæ anno 423. die 25. Octobris: sepelitúrque in cœmeterio S. Felicitatis Martyris in viâ Salariâ, vel via Appia ex Ciaconio, cum sequentibus inscriptionibus è Petro Manlio sic desumptis:

Prima supra sepulchrum.

Atria magnifici sunt membris plena sepulti,
Sedis Apostolicæ Bonifaci Præsulis almi.

II.

Postquam mors Christi pro nobis morte peristi,
In Domini famulos nil tibi iuris erit.
Pone trucem rabiem, non est sæuire potestas,
Aut quid victa furis, nil nocitura pijs?
Hoc siquidem melius de misso viuitur orbe,
Cùm tamen vt viuat hic sibi quisque facit:
Hîc sita sunt Papæ Bonifaci membra sepulchro
Pontificale, sacrum qui benè gessit opus:
Iustitiæ custos rectus, patiénsque, benignus,
Cultus in eloquijs, & pietate placens.
Flete ergo mecum Pastoris funera cuncti,
Quos tædet citiùs tot caruisse bonis.

III.

Sedis Apostolicæ primæuis miles ab annis,
Post etiam toto Præsul in orbe sacer.
Membra beata senex Bonifacius hîc sua clausit,
Certus in aduentu glorificanda Dei.
Mitis adunauit diuisum Pastor ouile,
Vexatos refouens hoste cadente greges.

Iram

Iram supplicibus miti de corde remisit,
Debellans cunctos simplicitate dolos.
Egit, ne sterilis Romam consumeret annus,
Nunc orando, fugans, nunc miserando, famem.
Quis te, sancte Parens, cum Christo nesciat esse,
Splendida quem Rectum vita fuisse probat?

Sedit annos 4. menses 9. & dies 23. Vacat Sedes dies 9.

Eius memoria celebratur in Martyrologiis Romano, Bedæ, Vsuardi, Adonis, Galesini, Baronij.

Vitæ Bonifacij Scriptores Anastasius Damasi continuator, Petrus de Natalibus *l.4.c.160.* & alij.

De eius Epistolis S. Prosper Aquitanicus Episc. Regiensis *in Chron* Marcellinus *ibid.* Genebrard. *ibid.* Apparatus sacer *Possevini v.B.* Thom. VValdensis Carmelita *tom.1.l.2.art.3.c* 79. Coccius *in Thesauro.* Trithem. *de script. Eccl.* Iacob. Gualterus *sæc.5.col.1.& 5.verit.11.§.6.* Claudius de Rubys *l.1.hist. Lugd. c.4.* Sigebertus *in Chron.* Claud. Robert. *in Hilar. Episc. Narbon.* Coriolan. *in Breu. Chron.* Bibliotheca *Gesneri.* S. Augustin. Episc. Hipponensis *lib. aduers. Iulian. Episc. Capuanum hæreticum.* Alphonsus Ciaconius Pœnitentiarius Apostolicus *in* 8. *Bonifacio I.* Baptista Platina *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Martinus Polonus *ibid.* Andreas Ducheſnius *ibid.*

BONIFACIVS II. natione Romanus, genere tamen Gothus, Papa 57. an. 530. die 15. Octob. creatus, & cõsecratus Romæ, scripsit *Epistolam* ad Eulalium Episcopum Alexandrinum, *de reconciliatione Ecclesiæ Carthaginensis, cum Romanâ.* Legitur *tom.3. Concil pag.*837. cum duobus eius Conciliis Romanis *pag.*839. sed eruditissimorum Baronij, Binij & Possevini iudicio hæc epistola falsò nostro Bonifacio tribuitur. Ei rescripsit prædictus Eulalius, & Iustinianus Imp. ex Coccij *Thesaur. Catholico.*

Epistolam aliam ad Clerum Romanæ Ecclesiæ, ex Ciaconio.

Eius *Decreta* apud Gratianum, Carranzam, Barbosam, & alios. Mortuus est Romæ anno gratiæ 531. die 17. Octobris: sepultus est in Ecclesiâ Vaticanâ S. Petri. Sedit annum 1. & dies 2. Vacat Sedes menses duos circiter.

Anastasius Bibliothecarius, Platina, Tempesta & alij eius vitam posteritati consecrârunt.

Hæc tandem Epistola sub nomine Bonifacij citatur à Bellarmino *l.2. de Rom. Pontifice, cap.26.* Genebrardo *l.3. Chron.* qui asserit Bonifacium duas scripsisse Epistolas; Francisco Iouerio *in Collectione Epist. Pontificiarum*, Iodoco Coccio *loc. cit.* Iacobo Gualtero *sæcul.6. col.1. & 5.* Alphonso Ciaconio *in Bonifacio.*

BONIFACIVS III. Romanus, Papa 68.anno 606. die 15. Februarij, Ciaconio 19.creatus,& consecratus,scripsit

Epistolas varias, præsertim ad S.Gregorium Magnum,cuius fuit Apocrisiarius, & Legatus Constantinopolitanus ad Phocam Imperatorem;sed hactenus in obscuro remanent, sicuti & acta eius Concilij Romani, de quo habetur mentio *tom.4. Conciliorum generalium & Prouincialium Binÿ pag. mihi* 534.

Quædam eius *decreta*, maximè de Romani Pontificis electione, apud varios Canonistas reperiuntur, & apud Cardinalem Baronium ann. 606.

Vitâ functus est Romæ anno 606. die 12. Nouembris. Sepultus est in Basilicâ Vaticanâ S. Petri. Sedit menses 8. & dies 23. vacat Sedes mens. 10. & dies 6.

De eius rebus gestis consule Anastasium Bibliothecarium,& omnes *vitarum Romanorum Pontificum* scriptores.

S. BONIFACIVS IV. natione Marsicanus, patriâ Valerianus,Papa 69. anno 607.die 18.Septembris creatus. Scripsisse fertur ex Venerabili Beda *l.2. cap.4. hist. Anglic.*

Quasdam Epistolas, sed an extent, magnum est silentium apud varios Auctores; præsertim Baronium, & Binium, qui solummodò eius Concilium Romanum in causâ Anglicanæ Ecclesiæ anno 610. celebratum, memorant *tom.4. Concil. pag.535.& tom.8. Annal. Baronÿ* 610.

De Arte Alchymicâ librum 1. extare dicitur in Angliâ *in Archiuÿs Collegÿ Caÿ MS.* vt colligo ex *Eclogâ Oxonio-Cantabrigiensi Londini* 1600.4. *editâ pag. mihi* 101.

Thomas Dempsterus,nobilis Scotus, tribuit nostro Bonifacio varia opera, ex quodam Monacho Paslatensi, rerum Scoticarum scriptore,sed perperam: fingens Bonifacium IV. profectum fuisse in Scotiam anno 606. aut sanè (inquit) vt veriùs alij 620. & sepultum fuisse in Cathedrali Ecclesiâ

Episcopatus

Episcopatus Rossensis. Nam imprimis hunc electum fuisse Papam Romæ 607. vt suprà diximus; deinde verò defunctum ibidem 614. vt ex omnibus auctoribus fide dignis comprobatur. Igitur alterius Bonifacij hæc opera censenda sunt, nempe

De Prærogatiuâ Petri, lib. 1,
Paræneſis ad Scotos, lib. 1.
Doctrinale fidei, lib. 1. MS. Aberdoniæ olim asseruata.

Mortuus est Romæ anno 614. die 8. Maij: ibidémque sepultus in Basilicâ B. Petri Apostoli, cum sequenti Epitaphio:

Vita hominum breuis est: hanc certa terminat hora:
Sed vitæ æternæ deinde paratur iter.
Quæ non indecora, aut rursum peritura videtur,
Sed pulchrum atque decens iam sine fine manet.
Sic igitur quid mors stimulis agitaris iniquis,
Quid feris incassum? Quid furibunda geris?
Commoda nulla tibi poterunt tua facta referre,
Nec prodesse potest impetus iste tibi.
Gregorij semper monita, atque exempla Magistri,
Vitâ, opere, ac dignis moribus iste sequens.
Quo † hic terræ reputans sunt huius maxima vota.
Mittere ad astra animam, reddere corpus humo.
Saucia multiplici sit quidnam membra dolore,
Rursus in antiquo puluere versa manent.
Quæ coniuncta animæ stabilito in corpore surgant.
Ad vitam æternam, te præeunte magis,
Sancta fides meritò, vitæ clementia Patris
Spem certam hanc famulos iussit habere suos.

Hîc requiescit Bonifac. Iunior, qui sedit Ann. VI. M. VIII. Dies XII. Depositus est octauo Idus Maij Imperante Heraclio Anno eius quinto.

Aliud Epitaphium habet sibi & Gregorio IV. commune, quod hîc etiam affero.

Gregorius quartus iacet hic Bonifacius almus,

Huius qui sedit fuit æquus rector, & ædis.
Tempore qui Phocæ cernens templum fore Romæ
Delubra cunctorum fuerunt quæ dæmoniorum;
Hoc expurgauit, Sanctis cunctísque dicauit.
Eius natalia sollemnia qui celebratis
Primis Septembris, fert hæc lux quarta Kalendis.
Octauus titulo hoc Bonifacius ossa repertæ
Hac locat erecta Bonifacij nominis ara.

Sed quod habet de mense Septembri, non ad obitum (inquit Baronius) refertur, sed ad creationem, quæ natalis dici & celebrari antiquitùs consueuit, licèt *ex Anastasio* superiùs dictum sit, ipsum creatum die 18. Septembris. Cúmque post obitum vacasset Sedes menses 5. & dies 12. &c. hactenus ille. Ex his patet error Dempsteri.

Martyrologium Romanum, & Francisci Maurolici eius sanctitatem die 25. celebrant.

Petrus de Natalibus *in Catal. SS. l. 4. cap.* 161. & Anastasius Bibliothecarius *eius vitam*, scriptitarunt, & alij.

Inter Ecclesiasticos Auctores censetur à Possevino *in Apparatu sacro v. B.* Iacobo Auzolio *in Bonifacio*, & aliis.

BONIFACIVS V. Neapolitanus, Papa 71. anno 617. die 4. vel 24. Decembris creatus, & 25. consecratus Romæ, scripsit

Epistolas varias, licèt tamen tres solummodò reperiantur *tom.* 4. *Concil. Binij pag.* 54. 55. *&* 56. *tom.* 8. *Annal. Baronij ann.* 618. *num.* 2. 625. *num.* 10. *&* 13. *& lib.* 2. *hist. Anglic. Bedæ cap.* 8. 10. *&* 11. Aliæ sunt mihi ignotæ, vtinam prodeant.

Moritur Romæ anno partus Virginei 625. die 25. Octobris. Sepelitur in Basilica Vaticana San-Petrana cum Epitaphio, olim ab Honorio I. successore, supra tumulum apposito.

Cur titulata diu torpuerunt iura sepulchri,
Et populi nullus perstrepuit gemitus?
Segnities, non culpa fuit, quicumque requiris,
Nam dolor inclusus plus lacerare solet.
Pande dolor gemitum, meritísque quiesce beatis,
Vt libeat summi gesta referre Patris.

Hic

Hic vir ab exortu Petrus est nutritus ouili,
Sed meruit sancti Pastor adesse gregis,
*Pura fides hominis votis * mandata benignis*
** Excuuians Christi cantibus hymnionis*
Simplicitas sapiens viuax solertia simplex.
Serpentina fuit simplicitate vigens,
Cumque quater denos compleret Presbyter annos,
Sera senectutis mens tamen alma fuit,
Culmen Apostolicum coluit tres fermè per annos
Perfectum numerum térque quatérque gerens.
Hoc tibi pro meritis successor Honorius amplis
Marmore construxit munus Epitaphÿ.

**mũdata.*
**Exultat.*

Aliud Bonifacij Epitaphium.

Da mecum gemitum singulti Roma doloris,
Plena Sacerdotis luctibus egregÿ,
Cur? quoniam deflere solet mens acta periclis,
Plébsque orbata piis insuper officÿs,
Hic vir inaccessis tenuit contraria factis
Hæc documenta bonis moribus apta suis,
Mitis, in aduersis positus, rebúsque secundis,
Omnia grata ferens altera pressa tenens.
Præuenit ne nata forent delicta viritim:
Orta tamen seruit cum pietate graui,
In commune bonus Bonifacius inde vocatus,
Propria lucra putans publica subsidia,
Munificus, sapiens, castus, syncerus, & æquus,
Ista beatorum sunt pia suffragia.
Nam vidualis apex, pupillorumque phalanges,
Cæcorumque chorus dux tibi lucis erit,
Infremuit post fata suis mors saucia telis,
Respiciens meritum viuere posse virum,
Culmen Apostolicum quinque & bis mensibus annis
Rexit, & ad magni culmen honoris abit.

Sedit annos 7. menses 10 & diem 1. Vacat Sedes menses 6. & dies 18.

De

De eius rebus gestis Anastasius Platina Ciaconius & alij *de vitis Romanorum Pontificum*. Ioannes Riuadellus,

De Bonifacij scriptis Apparatus sacer *Possevini v. B.* Sigebertus *in Chron.* Gualterus *sæc.7.col.1.* Bartholomæus Carranza *in summa Decretor.* Iodocus Coccius *in Thesauro.* Ekius *de primatu Petri.* Petrus Cotton *l.2. Instit. Cathol. cap.13.* Alphonsus Ciaconius *in Bonifacio V.* Baptista Platina *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Andreas Ducheſnius *ibid.* & alij *vitarum Pontificum* scriptores. V. Beda *lib. 2. Ecclesiasticæ historiæ gentis suæ.*

BONIFACIVS VIII. antea Benedictus Caietanus dictus, patriâ Anagninus, Papa 192. anno 1294. die 24. Decembris Neapoli post voluntariam demissionem S. Cælestini V. creatus, & die 16. Iannuarij 1295. Romæ coronatus, scripsit

De Regulis iuris.

De Indulgentijs anni Iubilæi Rescriptum, scholiis illustratum à Iulio Roza. Extat *tom.6. Bibl. Patrum*, teste Possevino. tamen in editionibus Parisiensibus 1575. & 1634. non reperitur.

De Christianæ fidei & Romanorum Pontificum persecutionibus.

De Priuilegijs Doctorum & studentium almæ Vrbis constitutionem. incip. *In Supremæ præeminentia dignitatis, diuini*, &c. Legi *in collectione Constitutionum & Literarum Apostolicarum Romæ 1579. edita fol. pag. 2. & 3.*

Orationem, *Aue Virgo gloriosa.*

Sermones duos Latinos, quos dixit in canonizatione S. Ludouici IX. Francorum Regis. Extant MSS. *in Bibliotheca Victorina Parisiensi.*

Epistolarum plurium ad diuersos lib. 1. cuius quatuor exemplaria MSS. *in Bibliotheca Vaticana* asseruantur *sub titulo Regiſtri Bonifacij VIII.* & non pauciora etiam habebantur Romæ in Bibliotheca Eminentissimi Ioannis Francisci Cardinalis à Balneo.

Duo eius Concilia Romæ 1302. & Lugduni 1297. celebrata leguntur *tom.7. Concil.* Seuerini Binij, *& in summa Conciliorum* Coriolani.

Sextum Decretalium librum, seu *Pontificij Iuris Codicem*, quem iussit à tribus eruditissimis Cardinalibus, nempe Guielmo

lielmo de Mandagoto, ex Archidiacono Nemausensi, Archiepiscopo Ebredunensi, Berengario Fredello, vel Stredelio Episcopo Biterrensi,& Richardo Patrono de Senis S.R.E. Vicecancellario, quibusdam decretis ab se additis, colligi. Prodiit Parisiis 1503. & 1541. Venetiis 1591. in 8. cum suis glossis Lugduni 1584. fol. Francofurti 1586. in 8. sumptibus Sigismundi Feyerabend. Extat MS. Oxoniæ in Bibliotheca Collegij noui *vol.* 144. *&* 175. & Patauij in illa S. Ioannis de Viridario *cum glossis* Ioannis Andreæ Bononiensis Florentię in Medicea plut. 78. vide Indicem Commentatorum apud Augustinum Barbosam *in ius Canonicum*, quos hîc breuitatis causâ omitto.

Interiit Romæ anno 1303. die Sabbathi 11. Octobris. Sepultus est apud S. Petrum in Sacello, quod sibi viuens construxerat. Sedit annos 8. menses 9. & dies 18. vacat Sedes dies 11.

Præter Auctores, qui in Generali Romanorum Pont. vitas scripsêre, consulendi sunt Geruasius Ricobaldus, Constantinus Caietanus, Ægidius Columna & Andreas Victorellus, eius vitæ defensores. Acta inter Bonifacium VIII. & Philippum Pulchrum Francorum Regem; quæ multo editis auctiora seruabantur Romæ apud Eminentissimum Cardinalem à Balneo, Iacobus Caietanus.

De Bonifacij scriptis Trithemius *de Script. Eccles.* Guilielmus Eisengrenius, Possevinus, Coccius, Genebrardus, Rupipozæus, Bzouius *in Annal.* Spondanus *ibid.* S. Antoninus *in Chron.* Ekius *de Primatu Petri*, *l.* 2. *cap.* 16. Ioannes Maior *de Ecclesiæ auctoritate.* Iacobus de Alliaco Cardinalis *ibid.* Conradus Vicerius *in vita Henrici VII. Imperatoris.* Ioannes Parisiensis, Dominicanus *lib. de potestate Regia & Papali.* Polydorus Virgilius *l.* 17. *hist. Anglic.* Volaterranus *in Antropol.* Guilielmus Gazæus *in Chron.* Thomas Scropus, Anglus, Carmelita, Episcopus Dromorensis *in Chronico Carmelitico MS. penes me asseruato*, *cap.* 5. Concilium Tridentinum *cap.* 5. *de Regularibus*, *& Monialibus.* Lucas VVadingus *in Registro Pontificio tom.* 11. Rodericus *in Bullario.* Confettius *ibid.* Bibliotheca *Molani*; & illa *Gesneri* abbreuiata. Paulus Morigia *in*

Bonifacio VIII. Claudius Hemeræus *lib. de Academia Parisiensi, cap.* 10. Alphonsus Ciaconius *in eius vita*, Albertus Impetator *in Epist. ad Bonifacium.* Carolus Grassalius IC. *lib. de Regalibus Franciæ*, Iacobus Gretserus, Paulus Æmilius *lib.* 8. *Annalium Francorum*, Andreas Victorellus *additi. ad Ciaconium*, Franciscus Suarez S. I. *lib.* 3. *cap.* 23. *defens. fidei.* Sotus *in* 4. *distinct.* 25. *q. art.* 2. §. 2. Ioannes Pagæus Ordinis Præmonstratensis Canonicus, & Syndicus *lib.* 3. *Bibliothecæ Præmonstratensis.*

BONIFACIVS IX. antea *Petrus Thomacellinus*, vel *de Thomacellis* vocatus, Neapolitanus, Papa 202. anno 1389. die 2. Nouembris Romæ creatus, & die 12. coronatus, scripsisse fertur ex Iodoco Coccio *in Thesauro Catholico*, *Epistolas quasdam* MSS. in Vaticano ex Andreæ Victorelli testimonio. Vide Regestum Pontificium *tom.* 4. & 5. *Annal. Minorum Lucæ Vvadingi*, vbi multa habentur. Ei scripsit *Epistolarum librum* Gualterus Dissæus, non Burgadelensis (vt placet Francisco Garasso S. I.) sed Anglus Carmelita, & Bonifacij Legatus ex Ioanne Pitseo *de Ill. Angliæ scriptoribus.*

Constitutiones Ecclesiasticas.

Mobitur anno Domini 1405. Octobris: sepelitúrque in Basilica Vaticana B. Petri Apostoli cum sequenti Epitaphio:

Flete super pugilem claues, Crux, alma tiara,
Ecclesia viduata viro, simul inclyta Roma:
En petra parua Patrem sub cælica Sidera primum
Claudit Apostolicum, solum qui rexit habena,
Catholicámque fidem seruans à turbine Sanctum
Remigium Christi, victis virtute tyrannis.
Orthodoxus erat super omnes, arca superni
Consilij; sua iura tuens, & grandia tractans,
Cæsaris ex animo fidei clypeatus honore,
Corpore conspicuus, roseus flos, famine constans.
Auditórque placens, miseris miserator opimus.
Ossa tacent, mens alta polum felicibus alis
Ascendens, micat ante Deum noua lucis origo,
Glorius Antistes quisnam Bonifacius alter
Nouus vt iste fuit? quæ Chronica scripserit vnquam,

Quodve genus parilem dedit æuo nomen, & omnes
De Thomacellis fulget, fulgebit in annos?
Parthenopem lustrans tulit hunc genus omne Latinum,
Quicquid alit tellus, & quod tegit omnia cælum.

Obiit M. CCC C. IIII. die 1. Octobr. Pontificatus verò sui ann. 15. Sedit annos 14. mens. 11. & die 1. Vacat Sedes dies 16.

Eius vitam scripserunt Platina, Onuphrius, Ciaconius, Massonus, Ioannetus, Illescas, Ducheſnius & alij *de Rom. Pont. vitis.* Diarium *Bonifacij IX.* Franciscus Maria Vialardus, Ægidius Cardinalis Viterbiensis, Theodoricus à Niemo.

C.

SANCTVS CAIVS, patriâ Salonitanus Dalmata, Papa 29. anno 283. die 17. Decembris creatus, scripsit ad Felicem

Epistolam vnicam Binianis annotationibus exornatam. Extat *tom. 1. Concil. à pag. 206. vsque ad 209.* & *in collectione Franciſci Iouerij pag. 113.* sed nouissimè eandem Notis illustrauit Cæsar Becillus Romæ 1628.

Decreta quædam Caij leguntur apud Gratianum 2. *q.* 7. 3. *q.* 1. Iuonem *lib.* 4. Carranzam *in Summa.* Augustinum Barbosam & alios.

Martyrio coronatur Romæ anno 296. die 22. Aprilis: sepultus est in cœmeterio Callisti viâ Appiâ. Sedit annos 12. menses 4. & dies 5. Vacat Sedes dies vndecim.

Omnia Martyrologia & Topographiæ eximium eius martyrium eodem die commemorant.

Præter Auctores, qui de vitis Sanctorum, ac Romanorum Pontificum scripsêre, consule, si lubet, Cæsarem Becillum *in secundo nostro libro* enumeratum *v. C.* Menologium Græcorum, Ioannem Tomcum.

De Caij, vel Gaij scriptis testimonia perhibent Baronius *ann. 283. & 296.* Genebrardus *l. 3. Chron.* Apparatus sacer *Possevini v. C.* Gualterus *sæc. 3. tol. 1. & 5.* Iodocus Coccius *in Thesauro Catholico.* Antonius Caraffa Cardinalis *tom. 1. Epist. Decret.*

Decret. Ducheſnius *in Caio.* Gaillardus *ibid.* Camuſius *ibid.* Coriolanus *ibid.* Ciaconius *ibid.* Platina *ibid.* Glanus *ibid.* Stephanus Bauny *in pract. iuris Canonici.* Bibliotheca Geſneriana abbreuiata, Carbo, Peruſinus *in 3. part. D. Thomæ, cap. 29.*

S. CALIXTVS I. Alphonſo Ciaconio & Laërtio Cherubino *Domitius Calliſtus*, Romanus, Papa 17. anno 221. die 1. Septembris creatus, ſcripſit

Epiſtolas Decretales duas. Extant *cum Notis Binij tom. 1. Concil. à pag. 100. ad 104.* & *in collectionibus* Antonij Caraffæ *tom. 1.* & Franciſci Iouerij.

Decreta Calixti reperiuntur apud Iuonem *lib. 1. 3. & 4.* Gratianum, Carranzam, Barboſam Protonotarium Apoſtolicum, & alios.

Martyrij palmam adeptus eſt Romæ anno 226. die 14. Septembris: ſepultúſque in cœmeterio Callepodij viâ Aureliâ. Sedit annos 5. menſem 1. & dies 13. Vacat Sedes dies 4.

Martyrologia & omnes vitarum Sanctorum, & Rom. Pontificum ſcriptores eum celebrant.

De Calixti, vel Calliſti ſcriptis Baronius *ann.* 221. *&* 226. Thomas VValdenſis *tom. 1. lib. 2. art. 3. cap. 33. lib. 4. art. 3. c. 38. & tom. 2. cap. 133. & 134.* Ekius *de Primatu Petri.* Coccius *in Theſauro.* Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pont. cap. 14.* Genebrardus *lib. 3. Chron.* Gualterus *ſæc. 3.* Cotton *l. 3. Inſtit. cathol. c. 66.* Caniſius *de ieiunio.* Coriolanus *in annotat. ad Canones Apoſtol.* Damaſus Portuenſis *in Calixto.* Baptiſta Platina *ibid.* Ioannes Franciſcus Bordinus *ibid.* Papyrius Maſſonus *ibid.* Alphonſus Ciaconius *ibid.* Baptiſta à Glano *ibid.* Andreas Ducheſnius *ibid.* Onuphrius Panuinus Auguſtinianus *ibid.* Centius Camerarius *ibid.* Gabriel Martinus *aduersùs Marcum Vulſonem Caluiniſtam.*

CALIXTVS II. antea Guido, Magni Guilielmi Burgundiæ Comitis filius, Papa 161 anno 1119. die 1. Februarij Cluniaci creatus, & 14. Octobris coronatus, ſcripſit

De miraculis S. Iacobi, libros. incip. *Calixtus ſeruus*, &c. Extant MSS Oxoniæ in Biblioth. Anglicana Balliolenſi *n. 213.* & Cantabrigiæ in illa Collegij S. Benedicti *num. 41.* Legitur

etiam

etiam penè totum *in Speculo historiali Vincentij Bellouacensis lib. 26. à cap. 30. ad 42.*

Super translatione eiusdem, lib. Asseruatur Cantabrigiæ *ibid. num. 41.*

Thesaurum Pauperum, lib. 1.

De obitu & vita Sanctorum, lib. 1.

De inuentione Corporis Turpini Archiepiscopi, & Martyris, lib. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Benedictina *n. 41. Cod. 9.* Ex Thoma Iames Anglo, hæretico, qui tamen sub alio titulo haberi admonet, nempe: *Liber Turpini Archiepiscopi Remensis, quomodo Carolus Rex Francorum acquisiuit Hispaniam.* hunc librum dicit Calixtus P. esse authenticum. *hæc ille.* Vnde facilè coniicitur nostrum Calixtum non fuisse huius libri auctorem, sed tantùm Approbatorem.

Vitam Caroli Magni Imperatoris, ex Ludouico Golluto *lib. 5. historiæ Sequanorum.*

De contractibus illicitis, lib. 1. ex Bibliotheca materiarum *Molani.*

Epistolarum ad diuersos, lib. 2. quarum quædam leguntur apud Cardinalem Baronium *tom. 12.* Binium *tom. 7. Concil. & in Concilio Lateranensi anno 1122. celebrato.* Ioannem Marianam, Bibliothecam Floriacensem, Guilielmum Malmesburiensem, Conradum Abbatem Vrsbergensem, Ioannem Lieuræum, & alios. Ei Sedis Apostolicæ Legato scribit Paschalis II. hic liber *Epistolarum* asseruatur in Bibliotheca Cassinensi.

Eius Concilia & Decreta habentur *tom. 7. Concil. cum Notis Binianis tom. 12. Annal. Baron.* apud Gratianum, & alios Canonum Collectores.

Mortuus est Romæ anno 1124. die 13. Decembris: sepultus est in Basilica Lateranensi. Sedit annos 5. menses 10. & dies 13. Vacat Sedes diem 1. Martyrologium Gallicanum eius sanctitatem celebrat 19. Decembris in supplemento.

Præter Auctores, qui in generali vitas Rom. Pont. scripserunt, consulito Champerium, Frizonem *in Gallia Purpurata.* Guilielmum Rouilium *in Prompt. Iconum part. 2. pag. 200.* Ioannem Lieuræum *de Archiep. Viennensibus.* Thomam Aqui-

natem à S. Ioseph, Anonymos 2. in Vaticano asseruatos ex Gregorio VIII. Pseudopontifice, Calliſto, coætaneo.

De Calixti scriptis Trithemius *de script. Eccles.* Possevinus *v. C.* Rupipozæus *in Nomencl.* S. Antoninus *in Chron.* Rogerus Houedemus *ibid.* Genebrardus *ibid.* Vuion *in ligno vitæ.* Suggerus Abbas Sandionysianus *in vita Ludouici Grosi.* Andreas Tiraquellus *lib. 15. connub. num. 118.* Dominicus Soto *lib. 7. de iustitia & iure, q. 6. art. 2.* Gabriel Vasquez *de Ordine, disp. 249.* Prosper Farinacius *in praxi criminali p. 5. q. 138. n. 89. & seqq.* Barbosa *in collectaneis Doctorum.* Claudius Robertus *in Guidone Archiepiscopo 65. Viennensi.* Henricus Canisius, Nouiomagus I C. *tom. 2. antiq. lect.* Bibliotheca abbreuiata *Conradi Gesneri.* Onuphrius Panuinius, Bullarium magnum *Laërtij Cherubini*, Concilium Lateranense, Andreas Victorellus *addit. ad vitam Calliſti II.* Abbas Vrspergensis *in Chron.* Guillelmus Malmesburiensis *ibid.*

CALIXTVS, vel CALLISTVS III. antea Alphonsus Borgia, vocatus, Hispanus, patriâ Setabensis, vel Sauinensis, Valentiæ diœcesis, Papa 210. anno 1455. die 8. Aprilis creatus, & 1. Maij Romæ ante fores Basilicæ Vaticanæ coronatus, scripsit

Epistolas plures, quarum nouem leguntur *inter Æneæ Syluij Epistolas*, ex eruditissimo Rupipozæo, Episcopo Pictauiensi.

Officium transfigurationis etiam composuit, teste Binio Colonienſi, & Ciaconio.

Ex hac vitâ migrauit Romæ anno 1458. die 6. Augusti: sepultus est apud S. Petrum in Vaticano, in sepulchro marmoreo absque Epitaphio. Sedit annos 3. mens. 3. & dies 29. Vacat Sedes dies 13.

De laudibus Calixti præter Platinam, Illescam, Simonetam, & alios, consule, si lubet, Ioannem Antonium Campanum Episcopum Aretinum, *in eius oratione funebri.* Æneam Syluium *lib. de Nicolai V. obitu, & Calliſti III. creatione.* Diaria *Calixti.*

De eius scriptis Genebrardus *in Calixto.* Iodocus Coccius *in Thesauro.* Emanuel Rodericus *in Bullar.* Laurentius Beyerlinck *lib. Apophtheg. Christ. pag. 86.* Ioannis Molani *Bibliotheca*

mate

materiarum, v. Germani. Ciaconius *in Calixto III.* Ioannes Cochlæus *lib.* 11. *hist. Hussitarum.* Andreas Victorellus *addit. ad Ciaconium.* Gabriel Pennottus *lib.* 3. *hist. Trip. c.* 28. *n.* 5. Archangelus Gianius Seruita *part.* 2. *centur.* 3. *Annalium Ordinis Seruorum lib.* 2. *cap.* 7.

S. CELESTINVS I. Romanus, Papa 45. anno 423. die 3. Nouembris Romæ creatus, & consecratus, scripsit

Epistolas varias; quarum quatuordecim *tom.* 1. *Concil.* annotauit Binius, & *tom.* 2. *pag.* 183. Partim extant inter S. Cyrilli Patriarchæ Alexandrini Carmelitæ Epistolas in editione Parisiensi 1604. fol. studio *Gentiani Heruetti Aurelianensis*, & partim apud Iouerium, Baronium & Lambertum Gruterum; duæ præterea eius Epistolæ leguntur Græcè & Latinè *tom.* 2. *Concil. à pag.* 189. *ad* 197. vna inter opera D. Prosperi Aquitanici Coloniæ 1630. edita *pag.* 887.

Eius *Decreta* & Concilium aduersùs Nestorium habentur *tom.* 1. *Concil. pag.* 981. apud Gratianum *in Decreto.* Iuonem *l.* 3. Carranzam, Cresconium, Coriolanum, Barbosam & alios.

Moritur Romæ anno 432. die 6. Aprilis: sepelitur in Cœmeterio Priscillæ viâ Salariâ cum sequenti Epitaphio:

Præsul Apostolicæ Sedis venerabilis omni,
Quem rexit, populo, decimum dum conderet annum
Cœlestinus agens, vitam migrauit in illam,
Debita quæ Sanctis æternos reddit honores.
Corporis hic tumulus, requiescunt ossa, cinisque,
Nec perit hinc aliquid Domino, caro cuncta resurgit.
Terrenum nunc terra tegit, mens nescia mortis
Viuit, & aspectu fruitur benè conscia Christi.

Sedit annos 8. menses 5. & dies 3. Vacat Sedes dies 20.

Omnia Martyrologia, & sancta Synodus vniuersalis Ephesina eius sanctitatem valde prædicant.

Anastasius Bibliothecarius, Platina & alij *eius vitam* scripserunt.

De Cœlestini scriptis loquuntur S. Palladius I. Scotorum Episcopus *in Epist. ad Cœlestinum*, S. Cyrillus Alexandrinus *ibid.* Concilium Africanum & Chalcedonense. S. Vincentius Lerinensis *aduersùs hæreses cap. vlt.* Bibliotheca *Photij*

S. Pro

S.Prosper *in Chron.* Paulus Diaconus *lib.2. de Incarnatione & gratia cap.8.* Maximus Patriarcha Constantinopolitanus *in Epist. ad Celestinum.* S. Augustinus *ibid.* Ioseph Pamphilius Episcopus Siguinus *in Chron. Augustinianorum.* Gennadius Massilienſis *cap.54.* Sigebertus, Trithemius, Possevinus, Baronius *ab anno 423. ad 432.* Socrates *l 7.cap. 11.* Euagrius *l. 1. cap.3. & 4.* Nicephorus *l. 14 cap. 30.* Didacus Couarruuias *pract. cap. 35. num. 5.* Ioannes Azorius *Institut. moral. part.2. l.6.cap.4. quæs.25.* Iulius Lauorus *tom.1.variar.lucubrat. tit.4. cap.4. num. 39.* Canisius *in opere Catechistico.* Coccius *in Thesauro.* Libellus *Apocrisiariorum Alexandrinorum ad Anastasium II. Papam.* Petrus Arcadius *l.6. cap.2.de Concordia Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis.* Iosias Simlerus, Lutheranus *in Bibliotheca abbreuiata Gesneri.* Ludouicus Carbo *de script. sacris in 1. 2. D. Thomæ partem cap.15. & 16.* Martinus Casinus, Alphonsus Ciaconius *in Cælestino*, Andreas Ducheſnius *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Franciscus Hallier *in defensione Ecclesiasticæ Hierarchiæ.*

CELESTINVS II. antea Guido de Castro, vel de Castello, Tiphernas, Tuscus, Papa 164. anno 1143. die 26. vel 24. Septembris creatus, scripsit

Epistolas quasdam; quarum vna ad Petrum Mauricium, vulgò *Venerabilem* Abbatem 9. Cluniacensem, extat *in Bibliotheca Cluniacensi*, ab Andrea Ducheſnio edita, vnà *cum Epistola dicti Petri ad Celestinum.* Aliæ me latent. Ei scripsit *S. Bernardus Abbas 1. Claræ vallensis.*

Moritur Romæ anno Domini 1144. die 8. Martij: sepelitur in Basilica Lateranensi. Sedit menses 5. & dies 13. Vacat Sedes dies duos.

Eius vitæ scriptores Platina, Binius, Glanus, Tempesta, Richardus Cluniacensis, Bernardus Guidonis, Martinus Polonus, Garzias Beriolus, Gundisaluus Illescas, Panuinius, Baptista à Glano, Ioannetus, Ciaconius, Massonus, Franciscus Cabrera, Andreas Ducheſnius, & alij.

De Celestini litteris Basilius Sirenus *lib. de priuilegijs Canon. Reg.* Andreas Victorellus *addit. ad vitam Celestini.* Ioannes Pagæus *lib.2. Bibl. Pram.*

CELE

CELESTINVS III. antea Hiacynthus Bobo nuncupatus, Romanus, Papa 174. anno 1191. die 28. Martij, creatus & coronatus Romæ die sequenti, scripsit

Epistolas varias, quarum sexdecim reperiuntur *tom. 7. Concil. Binij pag.* 781. 782. *&* 783. ex Roger. Houedeno, Archinio Eugubino, & Baronio desumptæ. Quædam aliæ leguntur *in Chartulario Paracleti, diœcesis Trecensis.* Celestino scripserunt Epistolas *Eleonora Angliæ Regina, & Eugenius, Scotus*, Abbas 3. monasterij D. Iacobi Herbipolensis in Germania.

Varia eius *Decreta* extant *in Codice MS.* Lugdunensi Carmelitano iam citato.

Obiit Romæ anno 1198. die 8. Ianuarij: sepultus est in Basilica Constantiniana Lateranensi. Sedit annos 6. menses 9. & dies 11.

De eius vita Consule Platinam Ciaconium, Ducheſnium, Honorium III. Papam, sub nomine *Cencij Camerarij*, Anonymum *de rebus Siculis*, Abbatem Vrsbergensem, Chronicon Angliæ.

CELESTINVS VI. antea Galfredus Castellionæus, Mediolanensis, Monachus Ord. Cisterciensis, Papa 178. anno 1241. die 22. Septembris creatus, scripsit, Thomâ Dempstero teste, *in historia Eccles. Scotorum*, v. *Adam.*

Epistolam ad S. Adamum Abbatem Mailrosensem, tandem Episcopum Cathanesium in Scotia, quâ gratias egit, quòd Ecclesiasticam dignitatem egregiè propugnasset, misso Ægildo Legato. Item

Epistolas varias.

Pias ac doctas orationes, dum in Altecumbæ Cœnobio Monachum degeret.

Moritur anno Christi 1241. die 8. Octobris: sepelitur in Basilica Vaticana P. Petri cum sequenti Epitaphio:

D. O. M.

Cœlestino IV. Castilionco Mediolanen. Pont. Opt. Max. prudentia, doctrina, eloquentia, morum grauitate, vitæ integritate insigni, qui cùm multis legationibus sub Gregorio IX. egregiam pro S.R.E. operam nauas-

set, summo totius Reipublicæ Christianæ gaudio, Cardinalium omnium suffragiis Pont. Opt. Max. pronunciatus est, sed conceptam ex eius Pontificatu lætitiam, importuna mors publico mœrore, desideriúmque mox immutauit.

Obiit VIII. Id. Octobr. Ann. Salutis MCCXLI.

Sedit dies solummodò 17. Vacat Sedes annum 1. menses 8. & dies 16.

Eius vita legitur apud omnes Auctores, qui *de vitis Romanorum Pontificum* scripserunt, etiam apud Antonium Nigrinum *in Elogiorum libro de Castillionea familia.*

De scriptis, Guido Clarauallensis, Antonius Nigrinus *loc. cit.* Dempsterus, Ferdinandus Vghellus *addit. ad Ciaconium, & de Ill. viris Ord. Cistercienſis.*

S. CELESTINVS V. antea Petrus Moroneus, vel de Murrhone dictus, Italus, patriâ Isernensis, Ordinis Cœlestinorum Sanctissimus Patriarcha, Papa 191. anno 1294. die 7. Iulij Perusij creatus, & 29. Augusti Aquilæ coronatus: scripsit varia opuscula, Neapoli 1640. edita, nempè

Relationem vitæ suæ, ab ipsomet conscriptam, habetur *à pag. 39. vsque ad* 67. Extat MS. apud Gabrielem Naudæum, Parisiensem, Eminentissimi Guidonis Cardinalis à Balneo, de Bagny Bibliothecarium, virum eruditissimum, & humanissimum, qui viua voce, monitis, consiliis, scriptis multum in his colligendis nos iuuit.

Opusculum 1. *de virtutibus, quinque partibus distinctum, à pag.* 1. *ad* 54.

Opusculum 2. *de vitijs*, 3. *part. distinctum à pag.* 85. *ad* 124.

Opusculum 3. *de hominis vanitate*, 3. *part. distinct. à pag.* 125. *ad* 142.

Opusculum 4. *de exemplis ac similibus moralibus, à pag.* 143. *ad* 149.

Opusculum 5. *de sententijs Patrum Eremitarum, à pag.* 150. *ad* 198.

Opusculum 6. *de miraculis B. V. Mariæ, à pag.* 199. *ad* 219.

Opuscu-

Opusculum 7. seu summam Celestinam de Censuris, 4 part. distinctum, à pag. 227. vsque ad 264.

Opusculum 8. de Sacramentis Ecclesiæ. 7. partib. distinctum, à pag. 265. ad 359.

Opusculum 9. de decem præceptis Decalogi. 16. partib. dist. à pag. 360. ad 404.

Opusculum 10. de Præceptis Ecclesiæ. 4. partib. distinctum, à pag. 405. ad 409.

Opusculum 11. de legibus. 5. partib. distinctum, à pag. 410. ad 441.

Epistolas septem ad varios, à pag. 442 ad 445.

Formularium literarum dimissorialium ad Ordines suscipiendos, pag. 446. & 447.

Orationes deuotissimas viginti, à pag. 448. ad 458. hæc omnia prodierunt Latinè Neapoli 1640. in 4. ex Typographia Octauij Beltrani, studio *R. P. D. Celestini Teleræ Sipontini Th. D. & Abbatis Celestini.* Mauritio Cardin. à Sabaudia Celestinorum Protectori.

De perfectione Religiosorum, lib. 1. Extare dicitur MS. in monasterio Meduntensi *à Petro Cressetio Celestino teste oculato*, asserente se hunc librum legisse vt fidem facit in sermone de S. Celestino V.

Quasdam constitutiones Ecclesiasticas, quarum vna habetur, *Licere Pontifici Romano abdicare se magistratu*, vt habet Petrus Bugianus *in colloquio primo historiæ suæ monasticæ*, & Arnoldus Vuion *in ligno vitæ*, ex Posseuini *Apparatu.*

Moritur sanctissimè in Arce Fumonis incarceratus anno 1296. die 8. Iunij ætatis suæ 87. sepelitúrque in monasterio Ordinis sui S. Antonij de Florentino, vel Ferentino. Sedit menses 5. & dies 7. viuit tamen post spontaneam abdicationem annum 1. menses 4. & dies 28.

Martyrologia S. R. Ecclesiæ, Arnoldi Vuionis, & Hugonis Maynardi, eum die 19. Maij commemorant; Gallicanum verò 15. Februarij.

Præter Auctores communes de vitis Romanorum Pontificum, consulendi sunt *de rebus gestis Celestini V.* Petrus de Alliaco Cardinalis, Iacobus Caietanus item Cardinalis, Anonymus

nymus *de eius conuersatione*. Robertus, Berardus, Ioannes, Robertus Celestini, Iacobus Alitiensis, Dionysius Faber, Benedictus Gononus, Claudius Rapinus, Petrus Crespetius, Ioannes Laziardus, Stephanus Binetus, Constantinus Caietanus, Clemens Papa 5. & Celestinus Telera, Lælius Marinus, Andreæ Saussaij *Martyrologium Gallicanum*, Ioannes Riuadellus, Maphæus Vegius, Paulus Regius.

De eius scriptis Richardus Monachus Cassinensis *in regulam D.P.Benedicti*. Eberhardus Archidiaconus Ratisbonensis *in Annal*. Ioannes Azorius *part*. 1. *Instit.moral*. Alphonsus Ciaconius *in Celestino V*. Andreas Victorellus *ibid*.

S. Clemens I. Romanus, Papa 4. anno Christi 93. die 16. Maij creatus. Scripsit ex persona Romanæ Ecclesiæ (teste Hieronymo *in Catalogo*) ad Ecclesiam Corinthi

Epistolam valde vtilem, de qua lege prædictum Hieronymum, sicuti & de secunda, quæ à veteribus reprobatur.

Epistolas duas ad Simonem fratrem Iacobi, aliis *ad Iacobum fratrem Domini*. Prodierunt Parisiis 1555. in 4. Interprete Ioachimo Peronio. Basileæ 1536. Coloniæ 1562. & 1570. *cum argumentis Ioannis Richardi*, studio Lamberti Gruteri. Eas è Græco in Latinum vertit Ruffinus *tom*. 1. *Concil. à pag*. 32. *ad* 43. *cum Notis Binianis*, *& in collectione Iouericana*. Vna extat MS. Græcè Monachij in Biblioth. Ducis Bauariæ. Petrus Riuetus *l*. 1. *Critici sacri cap*. 8. eas reprobat, sed lege Auctores infrà citatos.

Epistolam alteram, de officio Sacerdotis & Clericorum, Ruffino interprete, *tom*. 1. *Concil. à pag*. 43. *ad* 47. Coloniæ 1570. studio Gruteri cum sequentibus, & Basileæ 1536.

Epistolam ad Iulium & Iulianum discipulos, ibid.

Epistolam alteram de communi vita, & reliquis causis, suis discipulis scriptam, Hierosolymitanisque directam, *ibid*. Credo esse illam, quæ asseruatur MS. in Bibl. Imperatoris, sub tit. *de communi vita Clericorum*, in 4.

Epistolas Encyclicas tres, quarum præcipuum est de virginitatis puritate argumentum ex SS. Hieronymo *in Catalog*. & Epiphanio *hæresi* 30. *seu primo Panarij libro contra Ebionitas*.

Epistolam S. Pauli Apostoli ad Hebræos interpretatus est, ex Eusebio Episcopo Cæsariensi.

Epistolæ Clementis asseruantur MSS. Florentiæ in Bibliotheca Medica,& Romæ in Vaticano.

Decreta eius extant *tom.* 1. *Concil.*& apud Gratianum. Scripsit præterea,

Liturgiam,seu *Missam Clementis*.Germana censetur, sed à posterioribus locupletata.

In sacrosanctas vtriusque Testamenti Scripturas commentaria, ex Sixto Senensi *in Bibl.sancta.*

Disputationem Petri & Appionis.censetur apocrypha. Consule S.Hieronymum,& Eusebium Cæsariensem *l.*3. *hist.c.*32. Reperitur in Oxoniensi Bibliotheca Collegij S. Trinitatis, alia *disputatio Petri*, contra falsitatem Simonis Magi, *sub nomine Clementis*,cuius initium est, *Tibi quidem*,&c. *ex catalogo Codicum MS. Angliæ, pag.mihi* 50.

Libros decem Recognitionum, vel,vt aliis placet, *Odeporicon*, vel *Circuitionum*, vel *Periodorum Petri*, vel *Itinerarium Petri*, vel(teste V.Beda) *historiæ Clementis*; sub his enim nominibus ita prodierunt. Inter apocryphos censentur apud Gelasium *dist.*15. Leonem Papàm *in Epist.ad Nicetem*, & Athanasium *in Synopsi*; quia ab Ebionæis hæreticis, ipso adhuc Clemente inter mortales degente,magnâ totius Ecclesiæ iniuriâ, ex legitimis,illegitimos fuisse factos,vt S.Epiphanius *hæresi* 30.diligenter annotauit.Idem miserrimè factum fuit ab Eunomianis,ex Ruffini testimonio,qui eos in Latinum idioma è Græco vertit. Censura non fit ob stylî eloquentiam Clementis, sed ob hæreticorum prauitatem in eis concinnatam. Prodierunt Basileæ 1536.fol.Parisiis 1578.8. & Coloniæ 1570. *cum scholijs Lamberti Gruteri.* Gallico idiomate etiam transtulit Ægidius Cailleau Franciscanus,Gallus, Parisiis 1574.8.apud Ioannẽ Poupy *ex Bibliotheca Verderij*. Extant MSS. in Bibliothecis Florentiæ apud S. Laurentium. Scoriaci, in illa Regis Catholici. Vrbini, Pisauri, Cameraci & Vaticani, nec non Viennæ Austriæ in illa Imperatoris, & Augustæ Vindelicorum.

Libros octo Constitutionum Apostolicarum, seu *Præceptionum*,

malitiosè ab hæreticis deprauatos fuisse compertum habemus, exinde inter apocryphos enumerantur. E Græco in Latinum dedêre, & scholiis illustrauêre, videlicet Ioannes Bouius, Florentinus, Ostunensis Episcopus, deinde 63. Engolismensis in Gallia, & Franciscus Turrianus S.I. Theologus, vbi *Apologiam* præfixit. Cuius versio prodiit Romæ Græco-latinè. Illa verò Bouij Antuerpiæ typis Plantinianis 1578. *& tom.* 1. *Concil.* separatim tandem Venetiis apud Iordanem Ziletum 1563. in 4. Lugduni 1564. in 12. apud Guil. Rouilium. Coloniæ *studio Laurentij Surij* 1567. & postea 1570. *studio Lamb. Gruteri* in fol. apud Ioannem Birckmānum. Æthiopes hos libros inter sacras Scripturas reponunt, vt testatur Ciaconius *in Clemente.*

Canones item 90. *Apostolorum*, apocryphi habentur à Gelasio, tamen 50. à Bellarmino, & aliis admittuntur, quos latinitate donauit Dionysius Exiguus, eósque interpretatus est Gregorius Holoander Parisiis 1544. fol. etiam scholiis illustrauit Theodorus Balsamo, interprete Gentiano Herueto. Leguntur *tom.* 1. *Concil.* Græcè & Latinè cum Notis Binianis, versione Herueti, & defensione Turriani *à pag.* 6. *ad* 23. Item separatim Coloniæ 1570. *studio Lamb. Gruteri.* Asseruantur MSS. Græcè in Bibliotheca Vaticana.

Concionum Petri in populo suo habitarum Clementis compendium, cuius initium est: *Clemens Iacobo Domino & Episcopo & Episcoporum Episcopo.* Extat MS. Græcè in Vaticano, & in Caffæ Taurica Chersoneso, vnâ cum martyrio S. Clementis: citatur à Clemente Alexandrino *lib.* 6. *Stromatum*, & Origene eius discipulo *tom.* 13. *in Euangelium Ioannis*, qui ambo, ex ipso aliqua fragmenta proferunt.

De responsionibus Petri ad interrogata Tripolitanorum, opus Clementis esse colligitur *ex lib.* 5. *Recognitionum.*

Hic in Chersoneso relegatus, martyrio coronatur anno 102. die 23. Nouembris, postea sub Nicolao I. anno 867. Romam delatum, in eius nominis Ecclesia reconditum est. Sedit annos 9. mens. 6. Vacat Sedes dies 23. aliis, mens. 4 & dies 11.

Omnia Martyrologia, Menologium Græcorum, & Calendarium Ruthenorum eum commemorant.

Eius

Eius vitam scripserunt omnes qui *de Sanctis & Romanis Pontificibus*. Præterea Simeon Metaphrastes, qui Græcè ex pernetustis monumentis confecit. An sit illa, quæ Græcè habetur in Bibliotheca Scoriaci Regis Catholici, & in illa Ducis Bauariæ MS. nihil certi habeo, Ioannes Diaconus ex Baronio *in Notis ad Martyrologium*. S. Bernardus *in homilia de S. Clemente*. Augustinus Valerius Cardinalis *ibid*. Andreas Saussayus, S. Ephræmus.

De Clementis scriptis, præter auctores citatos, testimonia perhibent S. Irenæus *l. 3. cap. 3*. S. Iustinus Martyr *quæst. 74*. S. Athanasius *loc. cit*. S. Philastrius *de hæres*. Proclus Patriarcha Constantinopolitanus *in libello de traditione Missæ diuinæ*. Nicolaus Methonensis Episcopus *lib. de veritate corporis Christi in Sacramento altaris*. Bibliotheca Photij v. *Clemens*. S. Anacletus *in Epist. 3*. Tertulianus, S. Ioannes Damascenus, S. Marcellus I. Papa *in Epist. ad Maxentium Tyrannum*. Gennadius *in Cat*. Trithemius, Genebrardus, Baronius, Fabianus, Iustinianus, Sixtus Senensis, Molanus, Bellarminus, Eisengrenius, Coccius, Cornelius Cornelij à Lapide *in præfat. ad Epistolam ad Hebræos*. Martinus Delrio *in Vindicijs Areopageticis, cap. 9*. Coriolanus *in annotationibus ad Canones Apostolorum*. Alphonsus Ciaconius *in Clemente I*. Eusebius Cæsarienſis *lib. 2. Histor. Eccles*. Clemens Alexandrinus *lib. 1. 4. & 6. Stromatum*, S. Basilius Magnus *lib. de Spiritu sancto cap. 29*. Beda *de rat. temp. cap. 111. & in Actis, cap. 5*. Humbertus, Episcopus Syluæ Candidæ, S. R. E. Cardinalis *libro contra Nicetam Pectoratum de Ieiunio*. Bardesanes Syrus *libro de facto aduersùs Abydam Astronomum*. Gerardus Ioannes Vossius *lib. 2. de Historicis Græcis, cap. 9*.

CLEMENS II. antea Suidgerus, Saxo, Papa 149. anno 1046. die 25. Decembris coronatus, scripsisse fertur

Epistolam ad Ioannem Archiepiscopum Salernitanum. Legitur *tom. 7. Concil. Binij pag. 228. & 229. & tom. 11. Annal. Baronij*, vnâ cum Concilio eius Romano.

Obiit Romæ anno 1047. die 9. Octobris, deinde Bambergam translatus. Sepelitur in Cathedrali. Sedit menses 9. & dies 14.

Consule

Consule Albertum Crantzium *in sua Metropoli de Suidgero, Episcopo Bambergensi*, & Martinum Polonum, Platinam, Onuphrium, Ciaconium, Massonum, Binium, Baronium, Baptistam à Glano, & alios.

CLEMENS III. antea Paulus cognomento Scholaris, Romanus, Papa 173. anno 1188. die 6. Ianuarij Pisis electus, & die sequenti coronatus, scripsit

Epistolas varias ex Chronico, seu Bibliotheca Cluniacensi, Archinio S. Germani de Pratis, Chronico Bambergensi, Houedeno, Baronio & Binio vbi leguntur.

Eius verò *Decreta* extant *in nostre peruetusto Codice M. S. Lugdunæo Carmelitano, tribus libris distincto.*

Migrauit ad Dominum Romæ anno 1191. die 26. Martij: sepultus est in Laterano. Sedit annos 3. mens. 3. & dies 4. Vacat Sedes dies 4.

De rebus gestis præter Auctores Pontificios & Historicos Ecclesiasticos, consule Anonymum *Bibliothecæ Palatinæ*, Martinum Cencium Camerarium, Anonymum *de rebus Siculis.*

De Clementis nostri Epistolis loquũtur S. Ioannes Scotus, Episcopus San-Andreanus *in Epist. ad Clement.* Richard. Angliæ Rex, *ibid.* Senatus Populúsque Romanus *ibid.* Bertramus, Scotus, Prior de Coldinghamo *ibid.* Ernulphus, Abbas Mailrosiensis *ibid.* Rogerus de Fedic *ibid.* Ioannes Magnus Archiepiscopus Vpsalensis *l. 9. cap. 10. hist. Goth.* Duchesnius *in Clemente*, Camusius *ibid.* Alphonsus Ciaconius *ibid.* Chronicon *Fossæ nouæ.* Ioannes Pagæus *lib. 3. Bibliothecæ Præmonstratensis.*

CLEMENS IV. antea Guido Grossus, Pingonio à Crassis, vulgò *Gros*, Gallus, patriâ S. Ægidij ad Rhodanum, Diœcesis Nemausensis, Papa 182. anno 1265. die 5. Februarij Perusij absens electus, & 22. eiusdem mensis Viterbij coronatus, scripsit

Quæstiones Iuris.

De recipiendarum causarum ratione, lib. 1.

Vitam S. Eduigis Poloniæ Reginæ, quam in Sanctarum numerum retulit.

Aduersus Guilielmum de S. Amore, Mendicantium Religiosorum

sorum hostem infensissimum, Epistolam, 15. Nouembris ann. 1266. Viterbij datam.

Propositiones in Metaphysicam Clementis Papæ, an sint istius, vel alterius, hactenus ignoro.

Epistolarum volumen, cuius quinque exemplaria MSS. in Vaticano asseruantur. Item Parisiis in Bibliotheca Nauarræa, Tolosæ in illa R. D. D. Caroli de Monchal, Archiepiscopi Mõtispessuli in illa D. De Rignac Procuratoris Generalis Curiæ Iuuaminum, Historiæ Occitanæ scriptoris diligentissimi, Patauij in illa etiam Benedicti Saluatici, vnà cum illis Vrbani V. ex Tomasini *Bibliothecis Patauinis* duas MSS. possideo, beneficio *Illustr. ac eruditissimi D. Iosephi Mariæ Suarzij Episcopi Vasionensis*. Plures leguntur apud Bzouium, Emanuelem Rodericum, Confettium, Lucam VVadingum, & alios.

Sermonem contra Ludouicum Bauarum, in fol. MS. Biblioth. Imperat.

Moritur Viterbij magna cum sanctitatis opinione, anno 1268. die 29. Nouembris: ibidémque sepelitur in Ecclesia Dominicanorum ante maius altare, ad latus, vbi vsque in hunc diem in eius sepulchro sena lilia scutaria conspiciuntur, mutatione Aquilæ in lilia. Nam Grossi gerunt pro insignibus in scuto aureo Aquilam nigram expansam vnguibus & rostro coccineam, circundatam limbo nigro, octo globulis argenteis onerato: sicut noster, quando erat Cardinalis, gerebat, vt videre est apud Ciaconium, habet sequens Epitaphium:

Lector fige pedes, admirans quàm breuis ædes
Pontificem quartum Clementem contegit arctum:
En datur in cineres Petri successor & hæres,
Cuius si memores, non mundi gaudia quæres.
Hic iudex primùm, quem sic successus opimum
Reddidit, vt fertur, miles probus efficeretur.
Taleque sortitus nomen, iuréque peritus,
Virginis vnius fuit vnicus ipse maritus.
Qui viduatus ea, mox Christi sorte potitus,
Anicien sis ita dignus fuit Archileuita,
Præsul ibi factus, pòst Archiepiscopus actus,

Pastor vt egregius Narbonæ præfuit auctus,
Vtque Deo gratus vir, Cardinalibus sociatur.
Paratus nomen clarum suscepit & omen,
Sic sublimatus, sic denique clarificatus,
Perficiendo gradus censetur ad astra leuatus,
Animis sex denis octo cum mille ducentis
Transactis Christi Clemens tumulo datur isti:
Vt finalis ei det gaudia summa diei. Amen

Præter auctores, qui de vitis Romanorum Pontificum scripserunt, consulendi sunt Claudius Clemens S. I. Claudius Picquet & Ioseph Pacturel, quos MSS. asseruat D. Renatus Gros à S. Ioyrio, Lugdunensis, Eques Torquatus, & è nobilium vice Regius Cubicularius, necnon eiusdem gentis Grossanæ clarissimus alumnus, vt quamplurimi viri eruditissimi diuersis in operibus probarunt, vt patet ex sequenti Catalogo.

CATALOGVS

Auctorum, qui probant Nobilissimum D. Renatum Gros à S. Ioyrio, è familia Illustrissimi Comitis Fulcodij Gros, parentis Clementis IV. Papæ procreatum, Renatum Equitem Torquatum illum intelligo, de quo R. P. Prosper Stellartius, Augustinianus, hæc typis mandata scribit ad Eminentissimum Principem Ioannem S. R. E. Cardinalem Bonsium, Episcopum Biterensem:

Deerat vnum, vt quem magnus Cardinalis, Christianissimi Regni Galliæ Cancellarius, initialis vndæ fontisque lustrici natum suum, & à suo nomine Renatum susceperat; magnus item Cardinalis, Reginæ eiusdem Regni Regentis Eleemosynarius, amicum toto animo complecteretur. Æternus sit qui cœptus tuus in eum adfectus, Illustrissime, vt æterna futura illa gloria quâ te genúsque tuum Christiani orbis summum caput, (PAV-

LVM

LVM V. *intelligo*) *decorauit. Æternus, vicissim, tuus, qui cœptus in eum cultus, Illustris à* S. IOYRO; *vt æternum futurum decus, quo summus Imperator* (CAROLVM V. *insinuo*) *auorum tuorum Aquilam, & Antiquæ nobilitatis insignia coronauit.* hæc ille.

EMinentissimus Ioannes Cardinalis Bonsius, Episcopus Biterrensis *in Epistolis ad nostrum Renatum scriptis, & apud eundem MSS. asseruatis*, de cuius testimonio mentio habetur in Vita Clementis IV. Pont. Max. à Claudio Clemente S.I. edita *pag.* 141.

Illustrissimus Franciscus du Harlay de Chanualon, Archiepiscopus 86. Rothomagensis *in Epistola ad Iacobum Auzolium Peyrium.*

Reuerendissimus Dom. Bruno d'Affringues, Generalis 46. Carthusianorum *in Epistolis 6. Iunij, & 10. Octobris 1624. ad dictum Renatum datis*, quas MSS. possidet.

Iacobus Auzolius Peyrius, Aruernus, *in Mercurio Charitatiuo Parisiis 1636.* fol. Gallicè edito *pag.* 75.

Franciscus de Chevriers à S. Maurico Eques Torquatus *in testimonio pro nobilitate & affinitate dicti Renati cum Clemente IV. edito.*

Petrus d'Hozier Eques Torquatus, *in instrumento authentico eiusdem argumenti excuso.*

D. De Longueterre Vitæ V. Francisci Salezij Episcopi Gebenensis scriptor, *in Epistola ad Renatum directa*, & apud eumdem MS. asseruata.

Claudius Expilius, Præses Gratianopolitanus *in Epistola ad Renatum*, & apud eundem MS. asseruata.

Claudius Picquet Delphinas, Franciscanus, *in vita Latina Papæ Clementis IV.* quam MS. Renatus possidet.

Claudius Clemens, Sequanus, S.I. *in vita Clementis IV.* Lugduni 1624. in 12. apud Ioannem Iullieron Latinè edita.

Ioseph Pacturel Claro-mons-ferrandus Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ B. V. Mariæ *in Epistola dedicatoria versionis*

Clementis IV. vitæ à Claudio Clemente editæ, MS. asseruatur apud Renatum.

Polycarpus de la Riuiere, Carthusianus, *Epistola ad Renatum*, ab eodémque seruata.

Iacobus Gualterius, Annonæus, S.I. *in Tabula Chronologica in Clemente IV. edit.* 1633. *pag.* 714. *&* 781.

Philibertus Monetus Sabaudus, S.I. *lib. originis Gentilium Tesserarum*, secunda editione, parato & aucto *pag.* 122. *&* 123.

Ioannes Stephanus Rousseletus, S.I. *in Lilio sacro pag.* 268.

Ioannes Galaud Sacerdos Doctrinæ Christianæ, *in Epistola nuncupatoria libelli de Magdalena ad Sepulchrum plorante*, anno 1624. in 18. editi Gallicè.

Thomas Aquinas à S. Ioseph, Claro-mons-ferrandus, Iosephi Pacturel frater, Carmelita Excalceatus, *Epistola ad Renatum* edita.

Ludouicus Caualli, Picardus, Franciscanus, *in Scala Parnassi*, tam *in Epistola dedicatoria*, quàm *in libro pag.* 212. *&* 218. Lugduni apud Laurentium Durand edita.

AVCTORES

Qui de Gentilibus Tesseris, hoc est, de Aquila Grossorum testimonia perhibent.

CArolus V. Romanorum Imperator *in litteris Catelano Grosso concessis Bononiæ die vltimâ Februarij ann.* 1530.

Alphonsus Ciaconius, Hispanus, Dominicanus *in vita Clementis IV. tom.* 2. *pag.* 714. *& in vita Vrbani IV. pag.* 715.

Petrus Matthæus Historiographus Regius *in vita S. Ludouici, lib.* 4. *pag.* 389.

Prosper Stellartius, Belga, Augustinianus *in lege de Anagrammatibus* ad Eminentissimum Ioannem Cardinalem Bonsium.

Claudius Robertus, Lingonensis, Maior Vicarius Cabilonensis *in Catal. Episcorum Podiensium* Galliæ Christianæ v. Guido Grossus *pag.* 457. edit. 1. de Gentilib. Tesseris Grossorum *num.* 51.

Ioannes Baptista de Glano, Leodiensis, Augustinianus, *in Clemente IV. pag.* 785.

Petrus Frizon, Canonicus Rhemensis *in Gallia Purpurata, in vita Clementis IV. Papæ, pag.* 36.

Marcus de Varennes S.I. in libro prætitulato, *Fetialis, cap. de Besantibus & Aquilis, pag.* 195.

Sylvester Petra Sancta S. I. *in Gentilitijs Tesseris*, Romæ fol. editis.

Vlysses Aldrouandus Bononiensis, Medicus, *lib.* 1. *Ornithologiæ, cap. de vsu Aquilarum in insignibus*, vulgo *armis dictis, pag.* 98. *tom.* 1.

Andreas Victorellus, Italus, patriâ Bassanensis, *in Notis ad vitam Ciaconianam Clementis IV. pag.* 736.

Hæc damus in gratiam prædicti D. Renati, cuius dies sint, sicut dies cæli.

De nostri luminis iuris clarissimi scriptis testimonia perhibent S. Antoninus *in Chron.* Guilielmus Durandus Episcopus Mimatensis *in speculo iuris.* Henricus Stero *in histor.* Vincentius Blasco *ibid.* Henricus Canisius 1. *antiq. lect.* Iustus Lipsius *in exemplis politicis.* Petrus Matthæus *in hist. S. Ludouici.* Polycarpus de la Riuiere *part.* 1. *Mysterij sacri nostræ redemptionis pag.* 712. *&* 713. Nicolaus Caussinus *tom.* 2. *Curiæ sanctæ pag.* 367. Bellarminus *de script. Eccles.* Apparatus *Possevini.* Nomenclator *Cardinalium.* Odo Dissæus *in hist. Anicien.* Ioannes de la Cruz *de statu Religionis.* Beyerlinck *lib. Apophtheg. Christ. pag.* 85. 86. *&* 226. Bzouius *in Annal.* Claudius Robertus *in Gallia christiana.* Frizon *in sua Purpurea.* Ioannes Morinus *part.* 8. *cap.* 29. *histor. Eccles.* Petrus Michelius, Barchinonensis *in histor. Hispan.* Iacobus Auzolius *in Chron. sancta.* Petrus de Marca *l.* 2. *c.* 3. *de concordia Sacerdotij & Imperij. & l.* 4. *c.* 17. Carolus Rex Siciliæ *Epist. ad Clementem IV.* Coriolanus *in summa Conciliorum pag.* 553. Bibliotheca Gesneriana *v. C.* Ciaconius *in Clemente IV.* Platina *ibid.* Andreas Victorellus *ibid.* Gonzalus Illescas *ibid.* Lucas VVadingus *tom.* 2. *Annal. Minorum.* Antonius Riccobonius *lib. de Gymn. Patau.*

CLEMENS V. antea Bertrandus Gothus, de Gouth, Vasco,

patriâ Vilandrauensis, diœcesis Burdegalensis, Papa 194. anno 1305. die 5. Iunij, Perusij electus die Dominico 14. Nouembris, eodem anno Lugduni coronatus ante fores S. Iusti extra muros, scripsit

Sermones ad Populum habitos.

Epistolarum lib. 1.

Regestique eius volumina 9. in Bibliotheca Vaticana asseruantur.

Constitutionum, vulgò *Clementinarum*, vel *librum 7. Decretalium*, in Concilio Viennensi Generali 1313. celebrato ordinatum, quem postea Ioannes XXII. eius successor diuulgauit. Parisiis 1517. *cum commentarijs Guilielmi de Lauduno in* 12. etiam *ibid.* ex officina Carolæ Guillard 1541. Rothomagi 1519. in 12. *cum eius vita.* Venetiis vnâ *cum libro 6. Decretalium Bonifacij VIII.* &c. 1591. in 8. Lugduni 1584. fol. Francofurti 1586. in 8. MSS. asseruantur in Bibliotheca Collegij Noui Oxoniæ *vol.* 174. & 198. Consule Barbosam *de harum constitutionum commentatoribus.*

Quædam eius Epistolæ leguntur *tom. 7. Concil. cum Notis Binij in Concilio suo Generali Viennensi.*

Obiit in Castro de Roca-maura, vel Ripemaura, diœcesis Nemausensis, anno 1314. die 11. aliis 18. vel 20. Aprilis, deinde eius corpus primò Carpentoratum in Comitatu Venezino translatum, tandem in Ecclesiam Collegiatam de Vzesta diœcesis Vasatensis in sepulchro marmoreo & alabastro repositum, cum sequenti Epitaphio:

Hîc iacet felicis recordationis D. Clemens Papa V. Fundator Ecclesiarum Collegiatarum de Vzesta & Villandrando, qui obijt apud Rupem-mauream, diœcesis Nemausensis, die 20. Augusti, Pontificatus sui anno 9. Portatus verò ad istam Ecclesiam B. Mariæ de Vzesta anno Domini 1316. die Augusti 27. tunc proximâ, & sepultus die.... anno Domini 1359.

Mendum videtur irrepsisse in Epitaphio, quoad diem obitus; nam omnes historici fide digni constanter asserunt obiisse 20. Aprilis. Sedit annos 8. menses 10. & dies 16. Vacat Sedes ann. 2. mens. 3. & dies 17.

Eius vitam scripserunt Amalricus Augerius, Champerius, Frizon,

Frizon, Bernardus Guidonis, Suarezius, Bosquetus & Anonymus ante editionem Rothomagensem 1519. & alij *de vitis Romanorum Pontificum*, Acta *Clementis V. & Philippi Fr. R.* Ioannes Riuadellus.

De scriptis Clementis, Trithemius, Possevinus, Rupipozæus, Arnoldus, Pontacus, Genebrardus, Volaterranus, Iacobus Sirmondus *in Conc. Gall.* Bzouius *in Annal.* Angelus Rocca *in Bibliotheca*, Lieuræus *in Antiquit. Veniennens.* Claudius Robertus *in Simone de Archiaco Viennensi.* Nicolaus Sanderus *de visibili Monarchia.* Philippus Gamachæus *in* 1.2. *q.* 96. *cap.* 3. Iacobus de Viterbio *lib. de regimine Christianorum.* Guido Ferrariensis *in Margarita Bibliæ.* Coccius *in Thesauro.* Ekius *l.* 3. *c.* 5. Bibliotheca *Gesneri*, Ciaconius *in Clemente V.* Gonzalus Illescas *ibid.* Platina *ibid.* Massonus *ibid.* Andreas Ducheснius *ibid.* Onuphrius Panuinus *ibid.* S. Antoninus *ibid.* Andreas Victorellus *ibid.* Hieronymus Rubeus *lib. 6. hist. Rauennat.* Ioannes Pagæus *in Bibliotheca Præmonstratensi lib.* 3.

Clemens VI. antea Petrus Rogerius, Aquitanus, patriâ Mali-montis, diœcesis Lemouicensis, Benedictinus, Papa 197. anno 1342. die 5. Maij Auenione creatus, die 19. eiusdem mensis & anni coronatus, scripsit

Sermones varios, lib. 1. quorum vnus in die Cinerum habitus extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Aulæ Penbrochianæ.

In Canonizationem S. Iuonis, lib 1. Refert Laurentius Surius *tom* 3. ad diem 19. Maij, incip. *Exulta & lauda*, &c.

In approbationem Caroli Francorum Regis, lib. 1. *Salomon sedit super*, &c.

Collationum lib. 1.

Missam pro mortalitate: *Recordare Domine testamenti tui.*

Epistolarum & Decretalium eius plura volumina MSS. extant Romæ in Vaticano.

Et quædam alia ex Trithemio & Gesnero.

Moritur Auenione anno 1352. die 6. Decembris, postea transfertur in monasterium Casæ-Dei; hunc laudauit oratione funebri duodecies S. Petrus Thomas Aquitanus, Carmelita,

melita, Patriarcha Constantipolitanus. Sedit annos 10. menses 7. diem 1. Vacat Sedes dies 12.

De eius scriptis Rupipozæus, Possevinus, Franciscus Petrarcha *lib. 26. Epist.* Vuion *in ligno vitæ.* Eduardus III. Angliæ Rex *in Epist. ad Clementem.* Binius *tom. 7. Concil.* Ioannes Dadræus *de Archiepiscopis Rothomagensibus.* Nicolaus Taillepied *ibid.* Iacobus Tauellus *in Senonensibus*, Bibliotheca abbreuiata Gesneriana *v.C.* Alphonsus Ciaconius *in Clement. VI.* Andreas Victorellus *ibid.* Ioannes Pagæus *lib. 3. Biblioth. Ordinis sui.*

CLEMENS VII. antea Iulius de Medicis dictus, Florentinus, Papa 220. anno 1523. die 19. Nouembris creatus, & 26. in Vaticano coronatus, scripsit

Varias Epistolas, quarum vndecim legi *inter Epistolas Principum*, Italicè Venetiis apud Iordanum Zilettum & socios 1570. in 8. editas. Variæ etiam eius Epistolæ MSS. asseruantur in Anglia in Bibliotheca Bodleiana. Ei scripsit Dauid Æthiopiæ Rex *Epistolas*, quas habes apud Massonum.

Quadraginta eius Constitutiones Ecclesiasticæ, & variæ Bullæ leguntur apud Rodericum, Cherubinum, Confettium, Collectionem Romanam 1579. editam, & alios, illa de eligendo Romano Pontifice habetur *in addit. ad Ciaconium.*

Eius Conclaue, Diarium, Apologia aduersùs Carolum V. & Itineraria extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Moritur Romæ anno 1534. die 25. Septembris, sepelitur primò in Basilica Vaticana, transfertur in Ecclesiam Dominicanorum supra Mineruam in sepulchro marmoreo, habuit sequens Epitaphium in Vaticano.

Clementi VII. Pont. Max. Cuius inuicta virtus sola clementia superata est. Obiit anno 1534. 6. Kalend. Octobris. Sedit annos 10. mens. 10. dies 8.

Eius vitæ scriptores Hieronymus Maripetrus Minorita, Paulus Iouius, Ioannes Longiacus Lemouicensis *in oratione de laudibus Clementis.* Hieronymus Vidas *in Elegia de Clemente VII.* Antonius Saxanus, Baptista Pizacarus, Bernardinus Rutilius, Diarium, & Conclaue Clementis, Caius Syluanus, Carolus V. Felix Contelorius, Ioannes Bellaius, Mutius Sfortia,

tia, Paulus Belmisserus, Cæsar Grolerius, Hieronymus Niger, Laurentius Granius.

De Epistolis Bibliotheca *Gesneri*. Carolus V. Imperator *in Epist. ad Clementem*. Franciscus Valesius I. Francorum Rex *ibid*. Balthasar Castellio *ibid*. Claudius Hemeræus *lib. de Academia Parisiensi cap. 2. & 3*. Andreas Victorellus *addit. ad Ciaconium*.

CLEMENS VIII. antea Hippolytus Aldobrandinus, Florentinus, Papa 232. anno 1592. die 30. Ianuarij creatus, & 2. Februarij apud S. Petrum coronatus, edidit, teste Possevino,

Constitutiones ac sanctiones varias ad Ecclesiasticam disciplinam spectantes, quæ Bullario sunt adtextæ. Consule Franciscum à Coriolano Capuccinum *in tractatu de casibus reseruatis*, iuxta regulam Decreti Clementis VIII. Regularibus præscriptam. Coloniæ 1618. apud Ioannem Kinchium in 4.

Ceremoniale Episcoporum, & Breuiarium Romanum, recognita, in lucem emitti mandauit.

Orationem ad Sigismundum, Senatum Populúmque Polonicum habitam.

Epistolas ad Henricum IV. Franc. Regem, Philippum III. Hispaniarum, Cardinalem Borbonium ex Arnaldo Ossato Cardinali, Belleforesto continuato, & aliis. Clementi scripserunt Magnus Moscorum Dux Borissus, Alexandrinus Patriarcha Gabriel, Michael Archiepiscopus Ruthenorum, Henricus IV. Franc. Rex.

Decessit Romæ anno 1605. die 5. Martij; sepultus apud S. Petrum in Vaticano. Sedit annos 13. mens. 1. die 1. Vacat Sedes mensem.

De vita & laudibus Clementis VIII. Hieronymus Beroardus, Camillus Peregrinus, Paulus Bombinus, Andreas Victorellus, Lucas VVadingus, Matthæus Argenta, Hilarion Costæus, Iacobus Auzolius, Robertus Titius, Mutius Sfortia, Pompeius Vizanus, Augustinus Valerius, Franciscus Raymundus, Angelus Rocca, Antonius Cicarella, Bartholomæus Tortolettus, Diaria, Conclaue Ferrarienſe Clementis, Controuersia Ferrarienſis, Gaspar Schoppus, Ioannes Comus, Anonymus *de legatione Hippolyti Aldobrandini Cardina-*

lis Legati à latere ad Polonos, Cardinalis Palæotus.

De scriptis Laurentius Beyerlinck *lib. Apophth. Christ.* Henricus Farnesius *ibid. de Principe.* Philippus Gamachæus *in* 1. 2. *q.* 111. *& cap.* 6. *de gratia.* Ioannes de Cruz *de statu religionis.* Michael Ferro Manrrique, Hispanus *lib. Quæstionum moralium Vicarialium*, Petrus Matthæus *in Historia Henrici IV.* Ioannes Pagæus *lib.* 3. *Bibl. Præmonstrat.*

S. CLETVS, Romanus, Papa 3. anno Christi die 27. Septembris ordinatus. scripsisse fertur,

Epistolas; in quibus omnium primus vsus est verbis illis: *Salutem & Apostolicam benedictionem.* Ita ab omnibus auctoribus affirmatur; sed an extent, neque in Conciliis generalibus, neque in Epistolis Pontificiis, hactenus reperire potui.

Hic accipiens benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo Salutari suo, Romæ martyrio coronatur anno Christi 93. die 26. Aprilis, ibidémque in Vaticano prope S. Petrum sepultus. Sedit annos 12. mens. 7. dies 2. Vacat Sedes dies 20. Cherubino, & Ciaconio testibus.

Omnia Martyrologia eum commemorant, & Damasus in Rom. Pont. vitis.

CONSTANTINVS, Syrus, Papa 90. anno gratiæ 708. die 7. Martij creatus, Ciaconio die 23. Decembris creatus, & 25. coronatus, scripsit

Epistolam ad Edaldum Archiepiscopum 36. Viennensem. Legitur *in Bibliotheca Floriacensi, & in Antiquitatibus Viennensibus* Ioannis Lieuræi. huic scripserunt Iustinianus Imperator, & Ioannes Patriarcha Constantinopol. *ex Thesauro Coccij, l.* 7. *art.* 6.

Moritur Romæ anno 714. die 9. Aprilis: sepeliturque in Basilica Vaticana S. Petri. Sedit annos 6. & dies 15. Vacat Sedes mens. 1. & dies 13.

Anastasius eius vitam scripsit, & alij.

De hac Epistola loquuntur Andreas Ducheſnius *in vita*, Iacobus Seuertius *in Edaldo.*

S. CORNELIVS Fundanus, Papa 22. anno 254. pridie Kal. Maij creatus, scripsit

Epistolas sex ad diuersos, quas Notis illustrauit Binius

tom. 1. *Conciliorum*, vnà cum octo S. Cypriani ad Cornelium. Aliæ leguntur in Bibliotheca Patrum *tom.* 3. In Bibliotheca Theologica, seu Monumentis Patrum Ioannis Iacobi Grinæi, apud Ioannem VVendelstinium *in sua Collectione Antiquarum Decretalium*, Francofurti 1526. in 4. edita, & *lib.* 3. *Epist.* S. Cypriani in editione Iacobi Pamelij.

Eius *Decreta* apud Gratian. Carranzam, Barbosam & alios.

Martyrio coronatur Romæ anno 255. die 14. Septembris: sepultus in Cœmeterio Calixti via Appiâ. Sedit annum 1. mens. 5. dies 14. Vacat Sedes mens. 1. & dies 6. Martyrologia eius laudes prædicant.

Præter S. Damasum, & alios *de vitis Romanorum Pontificum*, consule Cornelij Musij *Hymnum*, Martyrologium Gallicanum Saussaij, Cornelium Aurelium, Cornelij passionem MS. Damianum, Polycarpum de Herteghe.

De scriptis Cornelij Honorius Augustodunensis, S. Hieronymus, Trithemius, Bellarminus, Possevinus, Coccius, Genebrard. Gualterus, Volaterranus, Baronius *ann.* 255. *num.* 8. & 47. Cardinalis Perronius *in defens. Constitut. Apostolicarum aduersùs Danielem Tilenum.* Thomas VValdensis *tom.* 2. *de Sacramentis, cap.* 113. & 117. Canisius *de Sacramento Ordinis.* Eusebius *lib.* 6. *hist. Eccles. cap.* 35. Beyerlinck *lib. Apophtheg. Christ.* Ducheснius *in eius vita*, Ciaconius *ibid.* Platina *ibid.* Cariolanus *præl.* 10. *assert.* 2. *summæ Concil. pag. mihi* 83. & *alibi.* S. Cyprianus *epist.* 52. Bibliocheca Gesneriana, Gretserus *aduersùs Plessæum Caluinistam.* Franciscus Hallerius *in defensione Ecclesiasticæ Hierarchiæ.*

D.

SANCTVS DAMASVS I. Lusitanus, patriâ Vimarensis, diœcesis Braccarensis, Papa 39. ann. 367. die 15. Septembris creatus, & coronatus, scripsit

Epistolas varias, quarum septem leguntur cum Notis Binianis *tom* 1. *Concil.* vnà cum Epistolis S. Hieronymi, & Stephani Archiepiscopi Mauritaniæ ad Damasum. Partim etiam

in Collectionibus, Basileæ 1536. & Coloniæ 1570. & Parisiis 1555. Franciſci Iouerij. Quædam verò asseruantur MSS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Publica *volum.* 27. *num.* 2. *&* 235. *num.* 3. *&* 7.

Eloquia aliquot Sanctorum. Extant *tom.* 8. *Biblioth. Patrum edit.* 4. Parisinæ 1634. etiam MS. in Biblioth. Anglicana Bodleiana.

Vitas Romanorum Pontificum, quas Anastasius Bibliothecarius continuauit, quidam tribuunt Damaso Episcopo Portuensi; nempe Ciaconius, Baronius, Bellarminus, & Ioseph Maria Suarezius, quos sequimur, alij Anastasio, MSS. apud Gabriel Naudæum

Poëmata, Epigrammata, & Epitaphia quamplurima, tam in honorem SS. Martyrum, quàm aliorum memoriame, loquenti stylo concinnauit, quæ sparsim Romæ diuersis in Ecclesiis leguntur. Prodierunt Basileæ *cum veterum poëtarum Christianorum, operibus à G. Fabricio emendatis.*

De fide contra hæreticos, lib. 1.

De virginitate, libros tam carmine, quàm soluta oratione ex S. Hieronymi testimonio, quos promittit eruditissimus Ioseph Maria Suarezius, Episcopus Vasionensis, vt nos monuit per Epistolam.

De tribus Hypostasibus, ad S. Hieronymum Epistolam.

De Trinitate libellum. Extabat MS. Græcè Constantinopoli, testibus Antoniis Verdero, & Possevino.

Epistolas varias, quæ leguntur *tom.* 1. *Concil.* cum quatuor eius Conciliis Romanis, & professione fidei, aduersùs Apollinaris, & aliorum hæreses.

Missam de S. Nicolao Episcopo metricè; quæ annuatim cëtatur in festo dicti Sancti, Romæ in titulo S. Nicolaiin carcere Trulliano, vt nos monuit Cl. D. Suarez, Episcopus Vasionensis per Epistolam.

Eius *Decreta* apud Gratianum, Iuonem Carnotensem, Carranzam, Binium & alios MSS. in Vaticano.

In Psalterium carmina Damasi circunferuntur, ex Bibliotheca abbreuiata Gesneri.

Obiit Romæ, anno 384. die 11. Decembris: sepultus est viâ

viâ Ardeatinâ in Basilica sua, tandem translatus est in Ecclesiam ad Theatrum Pompeij. Leguntur sequentia Epitaphia ab ipsomet composita.

Qui gradiens pelagi fluctus compressit amaros,
Viuere qui præstat morientia semina terræ:
Soluere qui potuit Lazaro sua vincula, mortis
Post tenebras, fratrem post tertia lumina Solis.
Ad Superos iterum Mariæ donare sorori,
Post cineres Damasum faciet, quia resurgere credo.

Aliud eiusdem.

Hic congesta iacet, quæris si turba, piorum
Corpora Sanctorum retinent veneranda sepulchra:
Sublimes animas rapuit sibi Regia cœli.
Hîc comites Xisti portant qui ex hoste trophæa,
Hîc numerus procerum seruat, qui altaria Christi.
Hîc positus, longa vixit qui in pace Sacerdos.
Hîc Confessores Sancti, quos Græcia misit.
Hîc iuuenes, puerique, senes, pastique nepotes,
Queis mage virgineum placuit retinere pudorem.
Hîc fateor Damasus volui mea condere membra,
Sed cineres timui sanctos vexare piorum.

Sedit annos 17. mens. 2. & dies 26. Vacat Sedes dies 21.

Opera S. Damasi Papæ, quæ extant, & eius vita ex Codicibus MSS. prodierunt Romæ 1638. Typis Vaticanis Latinè in 4. *cum notis Martij Milesij Sarazanij IC. Romani.* Expectantur etiam auidè studio eruditissimi Antistitis Vasionensis Iosephi Mariæ Suarezij, Auenionensis, *ex Apibus Vrbanis Leonis Allatij, Chiensis.* De Damaso consule etiam Andreæ Blanci S. I. *Epigrammata.* Balthasarem Porrero *de Cardinalibus Hispaniæ.*

Eius scripa memorantur à S. Hieronymo, Trithemio, Bellarmino, Possevino, Molano, Fabiano Iustiniano, Bibliotheca Verderi, VVernero Roleuinck, Iacobo Gualtero, S. Antonino, Georgio Lilio, Genebrardo, Bibliothecâ Hispanicâ Taxandri, Petro Crinito *l.* 5. *de Poëtis Latinis, cap.* 88. Baronio

ann. 384. *num.* 15. Gesnero, Andrea Schotto, historiâ Ecclesiasticâ Tripartitâ *l.* 5. *cap.* 29. Hermia Sozomeno *l.* 6. *cap.* 23. Gelasio *de duabus naturis.* Ioanne de Ragusio, Dominicano *in oratione, quam habuit in Concilio Basilienſi de communione ſub vtraque ſpecie.* Ioanne Charlerio de Gersonio *lib. de auctoritate Eccleſiæ, cap.* 7. Ioanne Bertrando, Præside Tolosano *in vita Lucinij Rufini IC.* Ioanne Ekio *de Primatu Petri.* Thoma VValdensi *tom.* 1. *l.* 2. *art.* 3. *cap.* 32. Thesauro *Coccij.* Ioanne Antonio Velasquez *tom.* 2. *Comment. in Epiſt. ad Philipp. cap.* 2. *v.* 29. *&* 30. *annotat.* 1. Philippo Gamachæo *in* 1. 2. *quæſt.* 111. *de cauſis,* &c. *cap.* 5. Petro Cottono *l.* 3. *Inſt. Cathol. cap.* 29. Balthasare Porrero *in Elogio Damasi.* Petro Arcudio Corcyræo *in lib.* 6. *de concordia Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis in ſeptem Sacramentorum adminiſtratione.* Coriolano *in annotat. ad Canones Apoſtol.* Bibliothecâ Gesnerianâ, Carbone *de ſcript. ſacr. in* 3. *D. Thomæ partem cap.* 29. Alphonso Ciaconio *in Damaso.* Francisco Hallerio *in defenſ. Eccleſ. Hierarch.*

S. DIONYSIVS, Græcus, patriâ Turrianus apud Calabros Instituti monastici, Papa 26. Romæ anno Christi 261. die 10. Septembris, creatus, scripsit

Epistolas duas, quas Notis adornauit Binius *tom.* 1. *Concil.*

Aduersùs Arrianas & Sabellianas hæreſes Commentarium.

Item

Aduersùs Paulum Samosatenum hæreticum.

De ſitu Orbis librum, ex Fragmentis Luitprandi Ticinensis.

Decreta nonnulla apud Gratianum, Carranzam, Iouerium, Barbosam Lusitanum, & alios canonum collectores.

* 372 Obiit Romæ anno 272. die 26. Decembris: sepultus est in cœmeterio Calixti. Sedit annos 11. mens. 3. & dies 15. Vacat Sedes mens. 1. & dies 5.

Omnia Martyrologia eum commemorant, & Breuiarium Carmelitarum, quod tanquam de palma fructifera Carmelitana sub ritu duplicis minoris die 19. Ianuarij colit.

De vita Dionysij præter S. Damasum & alios, consulendi sunt Petrus Thomas Saracenus *in Menologio Carmelitico*, & Cosmas Faeellius *in suo Calendario Carmelitano Piſis aſſeruato.* S. Ioannes Damascenus.

De

De scriptis Dionysij Eusebius *l.7. hist. Eccl.* S. Hieronymus *in Catal. in Dionysio Alexandrino*, S. Dionysius Alexandrinus *in Epist. ad Dionysium*, S. Athanasius *lib. aduersùs Arrianos*, Thomas VValdensis *tom.1. l.2. art.3. cap.33.* Coccius *in Thesauro*, Genebrardus, Apparatus Possevini, Bibliotheca Carmelitana *Petri Lucij*, Baronius *ann.261.& 272.* Paradisus Carmelitici decoris *v. Dionysius*, Bibliotheca Gesneriana, Alphonsus Ciaconius *in Dionysio*, Andreas Duchesnius *ibid.* Emanuel Roman *de Illustribus viris Ordinis Carmelitarum*, Bibliotheca nostra Carmelitana *ibid.*

S. DEVS DEDIT, vel DEODATVS, Romanus, Papa 70. ann. 614. Ciaconio 613. die 13. Nouembris, Ciaconio Octobris, creatus, & die 21. eiusdem mensis Romæ coronatus, scripsit

Epistolam ad Gordianum Episcopum Hispalensem. Extat *tom.4. Concil. tom.8. Annal. Baronj*, & apud Gratianum & Iouerium.

Moritur Romæ anno salutis 617. die 8. Nouembris, sepelitur in Basilica Vaticana S. Petri. Sedit annos 2. mens. 11. & dies 26.

De hac Epistola testimonia perhibent Iodocus Coccius *in Thesauro Catholico.* Sigebertus *in Chron.* Genebrardus, Gualterus S.I.

E.

SANCTVS ELEVTHERIVS, Cherubino *Abundius Eleutherius*, Neapolitanus, aliis Nicopolitanus, Græcus, Papa 14. anno 179. die 3. Maij creatus, scripsit

Epistolam Decretalem responsoriam ad Galliæ prouincias, quam Notis Binius illustrauit *tom.1. Concil.* Extat etiam *tom.1. Epist. Pont.* Centuriatores, VVhittakerus, Riuetus, & alij eiusdem farinæ adulterinam censent; sed consule Doctores infrà nominatos.

Decreta apud Gratianum, & alios.

Martyrio coronatur Romæ anno 194. die 26 Maij: sepelitur in Vaticano iuxta B. Petri corpus. Sedit annos 15. & dies 23. Vacat Sedes dies 5.

De

De scriptis Crescónius *in Collectione Canonum.* Franciscus Turrianus *l.2. cap.8. & 9. pro Epist. Pont.* Apparatus Possevini *v.E.* Claudius de Rubys *l.2. cap.23. hist. Lugd.* Coccius *in Thesauro.* Ekius *l.2. cap.10.* Beyerlinck *lib. Apophtheg. Christ.* Ducheſnius *in Eleutherio.* Camusius *ibid.* Coriolanus *ibid.* Gesneri Bibliotheca, Cardinalis Baronius, Platina, Ciaconius, Bordinus, Franciscus Hallerius *in defensione Ecclesiasticæ Hierarchiæ.*

S. Evaristvs, Bethleemitanus, natione Syrus, Papa 6. anno 112. die 27. vel 26. Iulij creatus, scripsit

Epistolas duas, tom.1. Concil. cum Notis Binianis, etiam *in Collectionibus* Lamberti Gruteri, & Francisci Iouerij, Magdeburgenses, VVhittakerus, Riuetus & alij hæretici fictitij reputant; sed perperam, vt constat ex eruditissimorum virorum testimoniis.

Decreta apud Gratianum, Iuonem, Burchardum, Crescónium, Isidorum Mercatorem, & alios. Leguntur etiam cum reliquis Pontificum decretis Coloniæ excusis.

Martyrij etiam gloriam consequutus est Romæ anno 121. die 26. Octobris, sepultus in Vaticano iuxta B. Petri corpus. Sedit annos 9. mens. 3. & diem 1. Vacauit Sedes dies 29.

De Euaristi Epistolis & Decretis Thomas VValdensis *tom.1. l.2. art.3. cap.38. & 45. tom.2. cap.133.* Coccius *in Thesauro.* Ekius *l.3. cap.9.* Petrus Canisius *de Sacrificio Missæ, & matrimonio.* Baronius *ann.121. num.2.* Bellarminus *l.2. de Romano Pontifice, cap.14.* Genebrardus, Gualterus, Simoneta, Coriolanus, Barbosa, Camusius, Bibliotheca Gesneriana, Ludouicus Carbo *de Scriptoribus sacris in partem 1. Summæ D. Thomæ, cap.4.* Thomas Beauxamis *tom.1. Harmoniæ Euangelicæ, pag.179.* Alphonsus Ciaconius *in Euaristo*, Damasus Episcopus Portuensis *ibid.* Platina *ibid.* Ioannes Eusebius S. I. *lib. Stromatum, pag.286.* Franciscus Hallier *in defensione Ecclesiasticæ Hierarchiæ.*

S. Evgenivs I. patriâ Romanus, Papa 77. anno Christi 656. mense Ianuario Romæ creatus & consecratus ex Andrea Victorello, Baronio verò 655. & Ciaconio 654. reliquit posteritati

Quædam

Quædam decreta, præsertim, *vt Episcopi ad Clericorum scelera castiganda carceres habere possent.*

Obiit Romæ anno à Christo nato 657. die 2. Iunij, sepultus ad Sanctum Petrum in Vaticano. Sedit annum 1. menses 4. & dies aliquot, secundùm nostram supputationem; secundùm Ciacconianam verò annos 2. mens. 9. & dies 14. Vacat Sedes mensem 1. & dies 27. vel 29. aliis mens. 2. dies 28.

De Decretis Eugenij Raphael Volaterranus, supplementum Chronicorum Iacobi Philippi Bergomatis Augustiniani, Gilbertus Genebrardus Archiepiscopus Aquensis, Andreas Victorellus *in addit. ad vitam Eugenij I.*

S. EVGENIVS II. Romanus, Papa 101. anno 824. die 16. Martij creatus, & 21. consecratus Romæ, scripsit

Epistolas duas, vna ad S. Bernardum Archiepiscopum 50. vel 52. Viennensem, extat *in Bibliotheca Floriacensi Antiquitatibus Viennensibus Lieurai, & tom. 9. Annal. Baronij ann. 827. num. 2.* Altera sub eius nomine à Pseudo conuentu Parisiensi ad Michaëlem Imperatorem *de cultu Imaginum* directa, censetur spuria.

Decreta apud Gratianum; sed consule Baronium ann. 826. *num. 7.*

Moritur Romæ anno 827. die 11. Augusti: sepelitur in Basilica Vaticana S. Petri. Sedit ann. 3. mens. 4. & dies 11. Vacat Sedes diem 1. ex Ducheſnio, aliis 40. aliis 30.

De Epistolis Iacobus Seuertius *in Bernardo Archiepiscopo Viennensi*. Iodocus Coccius *in Thesauro*. Henricus Spondanus post Baronium, *in Eugenio.*

B. EVGENIVS III. antea Petrus Bernardus, Vicedominus, Pisanus, Ordinis Cistercienſis, Papa 166. anno 1145. die 25. vel 27. Februarij, creatus, & 4. Martij in Monasterio Farfensi consecratus, scripsit

Epistolas quamplurimas ad diuersos. Quædam leguntur *tom. 7. Concil. tom. 2. Annal. Cisterc. tom. 12. Annali* Baronij *in historia* Guilielmi Nangiaci. Codice MS. Thuano, Ministro Fideli *Ioannis Balduini* Gallicè Parisiis 1640. edito. Bibliothecâ Victorinâ, Andreas Ducheſnius eas MSS. possidebat, vt colligo *ex Eugenij vita.*

Quatuor eius Concilia *tom.7. Concil. cum Notis Binianis.*
Decreti compilationem à Gratiano faciendam curauit.

Moritur Tybure anno 1153. die 8. Iulij, tandem eius sacrum corpus Romam delatum, ac sepultum in Basilica Vaticana B.Petri, miraculis coruscans.

Cuius Epitaphium tale est apud Angelum Manrique *tom.2. Annal. Cisterc. anno* 1153. *cap.5. num.*10. ex Collectore *Chronici Belgici* desumptum.

Hîc iacet Eugenius defunctus: cerne sepulchrum,
Cui pia cum Christo viuere vita fuit.
Pisa virum genuit, quem Claraualis alumnum
Exhibuit, sacræ relligionis opus.
Hinc ad Anastasij translatus Martyris ædem:
Ex Abbate, Pater summus in Orbe fuit.
Eripuit solemne iubar, mundíque decorem,
Iulius, octauum Sole ferente diem.

Sedit annos 8. menses 4. & dies 13. Vacat Sedes diem 1.

Martyrologia Monasticum, & Gallicanum, item & Menologium Cistercienſe eum commemorant.

De rebus gestis præter Auctores Pontificales consulendi sunt Anonymus *in Vaticano.* Chrysostomus Henriquez *in fasciculo Sanctorum Ordinis sui.* & libellus *miraculorum Eugenij*, quem possidebant MS. DD. Nicolaus Camuzatus, Trecensis, & Andreas Ducheſnius, S.Bernardus, Hugo Cardinalis, Otho Frisingensis, Angelus Manrique *tom.*1. *Annal. Cisterc.* Bernardus Montalbus, Petrus Manlius, Martinus Polonus, & alij.

De Epistolis Eugenij testes sunt S. Bernardus *in Epist. ad Eugenium.* Sudgerus Abbas Sandionysianus *ibid.* Petrus Cluniacensis *ibid.* S.Hildegardis *ibid.* S. Macarius, Scotus, Abbas 1. Herbipolensis *ibid.* Hugo Archipiscopus 68. Senonensis *ibid.* Ioannes Episcopus Maclouiensis *ibid.* Otto Episcopus Frisingensis *l.*1. *cap.*61. *l.*7. *cap.* 31. *& lib.*11. Guilielmus Neuburgensis *l.*1. *cap.*19. *hist. Annal.* Chartularium *monasterij Paracliti.* Chronicum Bambergense. Theodorus Abbas *in vita S.Hildegardis.* Petrus le Iuge *in historia S. Genouefæ Parisinæ.* Ioannes Picardus *in notis ad Epistolas S. Bernardi,*

Philippus

Philippus Haruengius, Abbas Ord. Præmonstr. *in Epist. ad Eugenium III.* Fridericus Imperator *ibid.* Ioannes Pagæus *lib. 3. Biblioth. Præmonstrat.* Alanus *lib. 3. vitæ cap. 4.* Carolus Sigonius *de Regno Italiæ, lib. 11.* Andreas Victorellus *addit. ad vitam Eugenij II.* Ioannes Pagæus *lib. 1. Bibliothecæ Præmonstratensis.*

EVGENIVS IV. antea Gabriel Condolmerius, Venetus, Ordinis Canonicorum sæcularium S. Georgij de Alga, Papa 208. anno 1431. die 3. Martij creatus, & die 11. eiusdem mensis Romæ in Vaticano coronatus, scripsit

Epistolas & libellum aduersùs Concilium Basilienſe, tom. 7. Concil. Binij in Appendice. Extabant MSS. apud Marcum Dresserum ex *Gesneri Bibliotheca*, & Romæ in Archiuo secreto Vaticani.

Aduersùs Boëmos Hussitas hæreticos.

Decretum de vnione Græcorum cum Latinis. Supra quod scripsit *Apparatum* Ioannes de Turrecremata Cardinalis, Dominicanus *tom. 8 Concil.* & Patauij MS. in Musæo Benedicti Saluatici ex Tomasino.

Constitutiones Ecclesiasticas, in Collectione Romana 1579. & Bullas *in Bullarijs.*

Concilium eius Florentinum OEcumenicum. Extat *tom. 8. Concil.* cum Notis Binianis Græcè & Latinè, Interprete Bartholomæo Abramo Cretensi, Episcopo Arienſi. Prodiit etiam cum Notis *Horatij Iustiniani Bibliothecarij Pontificij*, in fol.

Epistolas varias. Leguntur *tom. 7. Concil.* in Conciliis Basilienſi, Florentino, & Frisingensi, cum *Epistolis Synodalibus*, ad Eugenium & Esaiæ Patriarchæ Hierosolymitani. Ei etiam, teste Coccio, scribit, Nicodemus Abbas Æthiops, Iulianus Cæsarinus Cardinalis, & Albertus Sartianus, Mediolanensis, Franciscanus. Eius Epistola ad Ioannem Palæologum, Orientis Imperatorem, extat Græcè & Latinè, *in Bibl. Heidelbergæ*, cui additum exemplum excommunicationis Græcorum factæ tempore Nicolai Papæ. Quædam Epistolæ Eugenij MSS. leguntur *lib. de gestis Concilij Ferrarienſis & Florentini.* Ioannis Leonis Dominicani Romæ olim in Bibliotheca Eminentissimi Card. Biscìæ asseruato.

Moritur Romæ anno 1447. die 23. Februarij: sepelitur in Bibliotheca Vaticana S. Petri cum sequenti Epitaphio, ex Æneæ Syluio desumpto.

Eugenius iacet hîc quartus, cor nobile cuius
Testantur vitæ splendida facta suæ.
Istius ante sacros se præbuit alter ab ortu,
Alter ab occasu Cæsar vterque pedes.
Alter vt accipiat fidei documenta Latinæ,
Alter vt aurato cingat honore caput.
Quo duce & Armenij Græcorum exempla secuti
Romanam agnorunt, Æthiopésque fidem.
Inde Syri ac Arabes, mundique è finibus Indi:
Magna, sed hæc animo cuncta minora suo.
Nam validâ rursum Teucros iam classe petebat,
Dum petit ast illum sustulit atra dies.
Qui semper vanos mundi contempsit honores,
Atque hâc impressa condite, dixit, humo.
Sed non quem rubro decorauerat ille galero,
Non hoc Franciscus stirps sua clara tulit:
Susceptique memor meriti, tam nobile, quod nunc
Cernis tam præstans, surgere iussit opus.

Aliud quod legitur Romæ in claustro Canonicorum sæcularium S. Saluatoris, Congregationis S. Georgij de Alga Venetiarum, vbi eius antiquum sepulchrum marmoreum à Vaticano in hunc locum translatum, curâ Canonicorum.

Memoriæ Eugenij IV. Papæ.

Vrbs Venetum dedit ortum, quid Roma? Vrbis & Orbis
Iura dedit, cælica regna Deus.

Sedit annos 15. menses 11. & dies 21. Vacat Sedes dies 11.

Præter Auctores communes *de Romanorum Pontificum vitis*, legendi sunt Ioannes le Ieune, Cardinalis, *eius etiam vitæ* scriptor, & Æneas Syluius *in oratione de Eugenij IV. morte*, & Ioannes de Vesalia, Amedeus Pacificus, Didacus de Roserio, Responsio Synodalis Basilienſis, Ioannes de Turrecremata, Iulius Cardinalis, Ioannes Leo.

De Eugenius scriptis, Henricus Ludouicus Castaneus, Rupipozæus *in Cardinalium Nomenclatura.* Apparatus sacer *Possevini v.E.* Iodocus Coccius *in Thesauro.* Iacobus Auzolius *in sancta Chronologia.* Genebrardus *ibid.* Antonius Corduba *in annotationibus ad Compendium priuilegiorum Alphonsi de Casarubios Hispani.* Lucas VVadingus *in Registro Pontif. tom.* 5. *Annal. Minor.* Bzouius *in Annal. Eccles.* Ludouicus Carbo Perusinus *de Scriptoribus sacris in D. Thomam.* Andreas Victorellus *addit. ad Ciaconium in vita Eugenij IV.* Gabriel Pennottus *in hist. Canon. Regul. S. August.* Ioannes Pagæus *lib.* 3 *Bibliothecæ Præmonstratensis.*

S. EVSEBIVS, Græcus, Papa 32. anno 309. die 5. Februarij creatus Romæ, scripsit

Epistolas Decretales tres, leguntur *tom.* 1. *Conc. Binij*, & *in collectionibus* Cardinalis Caraffæ, Francisci Iouerij, Lamberti Gruteri, & aliorum.

Eius *Decreta* habes apud Iuonem Carnotensem, Isidorum Mercatorem, Burchardum VVormatiensem, Codicem quinque librorum, Gratianum, Barbosam, & alios Canonistas.

Obiit Romæ anno salutis 311. die 26. Septembris: sepultus est in cœmeterio Callisti viâ Appiâ. Sedit, ex Indice Crescioniano, annos 2. menses 8. dies 26. Vacat Sedes dies 7. Memoratur in Martyrologiis.

De Epistolis & Eusebij Decretis, Genebrardus *l.* 3. *Chron.* Baronius *ann.* 309. & 311. Bellarminus *lib.* 2. *de Rom. Pont. c.* 14. Iacobus Gualterus *sæc.* 4. *col.* 2. *verit.* 7. §. 2. Coccius *in Thesaur.* Thomas VValdensis *tom.* 1. *l.* 2. *art.* 3. *cap.* 45. Ioannes Ekius *de Primatu Petri.* Carranza *in summa Decret.* Coriolanus *in summa Conciliorum.* Bibliotheca abbreuiata *Gesneri.* Alphonsus Ciaconius *in Eusebio.*

S. EVTYCHIANVS, natione Tuscus, patriâ Lunensis, Papa 28. anno 275. die 4. Iunij creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas, Notis Binianis illustratas *tom.* 1. *Concil.* & *in collectionibus* Cardinalis Caraffæ, Iouerij, Gruteri, & aliorum.

Decreta eius etiam habentur apud eosdem Canonum Collectores, & cum aliis Pontificum Decretis Coloniæ editis.

Martyrio coronatur Romæ anno Christi 283. die 8. Decembris: sepelitur in cœmeterio Callisti viâ Appiâ. Sedit annos 8. menses 6. dies 4. Vacat Sedes dies 9.

Epistolæ Eutychiani & Decreta memorantur à Genebrardo Archiepiscopo Aquensi *l.* 3. *Chron.* Iuone *l.* 3. 4. *&* 6. Burchardo *l.* 5. *c.* 25. Gratiano *in Decreto.* Baronio *ann.* 275. *&* 283. Volaterrano *l.* 22. *Antropologiæ.* Iodoco Coccio *in Thesauro cathol.* Iacobo Gualtero *sæcul.* 3. *col.* 1. *&* 5. *verit.* 1. Duchesnio *in Eutychiano.* Coriolano *ibid.* Camusio *ibid.* Bordino *ibid.* Iosia Simlero Abbreuiatore *Bibliothecæ Gesnerianæ.* Ludouico Carbone, Perusino Theologo *in partem* 3. *D. Thomæ, cap.* 29. Ioanne de Carthagena Franciscano *lib.* 5. *homil.* 17. *de sacris arcanis Deiparæ*, Alphonso Ciaconio *in Eutychiano.* Baptistâ Platinâ *ibid.* Onuphrio Panuino *ibid.* Papyrio Massono *ibid.* Baptistâ à Glano *ibid.*

F.

SANCTVS FABIANVS, Romanus, Papa 21. anno gratiæ 238. die 16. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolas Decretales tres. Extant *tom.* 1. *Epistol. Pontif. tom.* 1. *Concil. Binij*, *&* *in collectione* Ioannis VVendelstini, Francofurti 1526. in 4. edita. Sed, teste Possevino, ei quæ adscribitur Epistola ad omnes Ecclesiæ comministros omnino spuria est, nisi in ea corrigatur, quod de Nouato & Nouatiano scriptum est, quod quidem à sciolo quodam superadditum existimauit non solus Cardinalis Baronius *Annal. tom.* 2. *ann.* 253. cùm aduentum Nouatiani Romam Eusebius ponat primo Cornelij anno. Quin & Epistolam secundam, in qua agit Fabianus de chrismate consecrando singulis annis fer. 5. in Cœna Domini, aliqui apocrypham esse opinantur. vide Bellarminum Cardin. *de sacramento Confirmationis*, *cap.* 8. hactenus Possevinus. Consule pariter Binium in notis ad has Epistolas *loco cit.*

Decreta Fabiani extant apud Iuonem *l.* 1. 3. 6. *&* 7. Gratianum, Carranzam, Barbosam & alios.

Hic

Hic vitam mundi contemnens, peruenit ad præmia regni, per coronam martyrij anno 253. die 20. Ianuarij. Primùm sepultus in cœmeterio Callisti, deinde sacra eius pignora, magnâ cum veneratione à Sergio iuniore, aliàs secundo Papa in titulum Equitij, seu Ecclesias SS. Sylueſtri & Martini de Montibus apud Carmelitas translata, vt peruetus testimonium habetur ex tabula marmorea ibidem ad cornu Euangelij vsque in hunc diem asseruata. Sedit annos 15. mensem 1. & dies 5. Vacat Sedes menses 3. ad minus, supra annum integrum, vt constat ex Epistola 55. S. Cypriani Martyris ad Cornelium scripa.

De rebus gestis, Menologium Græcorum, Auctores vitarum Pontificarum.

De scriptis testimonia perhibẽt Damasus *in eius vita*, Platina *ibid.* Baptista à Glano *ibid.* Ducheſnius *ibid.* Massonus *ibid.* Tempesta *ibid.* Camusius *ibid.* Coriolanus *ibid. & in annotat. ad Canones Apostolor.* Eusebius Cæsarienſis *l. 6. hist. Eccles.* Petrus de Natalibus *l. 2. cap.* 105. Simoneta *l. 3. cap.* 22. Genebrardus *l. 3. Chron.* Volaterranus *l.* 22. *Antropol.* Thomas VValdenſis *tom. 1. l. 2. art. 3. cap. 36. & tom. 2. de Sacramentis cap.* 113. Coccius *in Thesauro.* Petrus Canisius *de sacrificio Missæ.* Ioannes Ekius, Sueuus *l. 2. cap.* 10. *& l. 3. cap.* 18. Petrus Cotton *l. 3. Instit. Cathol. cap.* 41. Ioannes Antonius Velasquez, Abulenſis S.I. *tom. 1. Comm. in Epist. ad Philipp. cap. 1. v. 1.* Iacobus Gualterus *sæcul. 3. col. 1. & 5. verit. 1. §. 7. & 12. §. 4.* Apparatus sacer *Possevini.* Petrus Ribadeneira *in eius vita.* Bibliotheca abbreuiata Gesneriana, Ludouicus Carbo *de sacris scriptoribus in 3. part. D. Thomæ, cap. 32. de Sacramentis in communi, §. de confirmatione.* Alphonsus Ciaconius *in Fabiano*, Paulus Scherlogus S. I. *Comment. in Cantica Canticorum, pag.* 480. Iacobus Gretserus *contra Plessæum*, Cardinalis Bellarminus *de sacramento Confirmationis, cap.* 8. Franciscus Hallerius *in defens. Eccles. Hierarch.*

S. Felix I. Romanus, Papa 27. anno 272. die 31. Decembris creatus, scripsit

Epistolas Decretales quatuor, quas eruditissimus Binius Notis *tom. 1. Concil.* illustrauit. Duas tantùm habet Iouerius

in

in sua collectione Parisiis edita. Quædam Epistolæ Felicis extant MSS. *in Archiuo Arelatensi*; at an sint primi, vel secundi, hactenus est mihi in obscuro.

Decreta apud Iuouem *l.* 4. Gratianum, Binium, Carranzam, Dominicanum, Barbosam, & alios quamplurimos.

Martyrio coronatur Romæ anno 275. die 30. Maij: sepultus est in cœmeterio suo, in propriâ Basilicâ, quam viuens construxerat, viâ Aureliâ. Sedit annos 2. mens. 5. minus d. 1. Vacat Sedes dies 5.

Eius vita legitur apud auctores *de vitis SS. & Romanorum Pontificum.*

Eius Epistolæ memorantur à S. Cyrillo Patriarcha Alexandrino *contra Nestorium, & in Apologia*, & Vincentio Lerinensi *lib. aduersùs hæreses, cap.* 42. Concilio Chalcedonensi *act.* 1. Vnde corrigendus est Eminentissimus Cardinalis Baronius *in Notis* ad Martyrologium die 30. Maij num. 1. dicens, in Actis Concilij Ephesini, à semetipso diuersari videtur; quia *in Annal. Eccles. ann.* 275. *num.* 1. asserit in Concilio Chalcedonensi, vt veriùs; nisi iam emendatum fuerit in noua editione Romana Vaticana, Thoma VValdensi Carmelita *tom.* 1. *l.* 2. *art.* 3. *cap.* 58. Antonio Caraffa Cardinali *tom.* 1. *Epist. Pontif.* Coccio *in Thesauro.* Alphonso Salmerone *tract.* 63. Genebrardo *l.* 3. *Chron.* Volaterrano *l.* 22. *Antrop.* Petro Canisio *de Missæ sacrificio.* Iacobo Gualtero *sæcul.* 3. *col.* 1. & 5. *verit.* 1. §. 10. 2. §. 5. 8. §. Francisco Longo à Coriolano *præl.* 7. *Summæ Concil. pag.* 34. & 68. *& in annotat. ad Canones Apostolorum*, Alphonso Ciaconio *in Felice I.*

S. Felix II. Romanus, Papa 38. anno 357. die 26. Aprilis, creatus, tempore tandem Liberij legitimi Summi Pontificis, tunc temporis à Sede Apostolica à Constantio Imperatore Arianorum fautore, deiecti, scripsit

Epistolas tres; quarum duæ tantùm leguntur *tom.* 1. *Epistol. Pontif. & tom.* 1. *Concil. General.* Binij, vnà *cum Epistola* S. Athanasij, & aliorum Ægyptiorum Pontificum ad Felicem de Arianorum infestationibus. Gallus noster Iouerius tandem, sic *in Collectione*, loquitur de tertia. *Extat & tertia Epistola huius Pontificis, ad quos suprà (nempe ad Episcopos Ægyptios)*

quæ

quæ cùm nihil decretale habeat, sed duntaxat cohortationem ad sufferentiam æquanimem persecutionum & tribulationum, quæ ab inimicis inferuntur, & vt inuicem mutuo sibi amore fraterno succurrant, Deóque vindictam relinquant, & eiusmodi quædam satis prolixa, non est visum nobis eam hîc adscribere, ne volumen in immensum turgescat. hæc Iouerius.

Decreta apud Iuonem Episcopum Carnotensem *l.4.* Gratianum, Barbosam & alios Canonistas.

Martyrij palmam adeptus est Romæ anno 358. die 29. Iulij, sepultusque in Æde SS. Cosmæ & Damiani, quæ nunc est Franciscanorum Conuentualium, quam ipse viuens adornauerat: nam olim Templum erat, Romulo & Remo fratribus Romæ fundatoribus dicatum; vbi repertum sequens fuit Epitaphium supra arcam marmoream anno 1582. his verbis.

Hic iacet corpus S. Felicis Papæ & Martyris, qui Constantium hæreticum damnauit.

Tamen Patauium nunc gloriatur se illud sacrum Felicis II. corpus possidere in Ecclesia S. Antonij Franciscanorum Conuentualium, in Sacello eius nomini dicato. Sedit annum 1. mens. 3. & dies 3.

Martyrologia S. R. Ecclesiæ, V Vandelberti Diaconi, Bedæ, Adonis, Vsuardi, & Maurolici, eius martyrij commemorationem ad prædictum diem celebrant, & S. Gregorius Magnus *in Antiphonario, & Sacramentario.*

De eius rebus gestis omnes auctores, qui *de Sanctis & Romanis Pontificibus*, scripserunt, consule etiam Gretserum *in defensione Cardinalis Bellarmini.*

De scriptis Felicis II. Coccius *in Thesauro Catholico.* Ioannes Ekius *de Primatu Petri.* Genebrardus *in Chron.* Iacobus Gualterus *sæc.4. col. 2.* Carranza *in Summa Decretorum.* Alphonsus Ciaconius *in Felice II.* Baronius Cardinalis *tom.3. Annalium.*

S. Felix III. Romanus, Papa 50. anno Christi 483. die 8. Martij Romæ creatus & coronatus, scripsit

Epistolas octo, quas Notis eruditis decorauit Seuerinus Binius *tom.3. Concil.* cum tribus eius Conciliis. Alias etiam scripsit; sed nobis ignotas. Ei scripserunt Epistolas Zeno Impe-

rator & Anastasius Patriarcha Hierosolymitanus *ex Iodoco Coccio.*

Decreta extant apud Gratianum, Carranzam, Barbosam, & alios Decretorum collectores.

Obiisse dicitur anno 492. die 25. Februarij, non verò 30. Ianuarij, vt annotat Claudius Robertus in sua serie Romanorum Pontificum: in Basilica S.Pauli extra muros sepultus.

De scriptis Euagrius *l.2. c.18.19. & 25.* Liberatus Diaconus *in Breuiar. cap.18.* Ioannes Zonaras, Monachus Græcus *in collect. Canon. & Concil.* Cresconius *ibid.* Antonius de Aquino *ibid.* Iouerius *ibid.* Quintianus Episcopus Asculanus *in Epistola ad Petrum Fullonem Episcopum Antiochenum.* Baronius *anno 483. num.3. & 4.484. num.2. & 3.487. num.1.* Sigebertus *in Chron.* Basilius Cilix *in sua historia Ecclesiastica.* Coriolanus *in Breuiar. Chronol.* Apparatus sacer *Possevini v. T* Gaulterius S.I. *sæc.5. col.1. & 5.* Iosias Simlerus Abbreuiator *Bibliothecæ Gesnerianæ.* Ioannes Episcopus Alexandrinus *in libell. Felici oblato.* Anastasius S.R.E. Bibliothecarius *in Felice III.* Platina *ibid.* Ciaconius *ibid.*

S. Felix IV. natione Samnita, patriâ Beneuentanus, Papa 56. anno 526. die 24. Augusti creatus, scripsit

Epistolas tres. Extant *tom.1. Concil.* cum annotatiunculis Binij *tom.1. Epist. Pontif.* vnicam habet Iouerius.

Eius *Decreta* apud Iuonem Carnotensem *lib.2.* Gratianum, Burchardum & alios.

Moritur Romæ anno 530. die 12. Octobris: sepelitúrque in Basilica Vaticana B.Petri Apostoli. Sedit annos 4. mens.1. & dies 18. Vacat Sedes dies 3. de eo reperio sequens Epitaphium:

Certa fides, iustis cœlestia regna patere,
Antistes Felix quæ modò latus habet.
Prælatus multis, humili pietate superbus,
Promeruit celsum simplicitate locum.
Pauperibus largus, miseris solatia præstans,
Sedis Apostolicæ crescere fecit opes.

De Felicis IV. Epistolis Gennadius Massilienfis *de script. Eccles. cap.86.* Genebrardus *lib.3. Chron.* Thesaurus Catholicus

cus Coccij. Bellarminus *l.2.de Rom.Pont.cap.*14.Baronius 526. & 530. Iacobus Gaulterius,vel Gualterius *sæcul.6.col.*1.Ioannes Petrus Camusius *in Felice IV.*Coriolanus *ibid.*Ducheſnius *ibid.*Alphonſus Ciaconius *ibid.* Franciſcus Hallerius *in defenſione Eccleſiaſticæ Monarchiæ.*

S. FORMOSVS, Italus, Papa 113.aliis 114. anno 891. die 27. Maij creatus,ſcripſiſſe comperio

Epiſtolas varias 5 quarum duæ dumtaxat leguntur *tom.7. Concil.*cum eius Concilio Romano apud Binium. Altera verò *in hiſtor. Remenſi Flodoardi lib.4.cap.*2.ad Fulconem Archiepiſcopum 32.Remenſem ſcripta.

Obiit Romæ anno 896.die 14. Decembris: ſepultus eſt in Vaticano. Sedit annos 5.menſ.6.dies 10.

Præter Auctores, qui *de vitis Roman. Pontif.* ſcripſerunt, conſule Auxilium illius temporis ſcriptorem,qui MS. extabat apud Ioannem Maſſonem Papyrij fratrem, & Luitprandum Ticinenſem.

De Epiſtolis teſtimonia dant Guilielmus Malmesburienſis *lib.1. de geſtis Pontif. Angliæ.* Coccius *in Theſauro.* Baronius *tom.10.Annal.*Poſſeuinus *v.A.*Flodoardus *citatus.* Alphonſus Ciaconius *in Formoſo.*

G.

SANCTVS GELASIVS I. natione Apher, Papa 51. anno gratiæ 492. die 2. Martij creatus,& conſecratus, ſcripſit

Epiſtolas varias, licèt tamen paucæ ad Auctorum cognitionem peruenerint. Nam tredecim tantùm habet Seuerinus Binius *tom.3.Concil.cum notis*, quas ex Codicibus Vaticano & Arelatenſi deſumpſit.

De Anathematis vinculo librum. Extat *tom. 3. Concil.* quem commentati ſunt Doctor percelebris Auguſtinus Barboſa Luſitanus IC.& Protonotarius Apoſtolicus *in ſuis Collectaneis Doctorum in part.1.Decreti diſt.15.cap.3.*& Didacus Couarruuias *lib.4.variarum reſolutionum.*

Apologiam aduersùs Andromachum Senatorem, cæteróſque Romanos, qui Lupercalia ſecundùm morem priſtinum colenda conſtituebant, *tom.3. Concil. & in Annal. Baronij ann.496. num.30.& ſeqq.*

Aduersùs Græcos tractatum. Pariſiis ſtudio Iacobi Sirmondi S.I. Theologi,& Regis Chriſtianiſſimi à confeſſionibus.

Dicta aduersùs Pelagianam hæreſim,tom.3. Concil.

Varia Decreta Eccleſiaſtica leguntur apud Creſconium, Iſidorum,Iuonem,Gratianum,Iouerium,Carranzam,Barboſam,Burchardum & alios.

Proſas & hymnos Eccleſiaſticos varios,quibus vtitur Eccleſia Romana.

Aduersùs Arium Hæreſiarcham,lib.2.

Orationes Sacramentorum, ſeu Miſſæ, & Præfationes decem, nempè communem (*Verè dignum & iuſtum*,&c.) Natiuitatis, Epiphaniæ, Quadrageſimæ, Crucis, Reſurrectionis, Aſcenſionis,Pentecoſtes,Trinitatis, & Apoſtolorum. Ex vita ipſius deſumpta ex officio proprio monaſterij S. Ioannis de Vineis Sueſſionenſis Ordinis S. Auguſtini, quam refert *in ſuo Choro Sanctorum & Beatorum diuerſarum nationum,part.2.* R. P. Bedictus Gononus.

Orationes graues.

Epiſtolas ad amicos & domeſticos, non minus graues, quàm doctas.

Aduersùs Neſtorium & Eutychem Hæreſiarchas,libros 5. Multi contendunt hos libros eoſdem fore ac librum de duabus naturis aduersùs eoſdem hæreticos conſcriptum, ſub *Gelaſij Papæ* nomine; alij ſub nomine *Gelaſij Cizici*; alij *Gelaſij Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopi.* Cardinales enim Bellarminus, *de ſcript. Eccleſ.* & Baronius *tom.6. Annal. ann.496.* Melchior Canus,Hiſpanus,Epiſcopus Canarienſis Ord. Præd.Poſſeuinus *in Apparatu ſacro v. G.* Binius *in Notis ad vitam Gelaſij*, & alij nonnulli recentiores hoc opus acriter contendunt non eſſe Gelaſij Papæ. E contra verò S. Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis *reſponſ.2. ad Ferrandum Diaconum*, Anaſtaſius Bibliothecarius *in Gelaſij vita*,Margarinus Bignæus *tom.4. Bibl. Patrum*, Henricus Spondanus Epiſcopus Apamienſis, *in*

anno

annotatiuncula ad annum 496. *num.* 1. & alij hoc opus *Gelasij Papæ* indubitatum fore asserunt. Vnicum duntaxat auctorem reperio, nempe *Iosephum Pamphilium*, Episcopum Signinum, Augustinianum hoc opus *Ioanni Papæ*, tribuentem *pag.* 22. *Chron. Augustin.* Prodiit tandem variis in locis sub *Gelasij Papæ* nomine, Basileæ 1528. Tiguri apud Froschouerum 1557. & Parisiis *tom.* 4. *Biblioth. Patrum.* Suffridus Petrus, Leouardiensis Frisius IC. tribuit etiam hoc opus *Gennadio*, vt patet *in præfatione ad Gennadium*; sed perperam, vt annotat Possevinus *v. G.* Extant MSS. in Vaticano.

Eius Concilia Romana habentur *tom.* 3. *Concil. cum Notis Binij & Frontonis Ducæi S. I.* qui ex Codice correcto Virdunensi dedit. Dionysius Exiguus acta secundi Concilij è Græco in Latinum vertit.

Moritur Romæ anno Verbi incarnati 496. die 21. Nouembris, sepelitur in Basilica Vaticana B. Petri. Sedit annos 4. menses 8. & dies 20. Vacat Sedes dies 7.

Eius eximia sanctitas celebratur in Martyrologiis, diuersimodè tamen. nam Martyrologium Romanum *die* 21. vt certiùs, illud Bedæ & Vsuardi *die* 19. & illud tandem Abbatis Maurolici *die* 19.

Eius vita extat MS. in Vaticano; sed quis fuerit auctor, nihil comperti habeo, etiam apud Benedictum Gononum.

De Gelasij scriptis S. Gregorius I. *l.* 7. *epist.* 63. Vigilius Papa *in Decreto de tribus capitulis.* S. Zacharias Papa *in Epistola responsiua ad Pepinum Regem & Episcopos Franciæ.* Nicolaus I. *in Epist. ad Michaëlem Imperat.* Faustus Officiorum Magister & Gelasij Legatus *in Epist. ad Gelasium.* Capitularium regni Francorum *l.* 5. *cap.* 167. Rodulphus Tongrensis *de can. obseru. prop. vlt.* Thomas VValdensis *tom.* 2. *de Sacramentis.* Ekius *de Primatu Petri.* Coccij Thesaurus, Gennadius *in Catal.* Honorius Augustodunensis *ibid.* Trithemius, Possevinus, Molanus, Fabianus, Iustinianus, Ludouicus Carbo, Sigebertus, Coriolanus, Volaterranus, Gualterus, Draudius, Clessius, Bolduanus, Bellarminus *& lib.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 4. *&* 14. Petrus Cotton *l.* 2. *Institut. Christ. cap.* 13. Petrus Saxius *in Eonio Archiepiscopo* 19. *Arelatensi.* Claudius Robertus *ibid.*

Genebrardus, Iacobus Auzolius, Camusius, Philibertus Fesayus, Carmelita *in Chronogico Indice, qui de Incarnatione scripserunt.* Petrus de Marca, Senator Nauarræ *l.* 1. *de Concordia Sacerdotij & Imperij.* Bibliotheca Gesneriana, Theatrum vitæ humanæ *lib.* 1. *v. Theologi.* Amulo Lugdunensis Archiepiscopus *in Epistola ad Theobaldum Episcopum Lingonensem, è Trecis Lugdunum ad nos transmissa, hoc mense Augusti* 1642. *per Cl. D. Nicolaum Camuzatum,* Ciaconius *in Gelasio,* Cassiodorus *de diuinis lectionibus, cap.* 8. Andreas Victorellus *in addit. ad vitam Gelasij I.* Petrus Gyenois Bituricensis *in indice omnium Pontificum Romanorum, quorum scripta & testimonia in collectione Decretorum Gratiani citantur.* Albertus Pighius *lib.* 4. *cap.* 13. *Hierarch. Eccles.* Franciscus Hallier *in defens. Eccles. Hierarchiæ.*

GELASIVS II. antea Ioannes Caietanus, natione Campanus, Ordinis S. Benedicti, Papa 160. anno 1118. die 22. Ianuarij creatus, scripsit ad Ioannem Cardinalem auunculum suum.

Passionem S. Erasmi Caietani Episcopi & Martyris. Prodiit Romæ 1639. in 4. operâ *R. D. Abbatis Constantini Caietani,* cuius beneficio accepimus, *cum vita Gelasij,* ab ipso commentariis amplissimis illustrata.

Passiones SS. Erasmi, Anatholiæ & Cæsarij versu Heroico, ibidem.

Contra Henricum Imperatorem, ex Petro Diacono Cassinensi.

Epistolas varias; quarum quinque refert Binius *tom.* 7. *Concil.* ex Chronico Hispanico, Guilielmo Malmesburiensi, & Baronio *tom.* 12. *Annal. ann.* 1118. & 1119. vnâ cum eius Concilio Viennensi *anno* 1119. celebrato. præterea

Registrum Paschalis II. Papæ eius prædecessoris composuit.

Moritur in Monasterio Cluniacensi diœcesis Matisconensis anno 1119. die 29. Ianuarij: ibidémque sepelitur ad introitum chori cum sequenti Epitaphio *à Petro Pictauiensi Monacho* decantato, his verbis à me sic viso.

Vir grauis & sapiens actu verbóque Ioannes,
Cùm prius de Monacho pro multa strenuitate

Archi-

Archileuita foret, & Cancellarius Vrbis,
Præsule Paschali meritis ad sydera rapto,
Promeruit tandem sacram conscendere Sedem,
Dignus post primum Gelasius esse secundus.
Sed quia Rege fuit non recipiente leuatus,
Horrendum fremuit Princeps; & filia dulcis
More suo profugum suscepit Gallia patrem.
Si licuisset ei, pro certo crede, sub ipso
Virtus & pietas, & honestas crescere omnis,
Et pax Ecclesiæ toto floreret in orbe.
Nam rapuit mors atra virum, cùm Pontificatus
Vix ageret primum Pastor venerabilis annum.
Bina dies iam restabat cum Cluniacensi
Dormijt in proprio Romani iuris asylo.
Hîc igitur positus dilectos inter alumnos,
Cùm Patribus sanctis requiescit, & optat vt orbis
Conditor & iudex veniat quandoque potenter,
Et cineres lapsos in pristina membra reformet.
Felix inde nimis semper Cluniace manebis,
Quòd pater orbis, Apostolicus, summúsque Sacerdos
Ecclesiæ matrísque tuæ specialis apud te
Transiit ad superos, in te requiescit humatus.
Nec minus hîc etiam felicem credimus illum,
Cui dedit ipse pius magnus pro munere Christus,
Vt Monachi Monachum, Patrem quoque pignora chara
Iugiter aspicerent lacrymísque rigando sepulchrum
Sacris in precibus specialem semper haberent.

Sedit annum 1. & dies 4. ex Hugonis Cluniacensis Monachi Epistola ad Pontium 7. Abbatem, sed ex Ducheſnio annum minus duobus diebus. Vacat Sedes dies tres.

Vitam Gelasij II. scripsêre Pandulphus Pisanus, & Constantinus Caietanus Pisani Commẽtator, Andreas Saussayus, Anonymi duo in Vaticano, Petrus Diaconus *lib. Hist. Cassin.* Abbas Vrsbergensis, Martinus Polonus, Ioannetus & alij.

De scriptis Gelasij II. loquuntur Petrus Diaconus Cassinensis S. R. E. Cardinalis *in chron. cassin.* Bibliotheca Cluniacensis, Apparatus sacer Possevini *v. G.* Iodocus Coccius *in Thesauro*

Thesauro catholico. Rupipozæus Episcopus Pictauiensis *in Nomenclatura Cardinalium.* Arnoldus Vuion *in ligno vitæ.* Camusius Episcopus Bellicensis *in Gelasio.* Coriolanus *ibid.* Petrus de Marca *lib.4. cap.17. & 19.* Alphonsus Ciaconius *in Gelasio II.*

S. GREGORIVS I. cognomento Magnus, Romanus, Monachus, Papa 66. anno 590. die 3. Septembris creatus. Scripsit ad S. Leandrum Episcopum Hispalensem.

Commentaria, seu *Expositionem moralem in Iob lib.* 35. aliis 38. Basileæ 1503. fol. Parisiis 1523. 1572. 1586. & 1605. Antuerpiæ 1572. fol. Venetiis 1543. & 1583. in 4. cum præfatione *Dominici Episcopi Brixiensis.* Romæ 1588. & 1593. Lugduni 1516. 1522. fol. studio *Ioannis Lagreni*, Franciscani, 1530. in 8. & 1540. hæc Commentaria in compendium redegerunt *S. Odo* Abbas 2. Cluniacensis Parisiis 1617. 8. & *Simon* Monachus Affligemiensis, diœcesis Machlinienſis in Brabantia, *Michaël* Angrianus, vulgò *Incognitus*, Carmelitarum Generalis, *Thomas Colbius* Anglus, Carmelita, Episcopus Lesmorensis & Varfordiensis, & *Augustinus Triumphus*, Anconitanus Augustinianus, hanc expositionem Tabulis adornauerunt; etiam commentariis illustrauit *Guilielmus Suthamptonus*, Anglus, Dominicanus ex Pitseo. Exiis tandem commentariis, librum Sententiarum composuit Hedericus, Italus, Benedictinus, sicuti & *Ioannes*, Italus, Abbas etiam Benedictinus, qui asseruatur MS. in Bibliotheca Cassinensi pluteo 2. ad læuam. *Ignatium* Monachum Cassinensem item collegisse è libris moralium D. Gregorij, *flores*, comperio, eosdémque in vnum volumen redegisse, & ibidem *plut.* 8. asseruatum esse. Denique asseruantur in Bibliotheca Benedictinorum Cauensium *Libri 6. MSS. contemplationum*, ex eiusdem Gregorij libris moralium decerpti. hæc Commentaria in Iob extant Romæ in Vaticano. Florentiæ apud S. Laurentium, Cæsenæ, in Bibl. Publ. Oxoniæ in Anglia, & Parisiis apud Carmelitas plateæ Maubertinæ, Stephanus Moreau Abbas S. Iodoci Gallicè vertit. Parisiis 1642. in 4. & S. Zacharias Papa è Latino in Græcum transtulit ex Ciaconio in Gregorio I.

In Cantica Canticorum, Parisiis 1499. & 1605. apud Societatem.

tatem. Venetiis 1561. Romæ 1588. & 1593. Extant MSS. in Medicea Bibliotheca Florentiæ apud S. Laurentium.

In libros Regum lib. 6. Parisiis, Romæ & alibi.

In Genesim commentaria, ex Chronico Bobiensi MS. Romæ apud Abbatem Constantinum Caietanum asseruato, cuius beneuolentiâ perlegimus.

In Octoteuchum, id est, *octo primos sacræ Scripturæ libros*, ab initio videlicet Geneseos, vsque ad Paralipomenon, ex Ioanne Diacono, Sixto Senensi & Possevino *v. Moyses*, ab inuidis tandem post Gregorij obitum concrematos.

In Ecclesiasten commentaria. Extant MSS. in Bibliotheca Cauensi.

In Prouerbia Salomonis, ibid.

In Sapientiam, ibid.

In Ecclesiasticum.

In septem Psalmos Pœnitentiales. Parisiis 1499. 1571. & 1605. Venetiis 1561. Romæ 1588. & 1593.

In Ezechielem homilias 22. Parisiis 1511. Romæ, Lugduni, Antuerpiæ, Venetiis, & alibi. Extant MSS. variis in Bibliothecis, præsertim apud Carmelitas Parisienses plateæ Maubertinæ, Florentiæ in Medicea *plut.* 17. & 18.

Hymnos sacros in sacram Scripturam, ibid.

In Euangelia homilias 40. *tam de tempore, quàm de Sanctis.* Parisiis 1499. 1571. & 1565. in 12. Venetiis apud Peregrinum de Pasqualibus 1493. & 1561. Antuerpiæ 1565. in 12. Romæ & alibi, *Secundino Lauretano Episcopo* dicatas. Ad has homilias addiderunt Tabulas *Thomas Colbius*, Carmelita, Anglus, & *Ioannes Stamberius* eiusdem nationis & Ordinis Episcopus Bangorensis & Herifordiensis. *Richardus Conyngton*, etiam Anglus Monachus in eas scripsisse librum habetur ex Ioanne Pitseo *lib. de Ill. Angliæ Scriptoribus*. Extant MSS. in Bibliothecis variis Italiæ, Angliæ, Germaniæ, Galliæ, & alibi: præsertim in nostra Bibliotheca Parisiensi Maubertina, Florentiæ in Medicea Latinè & Italicè.

Textus Euangeliorum ab ipso Gregorio ordinatos. Asseruantur MSS. Patauini in Bibliotheca S. Mariæ Prateleæ *ex Bibliothecis Patauinis* Iacobi Philippi Tomasini. Ex hoc opere

Alalphus, seu Alulphus, Tornacensis, Benedictinus, collegit *librum excerptionum in nouum Testamentum*, quod inscribitur *Gregorianum ex libro 4. Biblioth. Sanct.* Sixti Senensis, *pag. mihi* 191. Extat MS. in Bibliotheca Ecclesiæ Cameracensis. Prodiit Argentinæ 1516. & Parisiis 4.

Meditationes septem de Passione Domini.

Salutationes ad quinque vulnera Christi.

Sermones tres, quos habuit coram hospitibus secundùm præceptum regulæ legendi, Monachis Cassinensibus ab eodem S. Gregorio transmissos. Incipiunt: *Pensate fratres charissimi; ait enim Dominus & Saluator noster*, &c.

Exhortationem eiusdem ad Monachos, cuius initium est: *Recordemini fratres charissimi.* Extat MS. Romæ in Bibliotheca Aniciana Abbatis Constantini Caietani, & olim apud Arnoldum Vuionem, Duacensem, Benedictinum.

Concordiam quorundam locorum sacræ Scripturæ. Prodiit Parisiis 1572. in 12. & antea 1571. apud Sebastianum Niuellium: habetur MS. in Bibliotheca Regalis Monasterij Sandionysiani prope Parisios, & Cantabrigiæ in illa S. Petri *vol.* 191.

Pastorale, seu *Regulas Pastorales*, *ad Ioannem Episcopum* 30. *Rauennatem, lib.* 3. Parisiis 1499. & 1571. Venetiis 1561. 1565. & 1567. in 8. Basileæ 1564. Londini 1529. Rothomagi 1618. Romæ 1588. & 1593. E Latino in Græcum vertit *S. Anastasius Patriarcha Antiochenus Martyr.* In Saxonicum etiam idioma reddidit *Alfredus Magnus, Anglorum Rex*, vbi præfationem anteposuit. Prodiit cum versione Anglicana interlineari Lugduni Batauorum 1597. 8. Tabulas huic Pastorali adiunxit *Thomas Colbius, Carmelita Episcopus.* Extat MS. Romæ in Vaticano, Florentiæ apud S. Laurentium, Semuri apud Mandubios in Bibliotheca Carmelitarum in fol. Lugduni in illa D. Stephani Caueti Canonici S. Pauli, Oxoniæ, Cantabrigiæ, & Patauij in diuersis.

Sacramentarium, seu *librum Sacramentorum*, quem scholiis illustrauit *Angelus Rocca Camers, Augustinianus, ex Sacrista Pontificio Episcopus Tagastensis* Romæ 1597. in fol.

Antiphonarium, Coloniæ 1571. studio & operâ eruditis-

simi

simi Iacobi Pamelij Episcopi Audomaropolitani, vnâ *cum libro de Sacramentis*, Grimoaldi Benedictini Abbatis, & alibi.

Orationes pias, quarum vna legitur *in Sacerdotali Pij V. Pont. Max.* incip. *Facturus memoriam ante communionem*, &c. Aliæ prodierunt separatim Venetiis 1594. in 12. apud Iuntas, in officio Benedictino B. Mariæ. incipiunt, *O Domine Iesu Christe*, &c.

Dialogorum libros 4. Parisiis 1499. Venetiis 1561. Ingolstadij Græcè 1604. *tom.* 3. *Antiquarum lectionum*, V. Cl. Henrici Canisij, & alibi. Eos à Latino in Græcum fecit *S. Zacharias Papa*, quos etiam in lucem emisit *Fronto Ducæus Burdegalensis*, *Theologus S. I.* vnà *cum Gregorij vita*. Variis itidem linguis prodierunt Anglicè *studio Alfredi Regis*. Saxonicè *VVerefredi Episcopi VVigorniæ*, *& Philippi Vilodunardi Presbyteri*, Germanicè *Adami VValasseri* Dilingæ 1471. *& Baltasaris Ostouimi S. I. Bohemi* 1602. in 8. Gallicè Parisiis 1601. in 12. postea 1624. in 8. *cum notis Simonis Milleti Benedictini*. In hos Dialogos scripsit Alfricus Archiepiscopus 26. Cantuarienſis, & Thomas Colbius, Carmelita, Episcopus, tabulas, referente Pitseo. Extant MSS. in Vaticano Græcè & Latinè. Viennæ in Biblioth. Cæsarea Gr. & Lat. Pathmos Insulæ, in mari Ægeo Gr. Augustæ Vindel. Gr. Hildebergæ Gr. Romæ, in illa S. Mariæ in Vallicella Gr. in Sfortians Lat. in Carmelitana Semurienſi in 4. Lat. in Cælestina Auenionenſi in fol. Lat. Patauij Oxoniæ, Cantabrigiæ, &c. Præfatio quarti libri præfixa est operis initio in Canticum Canticorum Richardi à S. Victore, Parisiis in nostra Maubertina, Florentiæ in Medicea pluteo 17.

Responsiones ad vndecim interrogationes S. Augustini Anglorum Apostoli. Leguntur in editione Parisienſi Niuelliana, & in altera Iouerianæ.

Regiſtrum, seu *Exceptiones*, vel *libros* 10. *al.* 12. *al.* 13. *al.* 14. *al.* & 15. *Epistolarum*. Prodierunt Francofurti *cum notis*, & Romæ 1591. *cum Margarita Decretalium*, & alibi. Iis indiculum adiunxit *Antonius Caraffa S. R. E. Cardinalis eruditissimus*. Extant MSS. Romæ in Biblioth. Vaticani & S. Cæciliæ; Patauij in illa S. Ioannis de Viridario, Oxoniæ Collegij noui *volum.* 177.

lum 177. & omnium animarum *vol.*27. Orialæ *vol.*64. Cantabrigiæ in publica *vol.*34. 35. & 121. etiam in illa Lunleiana *volum.*119. Eius Epistolæ ad Reges Francorum, Reginas, Patricios, Episcopos, & alios illustres in Gallia viros extant *in Appendice* 11. *ad tomum* 1. *Historiæ Francorum*, ab Andrea Duchesnio Geographo Regio Parisiis, typis Sebastiani Cramoysi Typographi Regij anno 1636. in fol. Latinè, editæ.

Epistolam ad Monachos Lerinenses de vita S. Honorati Episcopi Arelatensis inc. *Si vera est propositio*, &c. Prodiit Venetiis 1501. apud Iuntas. Non censetur inter legitimas S. Gregorij Epistolas, vt innuit Posseuinus *in Apparatu Sacro v. G.*

Epistolam alteram ad Marianum ex Vrsiana Bibliotheca depromptam; sub nomine Gregorij Magni prodiisse compertum habemus ex Hieronymo Rubeo Rauennate *lib.*4. *hist. Rauenn.* Sed ob commentitia in ea reperta non censetur Gregorij, vt egregiè annotarunt Cardinalis Baronius *tom.*8. *Annal. ann.* 595. & Posseuinus *in Apparatu Sacro v. G.*

Confessionem Gregorianam *libris* 4. *digestam*; quibus ostenditur, quid Gregorius Magnus ante annos plus minus mille de controuersis hodie fidei articulis senserit. Coloniæ apud Arnoldum Quentelium 1597. 8. & 1605. studio *Theodori Petrei Campensis, Carthusiani litteratissimi.*

S. Gregorij Papæ Symbolum MS. Florentiæ in Bibliotheca Medicea *pluteo* 18.

Concilia 4. Romana & Decreta S. Gregorij, tempore Mauricij, Tiberij & Theodosij Augustorum *tom.* 4. *Concil. cum Notis Seuerini Binij.* In eius Registro *lib.* 4. *cap.*88. In editionibus Niuelliana 1571. & Romana 1588. & 1593. *tom.*5. *operum*, & alibi.

De Tabulis Donariorum Marmoreis Romæ à B. Gregorio Sanctis Apostolis Petro & Paulo dicatis, librum edidit Angelus Rocca Romæ 1597. fol. typis Vaticanis.

Flores D. Gregorij Papæ cognomento Magni, ex omnibus eius operibus iam recèns summo studio & labore selectos, Huberto Scutteputæo Canonico Regulari in Monasterio Bethleemitano extra muros Louanienses, Concionatore Regio,

Parisiis

Parisiis 1571. in editione Niuelliana ad calcem operum & 1572. in 16. Extant MSS. Patauij in Bibliothecis S. Ioannis de Viridario & Patrum Augustinianorum in 4

De Conflictu vitiorum & virtutum, aliis *Animarum librum* 1. à nonnullis falsò tribuitur S. Leoni I. Papæ, S. Ambrosio, & S. Augustino. Cuius mentio habetur *Dialogo* 8. Ioannis Bertelsij Abbatis Luxemburgensis in Regulam S. Benedicti, & apud alios quamplurimos sub nomine Gregorij I. Extat MS. Mantuæ in Bibliotheca Benedictiniana, Patauij in illa S. Iustinæ sub titulo *de Conflictu animarum* in 4. Semuri apud Carmelitas *sub S. Ambrosij nomine* in 4. Oxoniæ *sub S. Augustini* in Biblioth. Magdal. *vol.* 33. Cantabrigiæ in publica *vol.* 12. San Petrana *vol.* 176. & 191. Collegij Caij 147. 210. & 255. Lunleiana 107. Gualteri Copi *vol.* 101. sub nomine *Leonis Papæ Primi.*

Meditatio S. Gregorij Magni, dicitur asseruari Cantabrigiæ MS. in Collegio Caij *vol.* 67.

Compendium Theologicum ex operibus Gregorij confectum habetur MS. in Bibliotheca Bodleiana *vol.* 6. & 7.

Opuscula Gregorij Lugduni 1516. Venetiis 1571. in 8.

Omnia opera verò S. Gregorij variis in Topographiis prodiêre. Nempe Basileæ 1553. 1551. apud Frobenium cum Indice Vlrici Coccij 1564. fol. Parisiis 1523. 1571. 1586. apud Sebastianum Niuellium fol. 1605. apud Societatem in median. fol. sex tomis distributa, & 1619. Lugduni apud Claudium Cheuallonium 1523. Venetiis 1583. Antuerpiæ apud Christoph. Plantinianum iussu Sixti V. Pont. Max. 1572. fol. postea 1615. apud Ioannem Keerbergium, item apud Petrum & Ioan. Belleros Fratres, Romæ 1588. & 1593.

Nonnulli viri clarissimi in hæc opera scripserunt, quorum hîc damus Catalogum, vt reperire potuimus. In primis

S. Paterius D. Gregorij discipulus, Episcopus Brixiensis ex omnibus eius scriptis, *libros 3. explanationum in varios vtriusque Testamenti locos contraxit.* Prodierunt Romæ 1590. cum Gregorij operibus, vidi MSS. in Bibliotheca nostra Carmelitana Semurienſi in Ducatu Burgundiæ in perg. fol.

Guernerus Parisiensis digessit *libros* 16. *de Allegoricis typis nominum*

nominum ac rerum omnium, quæ in sacris litteris continentur. Parisiis 1518. apud Petrum Gomorscium.

Eustachius Lensius, Belga, Abbas Valis-Serenæ Ordinis Præmonstratensis confecit ex operibus D. Gregorij *librum de significationibus nominum & qualitatibus rerum*, ex Bibliotheca Præmonstratensi Ioannis Pagæi, aliàs le Paige, Doctoris Sorbonici. Extat MS. apud Monachos Viconienses *ex Athenis Belgicis*, Cl. V. Franciſci Sweertij.

Nicolaus Mutius, Venetus, Franciscanus, composuit opus per materias, siue locos dispositum in opera S. Gregorij Magni, teste Possevino *in Apparatu Sacro v. N.*

Angelus Rocca scripsit *Interpretationem obscurarum vocum*, quæ apud S. Gregorium Magnum, præsertim verò in Regiſtro Epistolarum leguntur ex Thoma Gratiano.

Anonymus quidam ex Moralium libris, *Contemplationum libros sex confecit*, incip. *Cùm sacri fontis*, &c.

Richardus Conyngton, Anglus Monachus, scripsit *librum in Quadrageſimale S. Gregorij.*

Andreas Monachus Græcus finxit S. Gregorium Græcas homilias scripsisse, sed perperam, vt colligitur *ex eiusdem Epistola* ad Eusebium Episcopum Thessalonicensem.

Vlricus Coccius scripsit *Indicem & præfationem in opera D. Gregorij*, Basileæ 1551. Typis Febronianis excusa.

De Liturgia Gregorij Dialogi, vide quid dicemus inferiùs in Gregorio secundo.

Moritur Romæ anno 604. die 12. Martij, sepelitur primò in extrema Ecclesiæ Vaticana S. Petri porticu, cum sequenti Epitaphio.

Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum,
Reddere quod valeas, viuificante Deo.
Spiritus astra petit, lethi nil viranocebunt,
Cui vita alterius mors magis illa via est.
Pontificis summi hoc clauduntur membra sepulchro,
Qui innumeris vixit semper vbique bonis.
Esuriem dapibus superauit, frigora veste,
Atque animas monitis texit ab hoste sacris.

Imple

Implebátque actu, quicquid sermone docebat,
Esset vt exemplum, mystica verba loqui.
Anglos ad Christum vertit pietate magistra
Acquirere fidei agmina gente noua.
Hic labor, hoc studium, hæc tibi cura, hoc Pastor agebas,
Vt Domino offerres plurima lucra gregis.
Hísque Dei consul factus lætare triumphis,
Nam mercedem operum iam sine fine tenes.

Sedit Beatæ memoriæ Sanctissimus Gregorius Papa annos 13. menses 6. dies 8. Obiit 4. Idus Martij Indictione 7. anno Dominicæ Natiuitatis D C I I I.

Apud Petrum Manlium in veteribus monumentis Basilicæ Vaticanæ post Epitaphium sepulchro S. Gregorij inditum, hæc de tempore sedis eius, & obitus addita leguntur.

Hic requiescit Gregorius Papa, qui sedit annos tredecim, menses sex, dies decem, depositus quarto Idus Martij.

Deinde transfertur à Vaticano in Monasterium S. Andreæ, nunc S. Gregorij Ordinis Camaldulensis, & sub B. Andreæ Apostoli altari collocatur.

Omnia Martyrologia eum commemorant eodem die.

Præter Auctores, qui de vitis Sanctorum & Romanorum Pontificum scripserunt, consulendi sunt Paulus Monachus, seu Diaconus, & Ioannes Diaconus, ambo Cassinenses, Alfredus Angliæ Rex, Metaphrastes, Beda, Gregorius Turonensis, Ioannes Liziardus, Baptista Mantuanus, Arnoldus Vuion, Gregorius Polydorus, Gregorius Presbyter, Ioannes Roberti, Christophorus Varseuicius, Antonius Gallonius, Constantinus Bellotus, Innocentius III. Papa, Constantinus Caietanus, Fabius Lernida, Iacobus Accarisius, Callya Cation, Henricus Vanden-zype, Thomas de Trusillo, Ioannes Fridericus, & Ioannes Guilielmus Saxoniæ Principes & Fratres, Anonymus Gallus, Angelus Rocca Episcopus Tagastrinus, Andreas Hoyus, Fronto Ducæus, Gaspar de Simernibus, Iacobus Locher, Carolus Sigonius.

De S. Gregorij scriptis testimonia perhibent Leo Ostiensis *in Chron. Cassin.* Raymundus Iordanus Abbas Cellensis, vsque in hunc diem Idiota vocatus, *in oculo mystico* Lugduni

ni 1641. edito, opera Theophili Raynaudi S. I. Theologi; Venerabilis Beda, S. Ildephonsus *de Ill. viris cap.* 2. S. Isidorus *ibid. cap.* 27. Sigebertus 41. & 43. Trithenius, Arnoldus Vuion, Franciscus Vanares, Ioannes Duraclusius, Ioannes Driedo, Genebrardus Coccius, Bellarminus, Possevinus, Gesnerus, Andreas Schottus, Molanus, Carbo, Iustinianus, Sixtus Senensis, Photius, *Cod.* 252. Angeli Roccæ Bibliotheca Theologica, Gesnerus, Vincentius Bellouacensis *in speculo hist.* S. Antoninus *in Chron.* Ado Viennensis *ibid.* Petrus Sanjulianus, Balleuræus Decanus Cabilonensis *in Syagrio Augustodunensi*, Vincentius Barralius *in Chronol. Lirinensi pag.* 94. 95. & 96. & alij quamplurimi, quos breuitatis causa omittimus, præsertim omnes, qui Epistolas Gregorio nostro scripserunt, etiam Nicolaus I. Papa, V Valafridus Strabo, Innocentius III. *in Homilijs de S. Gregorio I.*

S. GREGORIVS II. Romanus, Benedictinus, Papa 91. anno Domini 714. die 21. Maij creatus, & 22. eiusdem mensis consecratus Romæ, scripsit

Epistolas varias, quarum sedecim annotarunt Nicolaus Serrarius, & Seuerinus Binius *tom.* 5. *Concil.* ex Codice rerum Venetarum Andreæ Danduli Ducis Veneti partim desumptas, & *tom.* 9. *Annal.* Baronij ann. 726. Duæ eius Epistolæ ad Leonem Isaurum, vel Iconomachum asseruantur MSS. Græcè in Biblioth. Heildebergæ, & in illa Cardinalis Lotharingiæ, quas deprompsit & latinas fecit Fronto Ducæus S. I. Theologus.

Capitulare Gregorij II. datum Martiniano Episcopo, Georgio Presbytero, &c. in Bauariam ablegatis, legitur etiam *tom.* 5. *Concil.* Binij ex Codice MS. membranaceo vetustissimo monasterij Veingarcensis, & ab eruditissimo Marco Velsero D. V. Augustano communicato. Extat MS. in Biblioth. Bodleiana, vt *ex librorum indice* edito, colligo.

Liturgiam etiam composuisse fertur. Extabat Græcè Constantinopoli in Bibliotheca Patriarchali, vnâ *cum Liturgijs* SS. Basilij Magni & Ioannis Chrysostomi, teste Antonio Verdero Nobili Gallo Bibliothecario; eam ex Arabico in Latinum vertit Victorius Scialac Arculensis Maronita; sed an hæc

Liturgia

Liturgia sit istius, vel alterius Gregorij, nihil certi habeo.

Eius *Decreta* & Concilia extant *tom. 5. Concil.* cum Notis Binij,& Frontonis Ducæi S.I.

Ioannes à Bosco Abbas *in Bibliotheca sua Floriacensi* refert Gregorij II. Epistolam ad Austrobertum Archiepiscopum Viennensem, sicuti & Ioannes Lieuræus *in Antiquitatibus suis Viennensibus pag* 181. Sed Iacobus Seuertius in eodem Austroberto,dubitat,hanc epistolam esse Gregorij Tertij, & non Secundi. Tamen multi auctores fide digni legitimam Gregorij II.comprobant. Gregorio scripsit epistolam Synodalem Ioannes Episcopus Constantinopolitanus, hæreticus, quæ ab eodem Pontifice reiicitur, ex Anastasio, & Baronio ann.714.

E vita decessit Romæ anno 731. die 11. Februarij: sepultus est in Basilica Vaticana B.Petri Apostoli. Sedit annos 16. menses 9.& dies 20. Vacat Sedes dies 5.

Martyrologia S.R.E. Arnoldi Vuionis, & Hugonis Maynardi eodem die,eius sanctitatis laudes celebrant.

Præter Anastasium Bibliothecarium, & alios *de Rom. Pont. vitis*,consule Gregorium Polydorum *in suo Gregoriano.*

De Epistolis Gregorij II. loquuntur Adrianus I. Papa *in epist.ad Carolum Magnum*, Theophanes *in sua historia*, Cedrenus *ibid.*Ioannes Zonaras *in Annal.* Aribo Episcopus Frisingensis *in vita S.Corbiniani Episcopi eius prædecessoris*, Paulus Diaconus *l.6.c.5.hist.Lombard.*Auctor S.Bonifacij Archiepiscopi 41. Moguntini apud Surium. Concilium II. Nicænum *act.*4.Sigebertus *in Catal.*Trithemius *ibid.* Bellarminus *ibid.*Possevinus,Coccius, Genebrardus, Gualterus, Leo IX. Papa *epist.2. ad Episcopos Venetiæ, & Istriæ.* Petrus de Marca *lib.2.cap.1.de concordia Sacerdotij & Imperij.* Bibliotheca Gesneri. Alphonsus Ciaconius *in Gregorio II.* Andreas Victorellus *in addit.ad vitam Gregorij.*

S. GREGORIVS III. natione Syrus, Benedictinus, Papa 92. anno 731. die 16. Februarij creatus, & 15. Martij consecratus,scripsit

Commonitorium ad Leonem & Constantinum Imperatores, lib.1.

Ad eosdem iterum librum 1.

Contra eosdem etiam lib. 1.

Excerptum eiusdem ex Patrum dictis, Canonúmque sententiis de diuersis criminibus, & remediis eorum, habetur *tom. 2. Bibl. Patr.* edit. secund. & *tom. 6.* edit. 3. & 4. Reperitur etiam *tom. 6. Concil. General. & prouincial.* Binij.

Epistolas varias, quarum septem leguntur *tom. 5. Concil.* quinque dumtaxat *in collectione* Francisci Iouerij, & *tom. 2. Epistolarum Decretalium*, Romæ 1591. excuso. Consule etiam *Collectionem* Iacobi Gretseri S. I. Ingolstadij apud Andream Angermarium 1613. editam. vna eius Epistola ad Vrsum Venetorum Ducem legitur apud Sabellicum *Ennead. 8. lib. 7.*

Concilia à nostro Gregorio Romæ celebrata extant *tom. 5. Concil.* cum Notis Seuerini Binij.

Eius aliquot *sermones & orationes*, excusæ sunt in Italia, si credimus Simlero hæretico.

Sancto fine quieuit Romæ anno 741. die 28. Nouembris, sepultus est in Basilica Vaticana S. Petri Apostoli. Sedit annos 10. mens. 9. dies 12. Vacat Sedes dies 8.

Omnia Martyrologia vt suprà eum commemorant eodem die, etiam Gallicanum.

De rebus gestis consule Petrum de Natalibus *l. 12. cap. 118.* Gregorium Polydorum *in Gregoriano*, & alios *vitarum Pontificiarum*, scriptores.

Scripta Gregorij III. memorantur à S. Bonifacio *in Epist. ad Gregor.* S. Vvilibaldo Anglo, vel Scoto, Episcopo Eistetensi *ibid.* & *in vita S. Bonifacij.* Valpulga Angla *in vita S. Vvilibaldi eius fratris*, Trithemio, Possevino, Gualtero, Sigeberto, Coccio, Ciaconio, Platinâ, Genebrardo, vbi dicitur, Græcè & Latinè doctus, omnes Psalmos memoriter tenebat, Hadriano I. *in Epistola ad Constantinum Imperatorem.* Petro Cottone *l. 2. Institut. Cathol. cap. 13.* Barbosa *super Decretum.* Bibliotheca Gesneriana, Andrea Victorello *addit. ad vitam Gregorij III.*

Gregorius IV. Romanus, Papa 103. anno 827. die 24. Septembris creatus, Ciaconio die 16. Ianuarij creatus anno 828. scripsit

Epistolas

Epistolas varias ex Adamo Bremensi Chronographo *l.* 1. *cap.* 17. Alberto Crantzio *in sua Metropoli.* Baronio *tom.* 9. *Annal. ann.* 839. *num.* 2. *& seqq.* Binio *tom.* 6. *Concil.* & Duchesnio *in vita Gregorij IV.*

Decreta Gregorij habes apud Gratianum, Burchardum, Iuonem & alios Canonum Collectores.

Mortuus est Romæ anno 843. sepultus est in Basilica Vaticana B. Petri Apostoli, cum sequenti Epitaphio, sibi & Bonifacio IV. communi, à Bonifacio VIII. Papa, posito.

Gregorius quartus iacet hîc, Bonifacius almus
Huius qui sedit fuit æquus rector, & ædis,
Tempore, qui Phocæ cernens templum fore Romæ
Delubra cunctorum fuerunt quæ dæmoniorum:
Hoc expurgauit, Sanctis, cunctisque dicauit,
Eius natalia sollemnia qui celebratis,
Primis Septembris fert hæc lux quarta Kalendis,
Octauus titulo hoc Bonifacius ossa reperta
Hac locat erecta Bonifacij nominis ara.

De eius Encomiis, *Epigramma* scripsit Rabanus Maurus præter auctores *de vitis Pontificijs*, & Gregorius Polydorus.

Eius Epistolæ celebrantur *in Annalibus Francorum*, Thesauro Coccij, Gallia Christiana Claudij Roberti *in Aldrico Episcopo* 22. *Cenomanensi.* Item à Spondano, Camusio, Coriolano, & aliis in Gregorio.

GREGORIVS V. antea Bruno dictus, Saxo Germanus, patriâ Vangianus, Papa 140. Ciaconio 143. anno Domini 995. die 16. Iunij Romæ creatus, scripsisse coniicio.

Epistolas varias, præsertim ad S. Abbonem Abbatem Floriacensem, qui ad Gregorium multas scripsit Epistolas, teste Antonio Possevino *in Appendice ad tomum* 1. *Apparatus sacri, v. Abbo.*

Obiit Romæ anno Christi 998. die 18. Februarij, sepultus ad S. Petrum in Vaticano iuxta S. Gregorij corpus, prope altare S. Andreæ, hoc cum Epitaphio.

Hic, quem tegit humus, oculis, vultúque decorum,
Papa fuit Quintus, nomine Gregorius.

Ante tamen Bruno, Francorum regia proles,
Filius Othonis, de genitrice Iudith.
Lingua Teutonicus, Vangia doctus in vrbe,
Sed iuuenis cathedram sedit Apostolicam.
Ad binos annos, & menses circiter octo,
Ter senos Februo connumerante dies.
Pauperibus diues, per singula Sabbatha vestes
Diuisit, numero cautus Apostolico.
Vsus Francisca, vulgari & voce Latina
Instituit populos eloquio triplici.
Tertius Otho sibi Petri commisit ouile,
Cognatis manibus, vnctus in Imperium.
Exuit & postquam terrenæ vincula carnis
Æquinoci dextro substituit lateri.

Decessit XII. Kalen. Martij.

De vita & rebus gestis præter auctores *de vitis Romanorum Pontificum*, consule Gregorium Polydorum *in suo Gregoriano*, Ioannem Riuadellum, & S. Laurentium, Scotum.

GREGORIVS VI. antea Ioannes Gratianus nuncupatus, Romanus, Papa 148. anno 1044. die 1. Maij creatus, scripsit

Epistolas, quæ tamen interierunt, præter vnam ad S. Odilonem Abbatem 5. Cluniacensem, quam possidebat Andreas Ducheſnius, vt colligo *ex Gregorij vita.*

Moritur exul in Germania anno 1046. ibidémque sepelitur. Sedit annos 2. menses 8.

De Gregorij vita, Gregorius Polydorus *in suo Gregoriano*, & Hermannus Contractus, Leo Ostiensis *Historiæ Cassinensis lib.* 11. *cap.* 80. *&* 82. Otho Frisingensis Episcopus in Historiarum suarum *lib.* 6o. *cap.* 32. *&* 33. Martinus Polonus, Baptista Platina, Onuphrius, Binius, Baronius, Ciaconius, Massonus & alij *de vitis Romanorum Pontificum.*

GREGORIVS VII. antea Hildebrandus, Comes Petilianus & Soanensis, natione Tuscus, Papa 156. anno 1073. die 12. al. 22. Aprilis creatus, scripsit

Epistolarum libros nouem. Leguntur *tom.* 7. *Conciliorum*, Seuerini

Seuerini Binij cum appendice trium Epistolarum. Nouem legi inter Epistolas S. Anselmi apud Laurentium Durand 1630. fol. editas, studio Theophili Raynaudi Theologi eximij S.I. Extant MSS. in Vaticano, & alibi.

Decem eius Concilia Romana *tom. 7. Concil.* cum Notis Binianis *à pag. 465. ad 493.*

Moritur in Monte Cassino Laërtio Cherubino Salerni anno 1085. die 24. Maij; ibidémque sepelitur intra Basilicam S. Apostoli & Euangelistæ Matthæi, quam paulò ante obitum diuino cultui consecrauerat. Eius corpus postea anno 1573. quæsitum, fermè incorruptum, repertum est, & pontificalibus insignibus ornatum tumulo hoc Epitaphium M. Antonius Columna, Marsilius Bononiensis, Archiepiscopus Salernitanus addendum curauit.

Gregorio VII. Soanensi Pont. Opt. Max. Ecclesiasticæ libertatis vindici acerrimo, assertori constantissimo, qui dum Rom. Pontificis auctoritatem aduersus Henrici perfidiam strenuè tuetur, Salerni sanctè decubuit, anno D. 1085. 8. Kal. Iunij. Marcus Antonius Columna, Marsilius Bononiensis, Archiepiscopus Salernitanus, cùm illius corpus, quingentos circiter annos, sacris amictum, ac ferè integrum reperisset, ne tanti Pontificis sepulchrum diutius memoria careret. Gregorio XIII. Bononiense sedente, anno Domini 1578. *pridie Kalendas Quintilis.* Sedit annos 12. mens. 1. & dies 3. Vacat Sedes annum 1. & dies 15.

Eius sanctitas veneratur *in Martyrologio Romano*, & *in Topographia Sanctorum Ferrarij.*

De laudibus Gregorij VII. in particulari scripserunt Paulus Bernrietensis, Stephanus Herrandus, Gregorius Polydorus, Lambertus Gerochus Reicherspergensis, Bernardus *in Apolog.* Gabriel Naudæus *ibid.* Insipidè verò Benno Anti-Cardinalis, Anselmus Cardinalis, Andreas Saussaius, Historia *Gregorij VII. & Henrici IV.* Sigebertus, VValtramus, Jacobus Gretserus S.I. Nicolaus Sanderus *de visibili Ecclesiæ Monarchia.*

De scriptis Victor Papa III. *lib. 3. dialog.* Petrus Cardinalis Damianus *in Epist* S. Antoninus *in Chron* Lambertus Schaffnaburgensis *ibid.* Leo Ostiensis *ibid.* Marianus Scotus *ibid.*

Bertholdus Constantiensis *ibid.* Nauclerus *ibid.* Longinus *ibid.* Gotfridus Viterbiensis *ibid.* Trithemius *ibid.* Vincentius Bellouacensis *l.* 22. *cap.* 44. Sigonius *de Regno Italiæ.* Otho Frisingensis *l.* 6. *cap.* 32. Bernardus Corbiensis, Flauius Blondus, Genebrardus, V. Vernerus Episcopus Vercellensis *lib. de discordia regni & Sacerdotij.* Crantzius in sua Metropoli *l.* 5. *c.* 20. Sabellicus *Ænead.* 9. *l.* 3. Tyrius *l.* 1. *cap.* 13. Conradus Abbas Vrspergensis *in Chron.* Sigebertus *ibid.* Ioannes Micrologus *de Ecclesiasticis obseruationibus, cap.* 14. Domniso Presbyter *in vita Mathildis Comitissæ.* Baronius *ann.* 1073. & 1085. Bellarminus, Coccius, Possevinus, Rupipozæus, Iacobus Castellanus, Taruisinus *in compendio Constitutionum Pontificiarum à Gregorio VII. vsque ad Clementem VIII.* Collectio Constitutionum Litterarumve Pontificiarum à Gregorio VII. ad Gregorium XIII. Romæ apud hæredes Antonij Bladij 1579. in fol. & alij quãplurimi, quos consulere poterit curiosus Lector.

GREGORIVS VIII. antea Albertus de Mora, al. de Spinachio, Beneuentanus, Ord. S. Benedicti Papa 172. ann. 1187. die 21. Octobris Ferrariæ creatus, & 25. ibidem coronatus, scripsit

Epistolas varias. Quædam leguntur *tom.* 7. *Concil.* Binij in Gregorio, & *in Appendice* ad Concilium III. Lateranense OEcunemicum; & *tom.* 12. *Annal. Baronij ann.* 1187. huic scripsit Epistolas S. Ioannes Episcopus San-Andreanus.

Eius quædam gesta, ac monumenta Græco-Latinè cum scholiis edidit Gerardus Vossius.

Obiit Pisiæ anno 1187. die 16. Decembris: sepultus in Cathedrali. Sedit mensem 1. & dies 27. Vacat Sedes dies 21.

Gregorius Polydorus eius res gestas prosequutus est *in suo Gregoriano*, præter Auctores Pontificios.

De Gregorij Epistolis Guilielmus Neubrigensis, Rogerius Houedenus *in Annal.* Ducheснius *in eius vita.* Martinus Polonus *ibid.* Platina *ibid.* Alphonsus Ciaconius *ibid.*

GREGORIVS IX. antea Hugolinus, Comes Signinus, natione Hernicus, patriâ Anagninus, Papa 177. anno 1227. die 20. Martij creatus, & 28. ad S. Petrum in Vaticano coronatus, scripsit

Decre

Decretales Epistolas. Prodierunt cum Glossis Venetiis 1591. in 4. Parisiis 1541. & 1601. fol. Basileæ apud Ioan. Amerbachium & Frobenium 1511. quarum septē volumina in Vaticano asseruantur, teste Rupipozæo Cardinalium Nomenclatore, etiam asserente post alios quamplurimos nostrum Gregorium Epistolas suas Decretales adunasse, & quinque libris digessisse, ope S. Raymundi de Penna forti, Barchinonensis Prior Generalis 3. Ordinis Prædicatorum; quædam harum prodierunt separatim Græcè & Latinè, scholiis Illustratæ studio Gerardi Vossij, & *tom.* 7. *Concil.* Binij. Asseruantur MSS. cum Commentariis in Bibliotheca Sfortiana in Classe Iurisconsultorum *num.* 2. *membr.* 4.

At verò opera Gregorij, *cum Iacobi Pamelij notationibus,* prodiêre Antuerpiæ apud viduam & hæredes Ioannis Stelsij anno 1572.

Eius constitutio *pro Benedictinis*, prodiit Parisiis 1619. in 8. apud Iacobum le Messier.

Obiit Romæ anno 1241. die 22. Augusti, sepultus in Basilica Vaticana S. Petri Apostoli. Sedit annos 14. menses 4. & dies 26. Vacat Sedes dies 30.

De rebus gestis Gregorij IX. Gregorius Polydorus *in Gregoriano.* Augustinus Barbosa *tom.* 1. *Collectaneorum in vniuersum ius Pontificium*, Gerardus Vossius, Anonymus Coætaneus M S. in Vaticano, Alter *de rebus Siculis*, Auctor *Compendij Historiæ Neapolitanæ.*

De scriptis Gregorij est mentio apud Matthæum Paris, Abbatem Stadensem, Apparatum sacrum Posseuini *v. G.* Bzouium, Genebrardum, Gualterum *sæc.* 13. *col.* 5. Thesaurum Coccij, Lucam VVadingum in Registro Pontificio *tom.* 1. *Annal. Minorum*, Claudium Hemeræum Doctorem Sorbonicum *lib. de Academia Parisiensi cap.* 7. & 8. Ciaconium *in Gregorio*, Platinam *ibid.* Carolum Sigonium *de Regno Italiæ, lib.* 17. Andream Victorellum *addit. ad Ciaconium in Gregorio*, Iacobum Gretserum *cap.* 54. *exam. Myst. Plessæani*, Ioannem Pagæum *lib.* 3. *Bibliothecæ Præmonstratensis.*

S. GREGORIVS X. antea Theobaldus, aliis Thealdus, Vice-comes Placentinus, Lombardus, Papa 183. anno 1271. die 1.

die 1. Septembris absens creatus Viterbij, & Romæ in Basilica Vaticana die 27. Martij 1272. coronatus, scripsit

Dialogum inter Saulum & Paulum. Extat M S. in Bibliotheca Varmiensi.

Orationem pro concordia inter Guelphos & Gibelinos.

Epistolas ad diuersos, quarum Registrum asseruatur M S. in Bibliotheca Vaticana; & illa ad Regem Armenorum in Bibliotheca Cardinalis Sirleti. Vide *tomum 7. Concil.* Binij, vbi etiam eius Concilium Generale Lugdunense.

Eius *Constitutiones* tandem Ecclesiasticæ asseruantur *cum Glossis* Domini Garsiæ IC. & Canonici Professoris, in Bibliotheca Patauina S. Ioannis de Viridario apud Canonicos Lateranenses, vnà *cum constitutionibus* Pontificum Nicolai. Clementis, & Vrbani MSS. ex Bibliothecis Patauinis, Iacobi Philippi Thomasini, & Cantabrigiæ in illa aulæ Peubrochianæ *vol.* 217. *num.* 5. Leguntur *lib.* 6. *Decretalium.*

Ad Cælos euolauit Aretij in Tuscia anno 1276. die 10. Ianuarij. Ibidémque sepultus est in Ecclesia Cathedrali, clarus miraculis. Sedit annos 4. menses 4. dies 10. Vacat Sedes dies 11.

De rebus gestis Gregorij X. præter auctores communes Pontificios, legendi sunt Gregorius Polydorus, Petrus Kyntirus, Petrus Maria Campus, Andreas Saussayus, Ioannes Columna, Theodoricus à Niem, Ptolomæus Lucensis, Martinus Polonus, Marinus de Ebulo, Anonymus. MS.

Eius scripta memorantur à S. Antonino *in Chron.* Matthæo VVestmonasterienſi, Vincentio Bellouacensi, Rupipozæo Cardinalium Nomenclatore, Thesauro Coccij, Luca VVadingo *in Annal.* Trithemio *in Chron. Hisaurg.* Flauio Blondo *decad. 2. l. 8.* Eberhardo Ratisbonensis Ecclesiæ Archidiacono *in Annal.* Guiliel Paradino in hist. Lugd. Claudio Rubizio *ibid.* Ioanne Chappeauilleo *tom. 2. cap. 9. de gestis Episcoporum Leodiensium*, Emanuele Roderico *in Bullario*, Chronico Montisfortis, Antonio Possenino *in Apparatu sacro*, Andrea Victorello *addit. ad Ciaconium*, Ioanne Pagæo *lib. 3. Bibliothecæ Præmonstratensis.*

GREGORIO XI. antea Petrus Rogerius de Bello-forte, *de Beaufort*

Beaufort vocatus, Lemouicensis, Aquitanus, Papa 200. anno 1370. die 30. Decembris Auenione creatus, & die 15. Ianuarij 1371. coronatus, scripsit

Epistolas & Constitutiones Ecclesiasticas nonnullas, quarum quinque refert Thomas V Valsinghamus, Emanuel Rodericus 4. Confettius verò 7. Tres eius Collectiones legi in Collectione Romæ 1579. edita. Ei scripsit S. Catharina Senensis Dominicana, Epistolas varias. Quædam Epistolæ Gregorij extant MSS. in Vaticano, & in Bibliotheca Cardinalis Iustiniani.

Moritur Romæ anno 1378. die 27. Martij, sepelitur in Ecclesia S. Mariæ in via noua, cum sepulchro marmoreo à S. P. Q. R. in eius memoriam ordinato, cum sequenti Epitaphio maiusculis scripto, sic à nobis collecto.

Christi Saluti.

Gregorio XI. Lemouicensi, humanitate & doctrina, pietateque admirabili, qui vt Italiæ seditionibus laboranti mederetur, Sedem Pontificiam Auenionem diu translatam, diuino afflatus numine, hominúmque maximo plausu post annos 70. Romam feliciter reduxit, Pontificatus sui anno 7. S. P. Q. R. tantæ Religionis & beneficij non immemor, Greg. XIII. Pont. Opt. Max. comprobante, anno ab Orbe redempto MDLXXXIV. Obyt anno MCCCLXXVIII. Kalend. Aprilis circiter secundam noctis horam Pont. sui anno 7. mens. 2. dies 30.

Eius res præclarè gestas scripsêre Franciscus Bosquetus à Secretis Consiliis Regis Christianissimi, Iosephus Maria Suarez, Symphorianus Champerius, Petrus Frizon, Gregorius Polydorus, Petrus Amelius Augustinianus, Anonymus, Ægidius Romanus, Cardinalis.

De eius scriptis Coccius *in Thesauro Catholico*. Bzouius *in Annalibus*, Collectores *Bullarum & Constitutionum Ecclesiasticarum*. S. Catharina Senensis, Dominicana, ei scripsit *Epistolas*, Ciaconius *in eius vita*, Andreas Victorellus *ibid. & addit. ad vitam Nicolai V.*

GREGORIVS XII. antea *Angelus Corarius* nuncupatus,

Venetus, Papa 204. anno 1406. die 30. Nouembris, creatus, & die 5. vel 19. Decembris coronatus, scripsit ad Petrum de Zuna Pseudo-pontificem,

Epistolas MSS. in Vaticano, quarum aliquot habent Theodoricus à Niem *l. 2. & 3.* & Binius *tom. 7. Concil.* cum eius Concilio Aquileiensi, notis Binianis illustrato, Lucas VVadingus *tom. 5. Annal. Minorum.*

Moritur Recaneti, post voluntariam demissionem in Concilio Constantiensi 1415. die 4. Iulij factam, anno 1417. vbi eius corpus conditum fuit in Ecclesia Cathedrali cum sequenti Epitaphio.

Maximus Ecclesiæ Princeps, Summúsque Monarcha,
Ordine Gregorius bis Senus clauditur arca.
Hic pro pace datus cœlesti munere semper
Ferbuit, Æthereos superis munire decenter
Archischisma malum, facta hæc dementia Pisis,
Ipse pius releuat, facta est Constantia testis,
Cardine bis sacro Pastoris conscia sede
Marchia suscepit, Recaneti Filauius æde.
Obijt anno Domini MCCCCXVII.
Sedit annos 8. menses 7. & dies 5.

Eius vitam scriptitauit Gregorius Polydorus, Augustinianus, *in suo Gregoriano* post scriptores Pontificios.

GREGORIVS XIII. antea Hugo Boncompagnus, Bononiensis, Papa 227. anno 1572. die 5. Maij creatus, & die Pentecostes in Vaticano coronatus, scripsit

Epistolas varias ad Magnates.

Alloquium ad Cardinales in primo Consistorio habitum, illud refert Latinè Antonius Possevinus, eius quondam Orator *in Apparatu sacro v. G.*

Constitutiones varias Ecclesiasticas Lugduni 1582. 8. Florentiæ 1583 & 1586. in 4. vnà cum aliis Piorum IV. & V. Rom. Pontificum editas. Quadraginta sex etiam prodierunt Romæ 1579. fol. apud hæredes Antonij Bladij *in collectione*. Annibal Rocchus I. V. D. edidit *Tractatum visitationum ad Breue Gregorij XIII. Pont. Max. de visitandis ciuitatibus, & diœcesibus Patauina & Vincentia.* Veronæ 1590. apud Hieronymũ discipulum,

pulum, in fol. Eius declaratio super concordata nationis Germanicæ cum S. Sede Apostolica, pro ipsius Ecclesiæ vnione ac pace & tranquillitate inter eandem & nationem prædictam perpetuò confouendis inita, concluſa, & accepta. Coloniæ 1589. in 4. & 1590. Item eiusdem Bulla iuxta exemplaria, mandato Episcopi & Electoris Treuirensis proximo anno publicè edita 1586. in 4.

Sermonem vnum, qui asseruatur MS. in Bibliotheca Ducis Pisauri Italicè, teste Possevino.

Eius *Bullæ* reperiuntur *in Bullarijs* Emanuelis Roderici, Confettij & aliorum Bullarum Collectorum, præsertim *in Bullario Magno* Laertij Cherubini IC. Romæ 1638. edito.

Eius Indictio Sancti Iubilæi, prodiit Antuerpiæ apud Plantinum in 8. 1575.

Edi curauit & iussit *Corpus Iuris Canonici*, quod prodiit Romæ, Parisiis, Lugduni, Venetiis, Antuerpiæ & alibi.

Iem *Calendarium perpetuum*. Prodiit diuersis in locis *cum Apologia* Christophori Clauij Bambergensis S.I.

Moritur anno 1585. die 10. Aprilis, sepelitur in Basilica Vaticana, in Sacello Gregoriano, à se constructo. Sedit annos 12. menses 10. dies 27. Vacat Sedes dies 14.

De vita & laudibus Gregorij XIII. consulendi sunt Hilarion Costæus, Hieronymus Beroardus, Stephanus Tuccius S.I. Paulus Bombinus, Neophylus Rhodinus, Petrus Maphęus, Ciaconius, Marcus Antonius Ciappius, Horatius Tursellinus, Ioannes Petrus Maffæus, Petrus Opmerus, Costa, Hieronymus Rubeus, Leo Sanctius, Ascanius, Valentinus, Gregorius Polydorus, Antonius Possevinus, Achilles Statius, Angelus Rocca, Antonius Cicarella, Franciscus Bencius, Guilielmus Lindanus, Laurentius Frizolius, Marcus Antonius Muretus, Anonymus, MS. Annales Gregorij, Franciscus Mucantius, Folieta.

De scriptis Duchesnius *in eius vita*, Georgius Draudius *in Bibliotheca Classica*. Ioannes Clessius *ibid.* S. Carolus Borromæus *in Concilio III. Mediolanensi*. Iodocus Coccius *in Thesauro Catholico*. Antonius Verderus *in Supplemento Bibliothecæ Gesnerianæ*. Annibal Rocchus IC. *in tractatu visitationum ad*

Breue Gregorij XIII. vt suprà. Franciscus Bonauentura Hispanus, Segobiensis S.I. *in Extrauagantem Gregorij XIII.* quæ incipit: *Ascendente Domino.* Bibliotheca Gesneriana, Martinus Azpilcueta Nauarrus *in Extrauagantem Gregorij XIII.* Ioannes Pagæus *lib. 2. & 3. Bibliothecæ Præmonstratensis.* Ioannes Despruetis Abbas Præmonstratensis *Epistola ad Gregorium.*

GREGORIVS XIV. antea Nicolaus Sfrondatus Mediolanensis, Papa 230. anno 1590. die 5. Decembris creatus, & 8. in Vaticano coronatus, ante Pontificatum, teste Possevino, edidit & promulgauit,

Decreta Prouincialia variis temporibus in Diœcesanis Synodis promulgata Italico idiomate, per suum Episcopalem Vicarium Antonium Mariam Caballum anno 1584. Cremonæ apud Antonium Cauacium.

Eius *Constitutiones Ecclesiasticæ* leguntur apud Stephanum Quarantam, Iacobum Castellanum Venetiis 1605. & alios modernos. *In eius constitutionem de Immunitate Ecclesiarum* edidit *Commentariorum* libros 8. Petrus Gambacurta, qui prohibetur in edicto 3. Iulij 1623. Etiam Tussanus Berchetus Lingonensis è Gallico sermone in Latinum vertit, *Pium consilium super Gregorij XIV. Bullis*, &c. Prohibetur in Indice Romano. Item quidam Anonymus Auctor damnatus edidit *de Christianissimi Regis periculis, & notata quædam ad Sfrondatæ Pontificis Romani, litteras monitoriales*, Francofurti apud Martinum Lechlerum 1591. in 8.

Quoad Epistolas Apostolicas, seu Bullas, consule Emanuelem Rodericum Confettium & alios.

Moritur anno 1591. die 15. Octobris, sepelitur in Basilica Vaticana B. Petri Apostoli. Sedit menses 10. & dies totidem. Vacat Sedes dies 15.

De rebus gestis Gregorij XIV. Paulus Bombinus, Hilarion Costæus, Augustinus Valerius, Gregorius Polydorus, Paulus Morigia, Hieronymus Beroardus, Anton. Cicarella, Conclaue & Diaria Gregorij, Franciscus Albertonus, Franciscus Bencius, Vincentius Blasius Garcias, Nicolaus Tucius, Laurentius Beyerlinck.

GREGORIVS XV. antea Alexander Ludouisius, Bononiensis,

sis, Papa 235. anno 1621. die 9. Februarij creatus, scripsit, *Decisionum Rotæ volumina ab Oliuerio Beltramino IC. Notis illustrata, & Romæ edita Monita, egregia ad Nepotem Cardinalem.* Extant MSS. *Epistolæ variæ*, præsertim ad Clerum, ciuitatem & Diœcesim Bononiensem.

Varias Constitutiones Ecclesiasticas, quæ habẽtur *in Collectionibus.* In vnam verò de viuæ vocis oraculo reuocatione scripsit *Disputationes Commentarias*, Giuniparus à Drepano, Franciscanus, Siculus, Lugduni apud Laurentium Durand 1637. 4. & Hieronymus Ghettus, Romanus, Generalis Ord. S. Augustini *in Bullam Gregorij de summi Pontificis electione*, sicuti & Franciscus Iugolus.

Consilium Gregorij XV. Pont. Max. prodiit Lugduni Batauorum 1623. in 4. studio Louigi viri hæretici, quapropter modicæ fidei. Prohibetur *in Indice Romano.*

Quoad *Epistolas ex officio datas*, variæ leguntur apud Auctores modernos, præsertim *de Conceptione B. V. Mariæ, & de summi Pontificis electione.* vnam habet Claudius Robertus *in Catalogo Episcop. Virdunensium.*

Obiit Romæ anno 1623. die 8. Iulij, horâ sextâ pomeridianâ, sepultus est in Basilica Vaticana, in temporario sepulchro eius cadauer repositum, sed aliquando in Ecclesiam S. Ignatij Patrum Societatis Iesu in insigni sepulchro transferendum, vt ipse ante obitum decreuit.

De laudibus & rebus gestis Gregorij XV. Nicolaus Villanius, Abrahamus Bzouius, Andreas Victorellus, Hilarion Costæus, Iacobus Auzolius, Ioannes Petrus Camusius, Lucas VVadingus, Fabianus Strada, Federicus Albergatus, Franciscus Maria Turrigius, Iacobus Accarizius, Ioannes Superantius, Marcus Guadajarra, Carmelita.

De Epistolis Apostolicis Dominicus à Iesu Carmelita Excalceatus *in Actis Canonizationis S. Theresiæ*, Ioannes Pagæus *lib. 2. Bibl. Præmonstratensis.*

H.

SANCTVS HADRIANVS I. Romanus, Papa 97. anno 772. die 8. vel 9. Februarij creatus & consecratus Romæ, scripsit, instante Carolo Magno Francorum Rege & Imperatore,

Antiphonarium Ecclesiasticum. Item

Responsoriale de circulo anni.

Epistolarum Gregorij I. vtiliora quæque decerpens, tredecim libros ad duos redegit, ex Ioanne Diacono.

Ad Imperatorem Leonem & Constantinum eius filium pro venerandis Imaginibus Domini & Sanctorum eius, lib. 1.

Ad Carolum Imperatorem librum Apostolicæ auctoritatis, arguens errorem eorum, qui infirmare conabantur quædam capita, quæ secunda Nicæna Synodus promulgauerat ex auctoritate trecentorum quinquaginta Episcoporum, qui hæresim execrandam aduersùs imaginis Domini & Sanctorum eius anathematizauerat. Sic Sigebertus *in Catalogo*, & Possevinus *in Apparatu sacro v. A.* Extat *tom. 5. Conciliorum Generalium & Prouincialium* Binij.

Conciliorum volumen, vbi præfixit præfationem & Epigramma Acrostichis versibus, seu Collectionem Canonum octoginta à se elaboratam, quam dedit Ingilramno, vel Angeranno Episcopo 38. Metensi, tunc Romæ commoranti. Extat *ex versione* Dionysij Exigui.

Epistolas quamplurimas, præsertim ad Carolum Magnum quadraginta quatuor, quarum argumenta leguntur *tom. 5. Concil.* 7. Binij & *tom. 9. Annal.* Baronij. Omnes eius Epistolæ extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina, vnà cum eius vita.

Quædam quodlibeta, teste Abbate Trithemio *de script. Eccles.* & Gesnero.

Eius Responsum ad Acridenum Thessalonicæ Episcopum, extat in magno volumine Canonum Ioan. Zonaræ.

Mortuus est Romæ anno 795. die 26. Decembris, sepultus

tus est in Basilica Vaticana sancti Petri Apostoli cum sequenti Epitaphio à Carolo Magno Imperatore, composito.

Hîc pater Ecclesiæ, Romæ decus, Inclytus auctor,
Hadrianus requiem Papa beatus habet.
Vir, cui vita Deus, pietas, lex, gloria, Christus,
Pastor Apostolicus, promptus ad omne bonum
Nobilis ex magna genitus, nam gente parentum:
Sed sacris longè nobilior meritis.
Exornare stupens deuoto pectore Pastor
Semper vbique suo templa sacrata Deo.
Ecclesias donis, populos & dogmate sancto
Imbuit, & cunctis pandit ad astra viam.
Pauperibus largus, nulli pietate secundus,
Et pro plebe sacris peruigil in precibus.
Doctrinis, opibus, muris erexerat arces,
Vrbs caput orbis, honor, inclyta Roma, tuas.
Mors cui nil nocuit, Christi quæ morte perempta est,
Ianua sed vitæ mox melioris erat.
Post patrem lacrymans Carolus hæc carmina scripsi:
Tu mihi dulcis amor, te modò plango, Pater,
Tu memor esto mei: sequitur te mens mea semper,
Cum Christo teneas regna beata poli.
Te clerus, populus magno dilexit amore,
Omnibus vnus amor, optime Præsul, eras.
Nomina iungo simul titulis, clarissime, nostra:
Hadrianus, Carolus: Rex ego, tuque Pater.
Quisque legas versus, deuoto pectore supplex
Amborum mitis, dic, miserere Deus.
Hæc tua nunc teneat requies, carissime, membra:
Cum Sanctis anima gaudeat alma Dei.
Vltima quippe tuas donec tuba clamet in aures
Principe cum Petro, surge videre Deum.
Auditurus eris vocem, scio, iudicis almam:
Intra nunc Domini gaudia magna tui.
Tum memor esto tui nati, Pater optime, posco.
Cum Patre, dic, natus pergat & iste meus.

O pete regna Pater felix cœlestia Christi,
Inde tuum precibus auxiliare gregem.
Dum Sol ignicomo rutilus splendescit ab axe;
Laus tua, Sancte Pater, semper in orbe manet.

Sedit beatæ memoriæ Hadrianus Papa annos 23. mens. 10. dies 17. Obiit Kalend. Iunij 795.

De scriptis Hadriani S. Carolus Magnus *in Epist. ad Hadrianum*, S. Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus *ibid.* Basilius Achridenus Archiepiscopus Thessalonicensis *ibid.* S. Abel, Scotus, Coëpiscopus Remensis *ibid.* Albinus Flaccus, seu Alcuinus *ibid.* Desiderius Rex Lombardorum, Constantinus & Irenes Imperatores *ibid.* Eginardus *in vita Caroli Magni.* Amalarius Fortunatus *de diuinis Officijs l. 1. cap. 29. & de ord. Antiph. in præfat. 1. & 2.* Iacobus Gretserus *in volumine Epist. Pont. & in Apologia pro Cardinali Baronio aduersùs Melchiorem Goldastum Caluinistam.* Theodorus Ballamon *in Nomocanone*, Nicolaus I. Papa *in Epist. ad Michaëlem Imperatorem*, Martinus Murissius, Francisc. Doctor Sorbonic. Episcop. Madaurensis, & Metensis Suffraganeus *in Historia Metensi*, Gallicè in fol. edita. Petrus Aubertus Consiliarius Bellonacensis *in sua Historia*, Robertus Gaguinus *ibid.* Paulus Æmilius *ibid.* Bernardus de Ghirard *ibid.* Ioannes Tillius Episcopus 94. Meldensis *ibid.* Tapautius *ibid.* Dupleix *ibid.* Petrus de Marca *pag. 321.* Coriolanus *in summa Conciliorum* Parisiis 1639. fol. edita *præl. 3. pag. mihi 17. & 19. annotat. ad Canones Apostolorum*, Concilium Nicænum Generale II. *act. 1.* Bibliotheca materiarum Molani, Ludouicus Carbo *de script. sacris in 3. partem D. Thomæ cap. 30.* Ciaconius *in Hadrianum.*

HADRIANVS II. Romanus, Papa 108. anno 868. die 14. Decembris creatus, Ciaconius die 21. Decembris creatus, & 23. consecratus Romæ, scripsit

Epistolas varias, quarum triginta & vna leguntur *tom. 6. Concil.* Binij & *tom. 10. Annal.* Baronij *ex Codice MS.* Nicolai Fabri, & *tom. Conciliorum* Francisci Iouerij, vnà cum eius Concilio Romano, in quo Photius ter anathemate percussus est, eiusque *volumen* contra Nicolaum I. Papam editum, igni est adiudicatum anno 868. Item

Formam

Formam dedit Aragonenſibus ſanctarum legum, & nouam regni conſtituendi formam ex Ciaconio.

Pſalterium transferre cœperat in linguam ſuam, teſte Genebrardo.

Obiit Romæ anno 872. die 1. Nouembris, ſepultus in Baſilica Vaticana B. Petri. Sedit annos 4. menſ. 10. & dies 17.

Eius vitæ ſcriptor Anaſtaſius Bibliothecarius & alij *de vitis Pontificijs.*

De eius Epiſtolis facta eſt mentio apud Petrum Diaconum Caſſinenſem, Aimoinum Monachum *in Hiſtoria ſua.* Baldricum *in Chronico Eccleſiæ S. Samſonis Dolenſis.* Bertrandum Argentæum *l. 2. cap. 26. hiſt. Britannicæ*, Coccium *in Theſauro.* Flodoardum *in Hincmaro.* Petrum Frizonem *ibid.*

HADRIANVS III. antea *Agapitus* dictus, Romanus, Papa 3. anno 884. die 20. Ianuarij creatus, vel 21. & 26. conſecratus Romæ, ſcripſit

Epiſtolas quaſdam, licèt vnicam dumtaxat reperio ad Baſilium Imperatorem, quæ extat in Synodo vniuerſali octaua *act. 1. tom. 7. Concil.* Binij, cum Epiſtola Synodali Duziacenſi ad Hadrianum.

Decretum de electione Pontificis, ne in ipſo creando Imperatoris auctoritas exſpectaretur, ex Seuerino Binio, Bartholomæo Carranza, & Ciaconio.

Moritur Romæ anno 885. die 9. Maij, ſepelitúrque in Baſilica Vaticana B. Petri Apoſtoli. Sedit annum 1. menſ. 3. & dies 19. Vacat Sedes dies 18.

Eius vitam ſcripſerunt Petrus Guilielmus Cardinalis, Martinus Polonus, Platina, Onuphrius Panuinus, Baptiſta à Glano, Ciaconius, Maſſonus, Ducheſnius & alij.

HADRIANVS IV. antea Nicolaus Haſtifragus, Anglus, Ordinis S. Rufi Abbas 4. Papa 168. anno 1154. die 4. vel 5. Decembris creatus, ſcripſit ad Petrum Pontiniacum 6. Abbatem, & Epiſcopum 41. Attrebatenſem.

De Conceptione B. V. Mariæ lib. 1. Geſnero 2.

De ſua legatione lib. 1.

Homiliarum lib. 1. *Catechiſmaticas leges ad populos Norvegiæ & Sueuiæ* ex Paulo Corteſio, *Decretalium Epiſtolarum* lib. 1.

Quarum illa ad Fridericum I. Imperatorem prodiit separatim Francofurti 1585. Ei scripsit *Epistolas* Henricus Plantagenet 2. Anglorum Rex, Gualterus 11. Laudunensis Episcopus.

Epistolam pro expeditione Hiberniæ.

Obiit Anagniæ anno 1159. die 1. Septembris, postea eius corpus Romam delatum, proximè ad sepulchrum Eugenij III. in Basilica Vaticana S. Petri conditum est. Sedit annos 4. mens. 8. & dies 4. aliis ann. 4. mens. 9. & dies 27. Vacat Sedes dies 4.

Eius vita asseruatur MS. in Bibliotheca Vaticana. Consule Bosonem Cardinalem Pansam, Abbatem Vrspergensem, Radeuicum, Othonem Frisingensem, Gabrielem Pennottum, Ioan. Chrysostomum Vander Sterre.

De Hadriani IV. scriptis, Matthæus Paris *ann.* 1155. Radeuicus *l.* 1. *cap.* 8. 15. *&* 22. *lib.* 2. *cap.* 17. *& lib.* 3. *cap.* 9. Codex Iuris Orientalis, Guilielmus Pictauinus Monachus Vezeliacensis *in Chronico Vezeliaco.* Bibliotheca Cluniacensis *pag.* 1415. Ioannes Lelandus *de script. Angliæ.* Ioannes Pitseus *ibid.* Apostata Balæus *ibid.* Thomas Dempsterus *in hist. Eccles. Scotorum v. A.* Apparatus Possceuini, Bibliotheca Theologica Molani, Binius *tom.* 7. *Concil.* Index vniuersalis Iustiniani, Salazar *de Conceptione.* Bibliotheca Mariana Hippolyti Maracci, Petrus Grisius *de Canon. Regul.* Ioannes Trullus *ibid.* Ioannes de Nigra Valle *ibid.* Gabriel Pennotus *ibid.* Baronius *tom.* 12. *Annal.* Alphonsus Ciaconius *in Hadriano IV.* Paulus Cortesius, Angelus Manrique *tom.* 2. *Annal. Cisterc. ann.* 1146. *cap.* 11. *num.* 6. *& alibi.* Victorellus *addit. ad vitam Hadriani IV.* Ioannes Pagæus *lib.* 2. *Bibliothecæ Præmonstratensis.*

HADRIANVS V. antea Ottobonus Fliscus, Genuensis, Papa 185. anno 1276. die 12. Iunij Romæ creatus, scripsit, teste Rupipozæo Cardinalium Nomenclatore,

Constitutiones Ecclesiasticas, quas commentariis illustrauit Ioannes Acton, Canonicus Lincolniensis.

Mortuus est Viterbij anno 1276. die 18. Augusti, sepultus in Ecclesia Dominicanorum cum sequenti Epitaphio.

Hadrianus

Hadrianus Quintus Pontifex Maximus Filiſca, è familia nobiliſsima Genuenſi, menſis vnius, dierúmque nouem Magiſtratum Pontificium gerens, 15. Kalend. Septembris MCCLXXVI. diem Viterbij functus, honorificè ſepultus donatur.

De rebus geſtis præter Auctores *vitarum Pontificiarum*, conſule Ioannem Riuadellum, & Paulum Panſam.

HADRIANVS VI. antea Hadrianus Florentius, Vltraiectinus, Papa 219. anno 1522. die 7. vel 9. Ianuarij creatus, & Romæ in Vaticano 29. vel 30. Auguſti coronatus, ſcripſit

Quæſtiones & diſputationes in quartum ſententiarum; quibus Eccleſiæ ſacramenta explicantur, & dubia circa ea diſcutiuntur. Pariſiis apud Nicolaum Saultier 1512. 1516. & 1528. fol. Romæ 1522. apud Marcellum fol. Lugduni 1546. apud Iacobum Iuntam in 8.

Quæſtiones Quodlibeticas duodecim Louanij 1515. in 8. Pariſiis 1516. in fol. & 1531. *Vtrum propter ſcandalum vitandum.*

Sermonem Paneriticum in computum hominis Chriſtiani agonizantis, Romæ 1522. apud Marcellum fol.

Sermonem alterum de ſæculo pertuſo, ſiue de ſuperbia, ibid. & Antuerpiæ anno 1520.

Itinerarium ab Hiſpania.

Inſtructionem ad Franciſcum Cherecatum Epiſcopum Interamnenſem; quâ ea continentur, quæ cunctis Romani Imperij Principibus tum proponenda videbantur. Coloniæ 1535.

Profeſſionem fidei & pollicitationes Hadriani VI. MSS. in Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinali Biſciæ.

Legationem ad Conuentum Norembergenſem. VVitebergæ 1538. in 8. vnà cum reſponſione.

Epiſtolas inſignes ad varios, præſertim ad Germaniæ Principes pro concordia. Coloniæ 1535. quarum vna prolixa & docta ad Saxoniæ Ducem aduersus Lutherum *tom. 9. Concil.* ſub hoc titulo, *Diploma Apoſtolicum Hadriani VI. ad Fredericum Saxoniæ Ducem*, VVitenbergæ *cum tom. 2. operum* impij Mart. Lutheri. Altera ad Inquiſitorem Comenſem *ibid.* Aliæ ad Senatum ciuitatis Bambergenſis, atque ad ſingulos quoſque Principes & Eccleſiaſticos laicos Coloniæ 1525. *cum*

Concilio Basilienſi Æneæ Syluij editæ. Altera ad Marcum Marulum, plena honoris & erga illum beneuolentiæ, prodiit Romæ. Aliæ Epiſtolæ ad Carolum V. Imperatorem, extant MSS. in Bibliotheca Barberina.

De Bullis & Conſtitutionibus Eccleſiaſticis, conſule Collectores.

Obiit anno 1523. die 14. Septembris: ſepultus in Æde S. Mariæ de Anima, cum ſequenti Epitaphio,

Adriano VI. Pontifici Maximo ex Traiecto inſigni inferioris Germaniæ vrbe, qui dum rerum humanarum maximè auerſatur, ſplendorem vltro à proceribus ob incomparabilem ſacrarum diſciplinarum ſcientiam, ac propè diuinam caſtiſſimi animi moderationem, Carolo V. Cæſari Auguſto Præceptor, Eccleſiæ Derthuſenſi Antiſtes, ſacri Senatus Patribus collega, Hiſpaniarum regnis Præſes, Reipublicæ denique Chriſtianæ diuinitus Pontifex abſens adſcitus. Vixit annos 64. menſ. 16. dies 13. Deceßit 18. Cal. Octobris anno à partu Virginis 1523. Pontificatus ſui anno 2.

VVilelmus Eickenvvort illius benignitate & auſpiciis tit. SS. Ioannis & Pauli Presbyter Cardin. Derthuſenſis fac. cur.

Quo Romanorum Sextus Pater atque Sacerdos,
Hoc etiam pietas conditur in tumulo.

Aliud ſupra Tumbam.

Hadrianus VI. hic ſitus eſt, qui nihil ſibi infelicius in vita, quàm quod imperaret, duxit. Vacat Sedes menſ. 2. & dies 4.

De vita & rebus geſtis Hadriani Gerardus Moringus, Paulus Iouius, Ioannes Iacobus Boiſſardus, Aubertus Miræus, Caius Barius, Hilarion Coſtæus, Guilielmus Rouilius, Ludouicus Dominicus, Andreas Iacobatius, Antonius Sanderus, Conradus Vegerius, Cyprianus Benetus, Felix Contelorius, Ioannes Antonius Flaminius, Hieronymus Niger, Hieronymus Baldus, Maximilianus Vrintius.

De ſcriptis *Bibliotheca Belgica* Valeri Andreæ Deſſelij. *Athenæ Belgicæ* Franciſci Svveertij. *Bibliotheca Theologica* Molani. Rupipozæus, Bellarminus, Poſſeuinus, Angelus à Roca, Fabianus Iuſtinianus, Ferdinandus Ponzetus Cardinalis

lis *lib.de Sacramentis.* Gregorius Corteſius Cardinalis *lib.quòd S.Petrus Romæ fuerit.* Aloyſius Nouarinus, Veronenſis *in omnium ſcientiarum anima.* Antonius Verderus *in Bibliotheca Gallicana, & Supplemento Geſneriano.* Claudius Sanctæus *de rebus Euchariſtiæ pag.*377. Ioannes Azorius S.I. *lib.*1. *Inſtitut. Moral.cap.*14. Laurentius Beyerlinck *lib.Apophthegm. Chriſt. pag.*86.283.393.454.& 496.Coccius *in Theſauro,* Spondanus, Genebrardus. Geſneri *Bibliotheca.* Paulus Bolduanus *in Bibliotheca Philoſophica pag.*159. Ludouicus Carbo Peruſinus *in Catalogo ſcholaſticorum Theologorum, qui in tertiam partem D.Thomæ ſcripſerunt cap.*34. *& alibi.* Ciaconius *in Hadriano,* Onuphrius *ibid.* Matthias Bellintanus Capuccinus *in hiſtoria Solodienſi* anno 1586.edita, Andreas Victorellus *addit.ad vitam Hadriani VI.* Ferdinandus Vghellus Abbas *ibid.*

S.HILARIVS, vel HILARVS, Sardus, patriâ Calaritanus, Papa 48.anno 461.die 12.Nouembris Romæ creatus,ac conſecratus,ſcripſit ex Trithemio,Poſſeuino & aliis,

Decretum Synodale lib.1.*Quoniam religioſus Spiritus ſanctus. Ad Epiſcopos Terraconenſis Prouinciæ,*Epiſt.2. *Poſtquam litteræ veſtræ.* Extant *tom.*3.*Concil.*cum notis Binij. Vnâ cum duabus Tarraconenſium Epiſcoporum Epiſtolis ad Hilarium.& *tom.* 1.*Epiſt.Pontif.*cum eius Concilio Romano.

Ad Aſcanium Terraconenſem Epiſcopum, Epiſt.1. *Diuinæ circa nos gratiæ,* ibid.tom.3.Concil.

*De Concilio Nicæno,*Epiſt.1.

*De Concilio Epheſino,*Epiſt.10.

*De Concilio Chalcedonenſi,*Epiſt.2.

*Epiſtolarum ad diuerſos,*lib.1.

Decreta verò ipſius vnâ cum reliquorum Pont. Decretis excuſa fuêre Coloniæ. Leguntur etiam apud Iſidorum, Gratianum, Creſconium, Codicem librorum ſexdecim *cap.*19. Carranzam & alios.

Eius acta & Epiſtolas aliquot prodierunt, ſtudio Gerardi Voſſij.Quædam eius *Epiſt.*extãt MSS.in Archiuo Arelatenſi.

Migrauit anno 467.die 10.Septembris:ſepultus ad S.Laurentium in Crypta, iuxta corpus S.Sixti Papæ. Sedit annos 6. menſ.10.minus diebus duobus.

De eius scriptis præter Auctores citatos, Ioannes Ekius *de Primatu Petri. Thesaurus Catholicus* Coccij, Claudius de Sainctes *de rebus Eucharistiæ*. Petrus Cotton *l. 3. Instit. Cathol. cap. 4.* Petrus Saxius *in Cæsario Arelatensi.* Petrus Aubertus Consiliarius Bellouacensis *in historia.* Genebrardus, Baronius, Iacobus Auzolius, Peyrius, Petrus de Marca *l. 2. c. 7. de concordia Sacerdotij & Imperij.* Coriolanus *in annotat. ad Canones Apost.* Bibliotheca Gesneriana S. Dimaüs Episcopus Scotiæ *Epist. ad Hilarium*, Ludouicus Carbo *de Script. sacr. in 3. p. D. Thom. c. 29.* Anastasius Bibliothecarius *in Hilaro*, Platina *ibid.* Ciaconius *ibid.* Onuphrius *ibid.* Ducheſnius *ibid.*

S. HONORIVS I. Campanus, Papa 72. anno 626. die 13 Maij creatus, Ciaconius die 7. Nouembris creatus & consecratus Romæ, scripsit

Epistolas varias, quarum sex leguntur *tom. 4. Concil.* annotationibus Binianis illustratæ, vnâ cum Sergij Constantinopolitani Episcopi *Epist.* & *tom. 8. Annal.* Baronij. Ei scripsêre *Epistolas* Berinus Dorcestriæ Episcopus, Italus. SS. Braulius, Sophronius.

De Apostolis, in Christi ad cælos ascensione obstupescentibus Epigramma. Extat *tom. 8. Bibl. PP.* Margarini Bignæi, Cœnomanensis, *pag mihi* 680. edit. 4. Caroli Morelli.

Honorij *Opuscula* promittit V. Cl. Ioseph Maria Suarezius Episcopus Vasionensis, cum vita & vindiciis ex Apibus Vrbanis Leonis Allatij.

Honorij *Vindiciæ* extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

E vita decessit Romæ anno 638. die 11. Octobris: sepultus in Basilica Vaticana San-Petrana, cum sequenti Epitaphio:

Pastorem magnum laudis pia præmia lustrant,
Qui functus Petri hac vice summa tenet.
Effulsit tumulis nam Præsul Honorius istis,
Cuius magnanimum nomen honorque manet.
Sedis Apostolicæ meritis non iura gubernans,
Dispersos reuocat, optima lucra refert.
Vtq; sagax animo diuino in carmine pollens
Ad vitam Pastor ducere nouit oues.

Histria

Hiſtria nam dudum ſæuo ſub ſchiſmate feſſa,
Ad ſtatuta Patrum téque monente redit.
Iudaicæ gentis ſub te eſt perfida vita:
Sic vnum Domini reddis ouile pium.
Attonitum patriæ ſolers ſic cura monebat,
Optata vt populis eſſet vbique quies.
Quem doctrina potens, quem ſacræ regula vitæ,
Pontificum pariter ſanxit habere decus.
Sanctiloquij ſemper in te commenta Magiſtri
Emicuere tuâ tanquam animata manu.
Namque Gregorij tanti veſtigia iuſti,
Dum ſequeris cupiens & meritúmque geris.
Æternæ lucis Chriſto dignante perennem
Cum Patribus ſanctis poſſide iamque diem.
His ego Epitaphijs merito tibi carmina ſolui
Quod patris eximij ſim bonus ipſe memor.

De rebus geſtis Honorij Anaſtaſius & alij, Ioſeph Maria Suarezius, Bellarminus *l.4. cap.11. de Rom.Pont.*

Eius ſcripta memorantur à SS. Braulio Epiſcopo Cæſar-Auguſtano *in Epiſtol. ad Honorium.* Sophronio Epiſcopo Hieroſolymitano *ibid.* Berino Dorceſtriæ Epiſcopo *ibid.* Agathone I. Papa *in Epiſt. ad Auguſtos.* V. Beda *in hiſt. Angl.* Andrea Dandulo Venetiarum Duce *in Chron.* Iona Monacho, Scoto *in vita S. Bertulphi Abbatis, cap.5.* Maximo Monacho Græco *in defenſione Honorij I.* Sexta Synodo *act.13.* Ioanne Matthæo Caryophilo Cretenſi Archiepiſcopo Iconienſi, Iona Abbate *in Hiſtoria.*

HONORIVS II. antea Lambertus de Fagnano, Imolenſis, aliis Bononienſis, Italus, Papa 162. anno 1124. die 14. Decembris, creatus, & 21. eiuſdem menſis Romæ coronatus, ſcripſit

Reſcriptum pro Concilio Nannetenſi.
Leges aliquot Eccleſiaſticas in Concilio Troiano publicatas.
De Pace ad Romanos Epiſtolas 2.

Epiſtolas item *ad diuerſos*, quarum quinque referunt Baronius *tom.12. Annal.* & Binius *tom.7. Concil. pag.* 572. & 573. ſed *pag.*725. alias refert. Ei ſcripſerunt SS. Bernardus Abbas 1.

Charæual

Claræuallensis, Hugo Episcopus 38. Gratianopolitanus, & Hildebertus Archiepiscopus 64. Turonensis, Stephanus Abbas 3. Cisterciensis, Capitulum Cistercience.

Obiit Romæ in Monasterio S. Andreæ anno 1130. die 14. Februarij, sepultus tandem in Basilica Saluatoris. Sedit annos 5. mens. 1. & dies 17.

De rebus gestis Anonymus Bibliothecæ Palatinæ, Alter *de rebus Siciliæ & vitis Pontificum*, Pandulphus Pisanus, Petrus Diaconus *in Chronol. Casinèns.* Martinus Polonus & alij.

De Epistolis testimonia perhibent Guilielmus Tyrius *lib.* 13. *cap.* 23. Hugo Abbas 2. Præmonstratensis *in vita S. Noberti.* B. Guigo de Castro, Delphinas, Valentinensis Generalis 5. Carthusianorum *in vita S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani.* Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium Bibliotheca*, Antonij Francisci Donij, & illa *Cluniacensis*, Angelus Manrique Burgensis, Concionator Regius, *tom.* 1. *Annalium Cistercienſium*, Alphonsus Ciaconius *in Honorio II.* Basilius Serenius *lib. priuilegior. Canonicorum Regularium Mediolani excuſo*, Nicolaus Pasqualinus Alidorius *de Illustribus viris Ecclesiasticis Bononienſibus*, Ioannes Pagæus *lib.* 2. *Bibliothecæ Præmonſtratenſis.*

HONORIVS III. antea Centius Sabellus, Romanus, Papa 176. anno 1216. die 18. Iulij, Perusij, creatus, ibidémque die 24. eiusdem mensis in Ecclesia Cathedrali coronatus, scripsit

Sermones aliquot S. Dominico Guzmano Ordinis Prædicatorum Patriarchæ dicatos. Alios legi MSS. *in Bibliotheca Cistercienſi*, ad Clerum & Populum Romanorum, Conuentui Abbati Cistercij dicatos. Extant *vnâ cum S. Richardi Ciceſtrenſis Episcopi vitâ.*

Vitam Cœlestini III.

Censuum Romanæ Ecclesiæ prægrande volumen, asseruatur MS. in Bibliotheca Vaticana.

Pro defensione libri Abbatis Ioachim aduersùs Petrum Lombardum Epistolam ad Episcopum Lucaniæ; cuius fragmentum reperitur *in Apparatu sacro* Posseuini *v. Ioachim.*

Epistolæ

Epistolas Decretales in Iuris Canonici libros; quarum Registrum quinque voluminibus compactum in Vaticano MS. asseruatur. Quædam leguntur *in Epistolas* Petri Blesensis, *& aliæ* apud diuersos.

Decreta & Bullæ apud Collectores.

Ceremoniale Cencij de Sauellis, aliàs Camerarij. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Sub eius nomine reperitur *Index Romanorum Pontificum* in Vaticano, teste eruditissimo Binio.

Moritur Romæ anno 1227. die 18, Martij, sepelitur in Basilica S. Mariæ Maioris ante aram Præsepij. Sedit annos 10. & mens. 8. Vacat Sedes dies 2.

De scriptis loquuntur Coccius *in Thesauro*, Claudius Sanctæus Episcopus 58. Ebroicensis *lib. de rebus Eucharistiæ, pag.* 346. *&* 348. Nomenclator Cardinalium, Matthæus Paris, Baronius, Bibliotheca Cluniacensis *pag.* 125. Andreas Duchesnius *in eius vita.* Alphonsus Salmeron S. I. Toletanus *tract.* 65. *de Iurisdict. Episcoporum.* Reginaldus Rex Insularum *Epist. ad Honorium III.* Alphonsus Ciaconius *in Honorio III.* Ioannes le Paige *lib.* 3. *Bibliothecæ Præmonstratensis.*

HONORIVS IV. antea Iacobus Sabellus, Romanus, Papa 189. anno 1285. die 2. Aprilis Perusij creatus, & 25. eiusdem mensis Romæ in Basilica Vaticana SS. Apostolorum coronatus, scribit

Epistolarum volumen in Vaticano asseruatum MS.

Eius testamentum asseruatur etiam MS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Moritur Romæ in Monte Auentino anno 1287. die 11. Aprilis, sepelitur in Basilica Vaticana San-petrana prope Nicolaum III. Sedit annos 2. & dies 9. Vacat Sedes dies 10.

De eius scriptis Laurentius Beyerlinck, Antuerpiensis, Canonicus *lib. Apophthegmatum Christianorum pag. mihi* 231. Claudius Hemeræus Doctor Sarbonicus *lib. de Academia Parisiensi, cap.* 8. *pag.* 82. Andreas Victorellus S. Th. Doctor *addit. ad vitam Honorij IV.* Ioannes Pagæus Doctor Parisiensis *lib.* 3. *Bibliothecæ Præmonstratensis.*

S. HORMISDA, Campanus, patria Frusinas, Papa 54. an-

no 514. die 26. Nouembris, creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolarum volumen MS. in Vaticano asseruatum, quarum octoginta ad diuersos leguntur *tom. 3. Conciliorum generalium & Prouincialium* Seuerini Binij, cum quibusdam Epistolis ad Hormisdam, & eius Concilio Romano anno 518. celebrato. Quædam etiam eius *Epistolæ* asseruantur MSS. in Archiuo Arelatensi.

Eius *Decreta* reperiuntur apud Iuonem, Burchardum, Isidorum, Gratianum, Cresconium, Iouerium, Carranzam & alios.

Obiit anno 523. die 6. Augusti, tumulatus in Basilica Vaticana B. Petri Apostoli. Sedit annos 9. dies 10. Vacat Sedes dies 7.

Eius memoria celebratur eodem die in Martyrologiis, etiam Gallicano.

Eius Epistolæ memorantur à S. Remigio Archiepiscopo 15. Remensi *in Epist. ad Hormisdam*, Alcimo Auilo, Viennensi Archiepiscopo *ibid.* Hincmaro Remensi *in vita S. Remigij*, Flodoardo *ibid.* Trithemio *de script. Eccles.* Possevino, Ciaconio, Platina, Baronio, Gualtero, Auzolio, Coccio, Genebrardo, Henrico Canisio *tom. 5. Antiq. lect.* Garsia Loaysa *in Epist. Decret.* Vincentio Barralio *in Chronol. Lerinensi pag. 75.* Simone Barthelio *in Chronol. Præsulum Regiensium.* Bibliothecâ Gesnerianâ, Andreæ Episcopo Prænestino in Epyro *Epistolâ ad Hormisdam.* Ioanne Episcopo Constantinopolitano *ibid.* hic Ioannes, proœmium affixit *libello* Hormisdæ Papæ. Possessore Africano Episcopo *ibid.* Ludouico Carbone *de script. sacris in part. 1. summæ D. Thomæ, cap. 8. & 29.* Francisco Hallerio *in defens. Eccles. Hierarch.*

S. HYGINVS, Athenienſis Philosophus, Papa 10. anno 154. die 11. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas, quas Notis illustrauit Binius *tom. 1. Concil.* Prodierunt etiam *tom. 1. Epist. Pontif.* Item *in Collectionibus* Iouerij Parisiis 1555. & Lamberti Gruteri *cum argumentis* Ioannis Sichardi Basileæ 1536.

Decreta Hygini extãt, teste Ioanne VVolfgango Freymonio

nio IC. *in Indice Iurisconsultorum, pag. mihi* 21. leguntur apud Gratianum, Isidorum, Petrum Nitardum, Bartholomæum Brixiensem, & alios.

Obdormiuit in Domino anno 158. die 11. Ianuarij, sepultus in Vaticano iuxta corpus S. Petri. Sedit annos 4. Vacat Sedes dies 4. Alphonsus Ciaconius sub Hyginij Pontificatu, originem Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium, collocat.

De scriptis testes habemus Genebrardum, Volaterranum, Simonetam, Coriolanum, Coccium, Ekium *de Primatu Petri*, Canisium *de sacrific. Missæ*. Ducheſnium *in eius vita*, Massonum *ibid.* Ciaconium *ibid.* Baronium, Gualterum, Camusium, Bibliothecam abbreuiatam Gesneri, Andream Victorellum *in Additionibus ad vitam Hyginij Papæ*, Baptistam Platinam *in eius vita*, Franciscum Hallerium Doctorem Sorbonicum *in defensione Ecclesiasticæ Hierarchiæ*.

I.

SANCTVS INNOCENTIVS I. Albanus, Italus, Papa 41. anno 402. die 18. Martij creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolas ad varios, quarum triginta quatuor habentur *tom. 1. Concil.* cum Notis Binij, ex Codice Vaticano; sed verò quoad *Epistolas* Innocentij ad S. Basilium, quæ ibidem asseruantur MSS. consule Baronium anno 417. *num.* 7. *&* 11. Eius *Epistola* ad Arcadium Imperatorem de S. Ioanne Chrysostomo extat MS. Græcè in Bibliotheca Sfortiana *num.* 106. Ei scribit Praylius Episcopus Hierosolymitanus pro Pelagio, quòd fuerit absolutus in Concilio Palæstino.

Eius *Decreta* memorantur à S. Augustino *lib. de gratia, cap.* 30. *&* 31. Gratiano, Isidoro, Burchardo, Iuone, & aliis; quæ latiùs promulgauit Zozimus Papa eius successor.

Regulas Monasteriorum ex Ciaconio.

Sanctitas Innocentij I. celebratur in Martyrologiis, & obiisse reperitur anno 417. die 5. Kalend. Augusti, h. e. 28. Iulij, sepultus est primò in cœmeterio Priscillæ ad Vrsum

Pileatum: deinde translatus in Basilicas SS. Syluestri & Martini de Montibus, quas nunc possident nostri Carmelitæ.

De scriptis Innocentij S. Hieronymus, S. Ioannes Chrysostomus *in Epist. ad Innocentium*, S. Basilius *ibid.* S. Augustinus *ibid.* Concilium Carthaginense *ibid.* Concilium Mileuitanum *ibid.* Petrus Diaconus *lib. de Incarnatione & gratia ad Fulgentium, & alios Episcopos Africanos cap.* 8. Nicephorus Callistus *l.* 13. *c.* 34. S. Prosper Aquitanicus Episcopus Regiensis in Prouincia *in Chron.* Glycas *part.* 4. *Annal.* Sozomenus *l.* 8. *cap.* 28. Zacharias Papa *in Epist. ad Pepinum & Episcopos Franciæ.* Thomas Dempsterus *in hist. Scotiæ*, in qua facit eum Scotum *V.I.* Gennadius *cap.* 43. Trithemius, Possevinus, Genebrardus, Baronius, Gualterus, Iacobus Auzolius, Bellarminus *lib.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 14. Alphonsus Salmeron *tract.* 63. Coriolanus *in summa Conciliorum, prælud.* 10. *pag. mihi* 77. *& in annot. ad Canones Apost.* Bibliotheca Gesneriana, Ludouicus Carbo *de Script. sacr. in* 1. 2. *D. Thomæ partem cap.* 15. *&* 16. *& in* 3. *part. cap.* 37 §. *de sacramento Extremæ vnctionis*, Franciscus Hallier *in defens. Eccles. Hierarch.*

INNOCENTIVS II. antea Gregorius de Papa, Romanus, Benedictinus, Papa 163. anno 1130. die 14. Februarij creatus, & 20. Romæ coronatus, scripsit

In Cantica Canticorum commentaria, quæ MSS. asseruantur in Bibliotheca monasterij S. Galli apud Heluetios, referente erudito Possevino S.I.

Epistolas varias, quarum duodecim leguntur *tom.* 7. *Concil. & tom.* 12. *Annal. Baronij*, quatuorve aliæ *in Chron. MS. Vezaliensi*, apud Iacobum Iauellum olim asseruato, vt testem habeo Andream Duchesnium *in eius vita.* In Innocentij defensionem aduersùs Petrum Leonem Antipapam scripsit S. Norbertus Ordinis Præmonstratensis Fundator.

Eius *Decreta* apud Gratianum, Augustinum Barbosam, & alios Decretorum Collectores, & Concilia *tom.* 7. *Concil.*

Moritur Romæ 1143. die 24. Septembris: sepelitur in Ecclesia S. Mariæ trans Tyberim cum sequenti Epitaphio à me sic viso.

Hic requiescunt venerabilia ossa sanctissimæ memoriæ Domini

Inno

Innocentij Papæ secundi, de domo Papareſcorum, qui præſentem Eccleſiam ad honorem Dei Genitricis Mariæ, ſicut eſt à fundamentis, proprijs ſumptibus renouauit.

S.A.D. MCXLII. & An. D.M.CXLVIII.

De Innocentij II. ſcriptis conſulendi ſunt S. Petrus Mauricius Abbas 9. Cluniacenſis *l.3. Epiſt.* S. Bernardus *in Epiſt. ad Innocent.* Lotharius Imperator & Epiſcopi Germaniæ *ibid.* Conradus Abbas *in Chron.* Dodechinus Abbas S. Dyſibodi *ibid.* Falco Beneuentanus *ibid.* Rochus Pyrrhus Abbas S. Eliæ *in notitia Epiſcopatuum Siciliæ.* Gunterus Ligurinus *l.3. de geſtis Friderici I.* Otto Epiſcopus Friſingenſis *l.7. cap.23.* Vuion, Rupipozæus, Poſſeuinus, Genebrardus, Iuſtinianus, Beyerlinck *lib. Apophthegm. Chriſt.* Henricus Caniſius IC. *tom.2. Antiq. lect.* Henricus Epiſcopus Pariſienſis *in Epiſt. ad Innocentium*, Angelus Manrique *tom.1. Annal. Ciſterc. ann.1130. num.12. 1132. cap.1. num.5. & 1136. cap.2. num.3.* Opera Petri Abaillardi *Epiſt.16.* Alphonſus Rex Luſitaniæ *Epiſt. ad Innocent.* Bernardus Brito *lib.3. cap.4.* Andreas Victorellus *addit. ad vitam Innocentij II.* Ioannes Pagæus *lib.2. & 8. Bibl. Præmonſtrat.*

INNOCENTIVS III. antea Lotharius, Comes Signinus, Anagninus, Papa 175. anno 1198. die 8. Ianuarij, creatus, & Romæ in Baſilica S. Petri 22. Februarij coronatus, ſcripſit ſub vtroque nomine,

In ſeptem Pſalmos Pœnitentiales Commentaria. Antuerpiæ 1550. apud Ioannem Stelſium, Venetiis 1578. ad ſignum Falconis. Coloniæ 1575. & 1578. in fol. apud Maternum Cholinum *tom.1.* operum. Extant MSS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti *volum.95.* hæc in Commentaria ſcripſit Thomas Toletanus, Dominicanus, Theologus eximius.

In Magiſtrum Sententiarum commentaria, ex Bibliotheca Poſſeuiniana *lib.6. cap.1.*

De contemptu mundi, ſeu *de miſeria hominis*, libros 3. ad Petrum Cardinalem Portuenſem, quorum exordium eſt: *Quare de vulua matris*, &c. Antuerpiæ 1540. 12. Venetiis 1538. in 16. Pariſiis 1482. & 1594. in 12. & alibi. Extant MSS. in Bi-

bliothecis Carmelitanis Ferrariæ & Genuæ, vbi vidi, ſicuti & in illa egregia Florentina Mediceça San-Laurentiana, *plut.* 21. Oxoniæ in illis Collegij noui *vol.* 260. *num.* 7. Mertonenſi *vol.* 245. *n.* 2. Cantabrigiæ in publica 183. *n.* 2. S. Benedicti 19. *n.* 6. & 178. *n.* 1. Collegij Caij 92. *n.* 1. S. Petri 95. *n.* 1. Aulæ Penbrochianæ 5. *n.* 2. priuatæ Lumleianæ 17. 21. & 156. Gualteri Copi 137. Romæ in illa Cardinalis Barberini.

De eruditione Principum lib. 1. Aſſeruatur MS. Patauij in Bibliotheca Benedictina S. Iuſtinæ in fol. *plut.* 19. ex Bibliothecis Patauinis Tomaſini.

Sermones de Tempore & Sanctis per anni curriculum, ad Arnulphum Abbatem Ordinis Ciſtercienſis Coloniæ 1578. apud Cholinum, & 1606. ſumptibus Goſuini Colin in fol. Extant MSS. in Bibliotheca Varmatienſi, & Oxoniæ in illis Mertonenſi & Bodleiana.

De Officio Miſſæ, ſeu *de ſacro altaris myſterio, libros 6.* incip. *Tria ſunt præcipuè, in quibus*, &c. Cantabrigiæ MSS. in Bibl. S. Benedicti 223. *num.* 5. & in illa Bodleiana Antuerpiæ apud Ioannem Steolſium 1540. *n.* 12. *ſtudio Ioannis Cochlei*, & antea Lipſiæ 1534.

De ſacramento Baptiſmi, lib. 1.

Ordinationem expeditionis pro recuperanda Terra ſancta.

De Clauſtro animæ, lib. 1.

De Purgatorio, lib. 1.

De Conſecratione Pontificis, homilias 4.

De Eleemoſyna, lib. 1.

De Laude charitatis, lib. 1.

De Sanctorum veneratione, lib. 3.

Encomium in Chriſtum & eius Matrem.

Proſam, *Stabat Mater doloroſa.*

Hymnum Rhythmicũ, incipientem: *Aue mundi ſpes Maria.*

Collectam, quæ incipit: *Interueniat pro nobis, quæſumus Domine.*

Conciones Paræneticas duas, ad Concilium Lateranenſe habitas. Extant *tom.* 7. *Concil.* cum eius Conciliis, annotationibus Binianis illuſtratis.

Singularia in iure, MSS. in Bibliotheca Bodleiana.

Mora

Moralitatem de Scacario, MS. Cantabrigiæ in Bibl. Collegij S. Benedicti 85.*n.*2.

Constitutionum generalium, *libros* 5. Coloniæ apud Cholinum 1575. & 1606.in fol. Oxoniæ MSS.in Biblioth. Mertonensi 245.*n.*3. & in illa Collegij noui 166.*num.*3. Quædam etiam leguntur in nostro vetere Codice Lugdunensi Carmelitano, cui titulus est: *Exceptiones Decretalium trium compilationum.*

Eius *Epistola Decretalis* de temporali iure Regum Franciæ. Prodiit 1611.in 8.

Epistolarum libros 4. Tolosæ 1635. in fol. cum notis Cl. V. Franciſci Bosqueti Narbonensis IC. Regis in Sanctiore Consistorio Consiliarij. Quasdam etiam lucubrationibus suis illustrauit Cl. V. Paulus Dumey, Vasco, Senatus Diuionensis Consiliarius. Duo libri solummodo prodierunt Colonię apud Maternum Cholinum, vbi præfixa est *eius vita.* Incerti Auctores. Extant MSS. in Bibliotheca Fuxiensi Tolosana. Possevinus *in Apparatu* de his tale profert testimonium: Decretales, quibus Iuris Canonici periti (inquit) vtuntur non minus in iudiciis, quàm in scholis, quasque mandauit obseruari, quippe quibus præter alia, hæreses improbauit. In quibus, quod etiam Cardinalis Bellarminus notauit, *in cap. cùm veniſſet*, de sacra vnctione, irrepsit à librariis mendum vnius verbi, quod sententiam turbat: habet enim, *non iudaizat Ecclesia, sicut* antiqui *mentiuntur, qui neque scripturas, neque Dei nouere virtutem.* Emendandum est illud, *antiqui*, ac legendum est, *aliqui:* nam ipse Innocentius ex antiquis ipsis suam maximè sententiam probat. hactenus ille.

Moritur Perusij anno 1216. die 16. Iulij, sepelitur in Cathedrali S. Laurentij. Sedit annos 18. mens.6. & dies 9. Vacat Sedes dies 2.

Eius vita *à quodam Anonymo* conscripta. Vidi MS. Romæ apud R. P. Odericum Raynaldi, Congregationis Oratorij de Vrbe Sacerdotem eruditissimum, & Annalium Ecclesiasticorum Baronianorum Continuatorem diligentissimum, forsan eadem ac illa, quam præfixit Franciscus Bosquetus, quia è Tolosa Romam delata ad Cardinalem Baronium, vt me monuit

nuit prædictus ille Pater Odericus : præterea de rebus gestis consulendi sunt Martinus Polonus Conradus Lichtenau, Nicetas Choniates, Anonymus Vaticanus *de rebus Siculis*, Chronicon Trithemij & Sigeberti, Ciaconius, Duchesnius, Massonus, Tempesta, Binius, Baptista à Glano, Platina, Onuphrius, Gabriel Pennottus, Iacobus Gretserus *aduersùs Plessæum Mornæum Caluinistam.*

Eius scripta à variis citantur, & laudantur, nempe Trithemio, Bellarmino, Pennoto, Pagæo, Possevino, Molano, Iustiniano, Schotto, Sixto Senensi, Angelo Rocca, Rupipozæo, Ciaconio, Spondano, Carbone, Petro Blanchot, Bzouio, Genebrardo, Coccio, Maraccio, Ioanne Picardo, Bellouaco *in Notis ad Epist. 42. S. Bernardi.* Ioanne Lorino Auenionensi *in præfat. in Psalmos Dauidicos, cap. 16.* Francisco de Puteo Generali 35. Carthusiano, *in Comment. in Psalmos.* Canisio *l. 3. cap. 27. de Beata Virgine & alibi.* Philippo Gamachæo S. Iuliani de Scalariis apud Turones Abbate *in 1. 2. quæst. 110. de natura gratiæ, cap. 1. & alibi.* Gonono *in Chron. Dei-paræ pag. 210.* Philiberto Fresayo, Carmelita, Professore Regio Aquensi *in Indice auctorum, qui de Incarnatione scripserunt*, Paulo Sherlogo *pag. 478.* Stanislao Hosio Cardinali *in Confess. fidei cap. 10.* VValdensi *de sacramentis cap. 48.* Sanctæo *de rebus Eucharistiæ.* Leone Rege Armenorum *Epist. ad Innocentium III.* Paulo Morigia *in Innocentio III.* Ioanne Angelorum Rege *Epist. ad eund.* Matthæo Parisiensi *in Ioanne Anglorum Rege*, Claudio Hemeræo *lib. de Academia Parisiensi*, Petro de Vallibus *in Historia Albigensium.* Epistolâ *Synodi Vauensis ad Innocentium.* Ioanne Baptista de Lezana, Carmelita, *in Apologia pro S. Dei Propheta Elia inuocando*, &c. S.D.N. Vrbano VIII. dicata, & penes me M.S. asseruata *cap. 2. num. 3. & cap. 6. num. 26.* Iacobo Gretsero *lib. de munificentia Principum in sedem Apostolicam*, Alphonso Hispaniarum Rege *Epist. ad Innocentium.* Ioanne Mariana *ad ann. 1210.* Luca VVadingo *tom. 1. Annal.*

INNOCENTIVS IV. antea Sinibaldus Fliscus, Genuensis, Papa 179. anno 1243. die 24. Iunij Anagniæ creatus, ibidemque 28. eiusdem mensis coronatus in Cathedrali, scripsit

contra

contra Petrum de Vineis, Friderici Imperatoris Cancellarium.

De potestate Ecclesiastica Apologeticum MS. in Vaticana Bibliotheca.

De potestate Imperij & Ecclesiæ librum alterum, ex Possevino.

Interpretationes in vetus Testamentum.

Vitam S. Guilielmi Episcopi 79. *Briocensis* MS. in Vaticano.

Officium, quod in Natiuitatis B.V. Mariæ Octaua legi & cantari solet, ordinauit, ex Baronio *in Notis Martyrologij*, ad diem 15. Septembris.

Regulam Clarissarum lib. 1. *Formæ vitæ Ordinis* MS. in Vaticano.

Exceptionum librum.

Authenticas, quas addidit ad Gregorij IX. Decretales.

Commentaria, seu *Apparatum super* lib. 5. *Decretalium. Legitur in Ezechiele*, quæ Petrus Vendraminus ad veterum & recentiorum exemplarium fidem contulit, *cum annotationibus Iurisconsultorum.* Francofurti 1570. fol. *cum Margaritæ* Baldi de Vbaldis Perusini, Lugduni 1525. & 1578. fol. Venetiis 1570. fol. & 1578. *cum Notis* Pauli Roselli. Patauij in Ecclesiæ Cathedralis Bibliotheca reperitur Innocentius *super Decretales*, in membr. fol. sed incipit: *Hanc Decretalem*, teste Iacobo Philippo Tomasino *in suis Bibliothecis Patauinis, pag. mihi* 3. Sed an idem, nihil certi habeo, ob initij diuersitatem. Oxoniæ etiam in illa Collegij noui *vol.* 134. reperitur *Summa Innocentij IV.*

Regesti Innocentij volumina quinque in Bibliotheca Vaticana MSS. asseruantur, & eius Concilium Lugdunense habetur *tom. 7. Concil.* cum Notis Binij.

In Sextum Decretalium scripsisse etiam fertur, ex Possevino.

Epistolarum ad diuersos lib. 1.

Moritur Neapoli anno 1254. die 13. Decembris, sepelitur ibidem in Ecclesia Cathedrali, cum sequenti Epitaphio, ab Vmberto Archiepiscopo Neapolitano apposito, deinde ab Annibaldo Capuano restituto.

Hic Superis dignus requieſcit Papa benignus,
Lætus, de Fliſco, ſepultus tempore priſco:
Vir ſacer & rectus, ſancto velamine tectus.
Vt iam collapſo mundo temeraria paſſo,
Sancta miniſtrari vrbs poſſet quoque rectificari.
Concilium fecit, veteraque iuſſa refecit.
Hæreſis illiſa ex tunc extitit, atque reciſa.
Mœnia direxit, rectè ſibi credita rexit;
Strauit inimicum Chriſti colubrum Fridericum.
Ianua de nato gaudet ſic clarificato,
Laudibus immenſis vrbs tu quoque Partenopiſis
Pulchra decore ſatis, dedit hic ſibi plurima gratis,
Hoc titulauit ita Vmbertus Metropolita.

Innocentio IV. Pontifici Maximo de omni Chriſtiana Republica optimè merito, qui natali S. Ioannis Baptiſtæ anno MCCXLI. Pontifex renunciatus, die Apoſtolorum Principi ſacra coronatus, quum purpureo primus pileo Cardinales exornaſſet: Neapolim à Conrado euerſam S. P. reſtituendam curaſſet, innumeriſque aliis, præclarè & propè diuinè geſtis, Pontificatum ſuum quàm maximè illuſtrem reddidiſſet, anni MCCLIII. Beatæ Luciæ Virginis luce, hac luce ceſſit, Annibal de Capua Archiepiſcopus Capuanus in Sanctiſſimi viri memoriam aboletum vetuſtate epigramma reſtituit.

Sedit annos 11. menſes 5. & dies 12. Vacat Sedes dies 16.

Eius vitam ſcripſerunt, præter auctores communes Pontificios, Ioannes Diplouatarius, vel Diplouatius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Paulus Panſa, & Thomas Coſtus.

Inter Eccleſiaſticos ſcriptores enumeratur à Trithemio, Poſſeuino, Rupipozæo, Ciaconio, Platina, Ioanne Fichardo, Freymonio, Pancirola, Coccio, Genebrardo, Gualtero, Geſnero, Bellarmino, Petro Gerardo Patauino, Ioanne Tarchagnota, Italo, *part. 2. hiſt. Mundi l. 14.* Volaterrano *in Antropologia.* Petro Arcutio, Corcyræo *l. 6. de Concordia Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis.* Richardo VVichio, Anglo, Epiſcopo Ciceſtrenſi *in Epiſtolis ad Innocentium IV.* contra Regem Angliæ Henricum III. Eccleſiaſtica bona vſurpantem, Paulo

Morigia

Morigia *in Innocentio IV.* Claudio Hemeræo *lib. de Academia Parisiensi, cap.* 2. Bibliothecâ Classicâ Georgij Draudij, Carolo Sigonio *de Regno Italiæ lib.* 19. Iacobo Gretsero *aduersùs Philippum Mornæum*, Ioanne Pagæo *in Bibliotheca Præmonstratensi lib.* 2. *&* 3.

INNOCENTIVS V. antea Petrus de Tarentasia, Burgundus, Ordinis Prædicatorum, Papa 184. anno 1276. die 21. Ianuarij Aretij absens creatus, & Romæ in Basilica Vaticana die 22. Februarij coronatus, scripsit

In Pentateuchum Commentaria.

In Cantica Canticorum.

In Psalmos Dauidicos.

In Euangelia.

In Lucam.

In omnes Epistolas Paulinas lib. 14. incipiunt, *Principia rerum.* Sixto Senensi verò, *Vas electionis.* Asseruantur MSS. Cantabrigiæ in Bibl. publ. *vol.* 49. Tiguri etiam in publica. Cremonæ apud Augustinianos, Toleti apud Dominicanos Cœnobij S. Petri Martyris, & Bononiæ in communi Dominicanorũ Bibl.

In multos alios sacræ Scripturæ libros *Commentaria* etiam composuisse fertur.

Omnia D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici opera *in compendium* redegit. Item scripsit

Compendium Theologiæ. incip. *veritatis Theologicæ.* Prodiit Parisiis 1551. in 12. apud Audoënum Paruum. Tamen variis aliis auctoribus tribuitur; sed germanum opus Innocentij esse, ex variis auctoribus constat.

In Sententias lib. 4. incip. *Nunquid nosti ordinem.* Extant MSS. separatim diuersis in Bibliothecis, nempe Patauij apud Franciscanos Conuentuales S. Vrsulæ, *in secundum Sententiarum* in fol. sub nomine *Petri de Tacantasio.* Oxoniæ in Bibliotheca Lincolniensi. *In quartum Sententiarum vol.* 35. Cantabrigiæ in illa S. Petri 67. vnà cum S. Bonauentura Cardinali, Franciscano, Doctore Seraphico *in quartum Sententiarum.* Item in illa Penbrochiana *vol.* 160. sub hoc titulo: *Excerpta de Summa in lib. Sentent.*

S. Thomas Aquinas habet inter opuscula *Responsionem de*

Articulis centum & octo sumptis, & aliis *ex opere Petri de Tarentasia ad Fr. Ioan. Vercellensem Generalem Magistrum Ordinis Prædicatorum.*

De mundi æternitate, tractatum, seu lib. 1.

De intellectu & voluntate, lib. 1.

De formarum vnitate, lib. 1.

De cœli materia, lib. 1.

Orationem, quam habuit Lugduni coram cœtu Cardinalium in S. Bonauenturæ funere.

Obiit Romæ anno 1276. die 22. Iunij: sepultus in Basilica Constantiniana Laterani. Sedit menses 5. & dies 2. Vacat Sedes dies 20.

De laudibus Iacobus Seuertius, Ioannes Riuadellus, Seraphinus Razzius.

De eius doctrinâ testes habemus S. Thomam eius doctrinæ defensorem. Antonium Senensem *in Chron. Ord. Præd.* Bartholomæum Dominici Episcopum Comensem *ibid.* Bernardum è Castro S. Vincentij *ibid.* Albertum Castellanum *ibid.* Constantinum Fabriensem *ibid.* Felicem è Castro nouo, Bononiensem *ibid.* Ferdinandum de Castillo *ibid.* Galuanum Flammam, Mediolanensem *ibid.* Thomam Maluendam, Hispanum *ibid.* Guidonem Flonochetum *ibid.* Iacobum Suzatum *ibid.* Hieronymum Albertucium Bursellum, Bononiensem *ibid.* Leandrum Albertum *ibid.* Michaëlem Pium *de Ill. viris Ord. Præd* Petrum Loudetum, Sequanum *ibid.* Ambrosium Gazæum *ibid.* S. Antoninum *in Chron.* Bzouium *in Annal.* Ioannem de Ragusio *in oratione de communione sub vtraque specie*, Henricum Kalteisen, Germanum *in oratione in Concilio Basilienſi habita, de libera prædicatione Verbi Dei*, omnes Dominicanos. Ioannem de Polemar Barchinonensem *in oratione ibidem habita de ciuili dominio Clericorum*, Trithemium, Posseuinum, Bellarminum, Molanum, Schottum, Rupipozæum, Iustinianum, Genebrardum, Carbonem, Guilielmum Paradisum *in hist. Lugduni*, Claudium Rubizium *ibid.* Iacobum Seuertium *in Petro de Tarentasia*, Leonardum Saracenum *ibid.* Claudium Robertum *ibid.* Gesneri Bibliothecã, Ciaconium *in eius vita.*

INNOCENTIVS VI. antea Stephanus Aubertus, vel Alberti, patriâ Montensis, diœcesis Lemouicensis, Papa 198. anno 1352. die 28. Decembris Auenione creatus, & die 30. coronatus, scripsit

Sermones aliquot.

Decreta Ecclesiastica.

Institutiones quasdam Foroliuiensibus composuisse etiam fertur, teste Possevino.

Epistolarum volumina XV. aliis *XIX.* in Bibliotheca Vaticana asseruari compertum habetur.

Mortuus est Auenione, anno 1362. die 12. Septembris: sepultus in Ecclesia Carthusiana Villæ nouæ, vbi viuens sibi parauerat sepulchrum cum sequenti Epitaphio:

Hîc iacet Beatissimus Papa Innocentius Sextus, primus Fundator huius domus, qui obijt 1362. die verò 12. mensis Septembris, cuius anima requiescat in pace. Amen.

De rebus gestis Ioannes Sauaro in Originibus Claromontanis V. Stephanus Aubertus, Ægidius Romanus Cardinalis, Androicus de Rocca Cardinalis.

De scriptis Innocentij VI. Rupipozæus Episcopus Pictauiensis *in Cardinalium Nomenclatura*, Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* VVadingus *in Registro Pontificio tom. 3. Annal. Minorum, & in illo vitæ S. Petri Thomæ Aquitani, Carmelitæ, Patriarchæ Constantinopolitani*, Henricus Spondanus *in continuatione Baroniana.* Andreas Victorellus *ibid.* Ioannes Pagæus *lib. 3. Bibliothecæ Præmonstratensis.*

INNOCENTIVS VII. antea Cosmas Melioratus, Sulmonensis, Papa 203. anno 1404. die 17. Octobris creatus Romæ, & die 2. Nouembris coronatus, scripsit

Orationem grauissimam in consessu Cardinalium de Ecclesiastica vnione, habitam.

Epistolas item *quasdam*, ex Andrea Ducheſnio *in eius vitâ*, consule *tom. 5. Annal. Minorum* Lucæ VVadingi.

Migrauit anno 1406. die 6. Nouembris: sepultus in Basilica Vaticana B. Petri, in Sacello, S. Thomæ Apostolo dicato, cum sequenti Epitaphio:

Innocentio Septimo Pontifici Maximo, cùm negleeti eius sepul-

chri memoria penè interijſſet, Nicolaus V. Pontif. Maxim. reſtitui curauit. Sedit annos 2. & dies 21. Vacat Sedes dies 24.

De laudibus Innocentij Bartolus Lucanus, Henricus Langeſteyn, Ioannes Colton, Laurentius Beyerlinck, Antuerpienſis eum commemorat *lib. Apophthegm. Chriſt. pag.* 97. & 98. Apparatus Sacer Antonij Poſſeuini *v.I.* Andreas Ducheſnius *in eius vita.*

INNOCENTIVS VIII. antea Ioannes Baptiſta Cybo, Genuenſis, Papa 213. anno 1484. die 29. Auguſti creatus, & 12. Septembris Romæ in Vaticano coronatus, ſcripſit

Regulas, quas vidi MSS. in Bibliotheca Cœleſtinorum Auenionenſium.

Epiſtolarum volumen, Viennæ Auſtriæ in Bibliotheca Cæſarea MS. aſſeruatum, referente Poſſeuino *v.I.* Quædam leguntur *inter Epiſtolas* Angeli Politiani. Ei ſcripſit *Epiſtolas* Imperatorum Turcarum. Extant MSS. Romæ in Bibl. S. Mariæ in Vallicella.

Conſtitutiones Eccleſiaſticas, & litteras Apoſtolicas; quæ reperiuntur *in magno Bullario* Pauli Rubei, & *in alijs Collectionibus.*

Efflauit animam anno 1492. die 25. Iulij: tumulatus in Baſilica Vaticana San-petrana, ſub tumba ænea cum ſequenti inſcriptione ſepulchrali:

Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum, redime me Domine, & miſerere mei. Sedit annos 7. menſ. 10. & dies 27. Vacat ſedes dies 17.

De rebus geſtis & laudibus Innocentij Franciſcus Vialardus, Leonettus Epiſcopus Concordienſis, Robertus Guiba, Rector de Fliſco, Guilielmus Rouillius, Baptiſta Mantuanus, Carmelita; Bernardinus Caruaial, Cardinalis; Antonius Giraldinus, Ardicinus de la Porta, Ioannes Camerarius de Dalburg, Raphaël Volaterranus, Rodolphus Agricola, Angelus Politianus *Epiſt. ad Ioannem Petrum Vrbinatem Epiſcopum*, Vbertus Folieta, Ioannes Bruchardus, Titus Veſpaſianus Stroza, Ioannes Franciſcus Marlianus, Ioannes Neumhauſer, Bartholomæus Scala, Guilielmus Caor[illegible], Valaſcus Fernandus,

nandus, Petrus Cadoatus, Philippus Cheurerius.

De eius scriptis Balthasar VVerlinus, Colmariensis *in additionibus ad Trithemium*, Angelus Politianus *in Epist. ad Innocentium.* Ardicinus de la Porta, Episcopus Omutziensis, Cardinalis *ibid.* Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium*, Coccius *in Thesauro Catholico l.4. de Angelis, art.8.* Alphonsus Salmeron *tract.69.* Bibliotheca Gesneriana, Andreas Victorellus *addit. ad vitam Innocentij VIII.*

INNOCENTIVS IX. antea Ioannes Antonius Fachinettus, patriâ Bononiensis, Papa 231. anno 1591. die 30. Octobris creatus, & die 3. Nouembris in Vaticano coronatus, scripsit teste Possevino oculato *v.I.*

Moralia quædam.

Aduersùs Machiauellum.

In libros etiam Politicorum Platonis nonnulla, quæ MSS. apud hæredes dignè asseruantur.

Epistolas varias Latinè. Extant MSS. Viennæ in Bibl. Imper. Item *Constitutiones nonnullas.*

Moritur anno 1591. die 29. Decembris: sepelitur in Basilica Vaticana S. Petri. Sedit menses 2. Vacat Sedes mens. 1.

De Innocentio præter scriptores *vitarum Pontificiarum*, consule Angelum Roccam, Benedictum Iustinianum S. I. Cabreram, Laurentium Beyerlinck.

Hæc scripta memorantur ab eruditissimo Rupipozæo *in Nomenclatura Cardinalium*, Antonio Sandero *lib. de Claris Antonijs.* Andrea Ducheſnio *in eius vitâ.* Iosia Simlero Abbreuiatore *Bibliothecæ Gesnerianæ.*

S. IOANNES I. natione Tuscus, Papa 55. anno salutis 523. die 13. Augusti creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas, à Seuerino Binio egregiis notis illustratas *tom.3. Concil.* Extant etiam *tom.7. Annal.* Baronij, & *tom.1. Epistolarum Pontificiarum*; vnicam verò habet Franciscus Iouerius. Extant MSS. in Archiuo Arelatensi.

Decreta Ioannis habes apud Isidorum Mercatorem, Iuonem, Gratianum, Burchardum, Carranzam & alios recentiores.

Explicatio in Euangelia Dominicalia totius anni Ioannis

Papæ

Papæ veteris Romæ, olim in quadam Bibliotheca Constantinopolitana asseruabatur, teste Antonio Verdero; sed an sit istius Ioannis, vel alterius, nihil prorsus certi habeo.

Iosephus Pamphilius, Augustinianus, Episcopus Signinus, *in suo Augustiniano Chronico* nostro Ioanni perperam tribuit *librum de duabus naturis aduersùs Eutychem*, vt suprà *in Gelasio I.* demonstrauimus.

Martyrio coronatur Rauennæ anno 526. die 21. Maij, tandem eius sacrum corpus Romam delatum est die 27. Maij, collocatúmque in Vaticana Basilica S. Petri miraculis fulgens. Sedit annos 2. mens. 9. & dies 8. Vacat Sedes menses 2. & dies 3.

Eius insigne martyrium memoratur in Martyrologiis die 27. Maij, qui est translationis, sicuti *& l. 3. cap. 2. Dialogorum* S. Gregorij Magni.

De Epistolis testimonia habemus apud Thomam VValdensem, Carmelitam *tom. 2. de Sacramentis*, Genebrardum, Coriolanum, Camusium, Auzolium, Gualterum, Possevinum *in Apparatu sacro v. I.*

S. IOANNES II. cognomento Mercurius, Romanus, Papa 58. anno 531. mense Decembri creatus, & 22. Ianuarij coronatus ex Ciaconio, scripsit

Epistolas quinque, quæ leguntur *tom. 3. Concil.* cum Epistolis Responsoriis ad Ioannem, & *tom. 7. Annal.* Baronij. Inter has Epistolas, *vna* dirigitur ad Iustinianum Imperatorem, quam & in suum Codicem idem Imperator voluit referri *l. 8. cap. de Summa Trinitate, & fide Catholica.* Altera ad Senatores legitur *tom. 4. Bibliothecæ Patrum edit. 4.* Caroli Morelli.

Eius Concilium Romanum & Decreta extant *tom. 3. Concil.* & apud Gratianum, Iuonem, Isidorum, Burchard. & alios.

Decessit anno 535. die 26. Iunij ex Anastasio, sed aduersatur à Cardinali Baronio. Sepultus in Basilica Vaticana Sanpetrana cum sequentibus Epitaphiis è Petri Manlij monumentis desumptis.

I.

Hic tumulus vatis conseruat membra Ioannis,
Ordine Pontificum qui fertur iure secundus.

Licet

Licèt in extremis ſolers, fiduſque miniſter
Claruit, & primus iure Leuita fuit.
Miſſus ad Imperium vice Præſulis, extitit auctor,
Hunc memorant Synodus, Pontificiſque thronus.
Cum titulis fidei vigilantia quanta regendi
Commiſſas animas, ne lupus hoſtis oues
Carperet, ammixtus, premeret potentior vnam,
Iuſtitiam cunctos iuſſit habere parem.
Prouidus, humanus, ſummus, veruſque Sacerdos,
Nil temere, atque nimis, pondere cuncta gerens.

Hæc ibi, nonnihil, vt vides, deprauata. Porrò eius ſepulchro ſucceſſorem Agapetum hoc indidiſſe Epitaphium, ex ſequenti poſſumus intelligere.

II.

Mente piâ viuens Chriſti nutritus in aulâ,
Et ſolâ gaudens ſimplicitate boni.
Blandus in obſequijs, & puro plenus amore,
Pacificam vitam iure quietis agens.
Qui gratus populis, & celſo dignus honore
Sumpſiſti meritis Pontificale decus.
Commiſſúmque tibi paſcens, bonitate magiſtrâ,
Seruaſti cunctum ſub pietate gregem.
Pro quo ritè tuum venerans Agapetus honorem,
Præſtitit hæc tumulo munera grata tuo.
Qui nunc Antiſtes Romana celſus in vrbe,
Sedis Apoſtolicæ culmina ſacra tenet.

Sedit annos tres, ex ſupputatione Biniana, quam in omnibus & per omnia ſequimur.

De Epiſtolis loquuntur Epiphanius Epiſcopus Conſtantinopolitanus *in Epiſt. ad Ioannem.* S. Cæſarius, Cabilonenſis, Epiſcopus Arelatenſis *ibid.* Liberatus Diaconus *in Breuiario.* Andreas Alciatus I C. Mediolanenſis *l.* 4. *parerg.* 23. Iacobus Cuiacius Toloſanus I C. *l.* 12. Caſſiodorus *variar. l.* 11. *cap.* 2. Coccius *in Theſauro*, Bellarminus *l.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 14. *&* 170. Simon Bartelius *in Contumelioſo*, Nicolaus Coëffeteau *pag.* 317. Poſſeuinus *in Append. ad tom.* 1. *Apparat. v. I.* Ludouicus Carbo *de ſcript. ſacr. in* 3. *partem D. Thomæ cap.* 29.

Athalaricus Rex Italiæ *Epist. ad Ioannem* 2. quæ à Cassiodoro refertur, Alphonsus Ciaconius *in Ioanne* 11.

S. IOANNES III. cognomento Catellinus, Romanus, Papa 63. anno 559. die 27. Iunij creatus, & 17. Iulij consecratus, scripsit

Epistolas nonnullas, quarum vna habetur ad Edaldum Archiepiscopum 40. Viennensem, *in Bibliotheca Floriacensi*, Ioannis à Bosco, aliàs *du Bois, part. vlt. pag.* 10. & *tom.* 7. *Annal.* Baronij *ann.* 572. Altera *tom.* 4. *Concil.* cum Notis Binianis, sed commentitia; vt Baronius & Binius probant, aduersùs Isidorum Mercatorem primum huius Epistolæ approbatorem. Altera ad Episcopos Germaniæ & Galliæ citatur à Thoma Nettero, vulgò Valdensi Carmelita, *tom.* 2. *de sacramentis, cap.* 115. *pag. mihi* 201.

Annotatiuncula.

Quoad Epistolam Edaldo scriptam, aliqui tribuunt Ioanni V. aduersùs Ioannem à Bosco, & Baronium, vt verius; quia iste Edaldus vixisse compertum habemus anno 650 *vt liquidò constat ex Chronologijs Archiepiscoporum Viennensium Democharis, Lieurei, Chenutij, Petri Villarij, Claudij Roberti, & Iacobi Suvertij, ideo corrigendi (saluo meliori iudicio) Baronius, & Boscus, nisi sint duo Episcopi eiusdem nominis.*

Mortuus Romæ anno 572. die 13. Iulij, sepultus apud S. Petrum in Vaticano. Sedit annos 13. & dies 14. Vacat Sedes menses 10. & dies 3.

Possevinus *in Apparatu sacro v. I.* Coccius *in Thesauro.* Barbosa *in Decretum*, Genebrardus *l.* 3. *Chronolog.* Iacobus Gualterus *sæc.* 6. *col.* 1. *&* 5. Ekius *de Primatu Petri.* Andreas Duchesnius *in eius vita.* Ioannes Petrus Camusius *ibid.* Franciscus Longus à Coriolano *in Breuiario Chronol.* Alphonsus Ciaconius *in Clemente I. & in Ioanne III.* Anastasius Bibliothecarius *ibid.* Baptista Platina *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.*

IOANNES IV. natione Dalmata, patriâ Iaderensis, Papa 74. anno 640. aliis 639. die 25. aliis 31. Decembris creatus, & coronatus Romæ, scripsit

Epistolam

Epistolam ad Episcopos, & Presbyteros Scotiæ, de Paschate, more Catholico celebrando, & reuiuiscente Pelagiana hæresi diligenter cauenda. Extat *tom.*4. *Concil.* cum eius Concilio Romano: quo Echtesis Heraclij Imperatoris, necnon Monotheliterum hæresis condemnantur.

Moritur Romæ anno gratiæ 641. die 12. Octobris, sepelitur in Vaticano, more Prædecessorum. Sedit annum 1. mens. 9. & dies 6. Vacat Sedes mens. 1. & dies 13.

De hac Epistola loquuntur V. Beda *lib.*2. *cap.*19. *hist. Anglicanæ.* Theophanes Bizantius, Cardinalis Baronius *tom.*8. *Annal. ann.*639. *num.*6. Gilbertus Genebrardus Archiepiscopus Aquensis *in Chronolog.* Iacobus Gualterus *sæcul.*7. *col.*1. Bibliotheca abbreuiata *Gesneri.*

IOANNES V. Antiochenus, Papa 84. anno 685. die 22. vel 25. Iulij, creatus, & die 30. Romę coronatus, scripsit, teste Platina,

De Pallij dignitate libellum.

Epistolam ad Edaldum Archiepiscopum 40. Viennensem, vt suprà diximus, huic direxit *Epistolam* Iustinianus iunior Imperator, quæ suspecta esse videtur, ex Baronio, & Binio.

Decessit Romæ anno 686. die 2. Augusti, sepultus in Basilica Vaticana B. Petri. Sedit annum 1. & dies 9. Vacat Sedes mens. 2. & dies 18.

De rebus gestis Ioannes Riuadellus.

Ioannes Ekius, Theologus Celeberrimus *l.*3. *de Primatu S. Petri cap.*15. *pag. mihi* 19. eius scripta commemorat, & Alphonsus Ciaconius *in Ioanne V.* Anastasius *ibid.*

IOANNES VII. Græcus, patriâ Rossanus, Papa 88. anno 705. die 1. Martij creatus, & consecratus, scripsit

Epistolas nonnullas, præsertim ad Edilredrum & Alfridum Anglorum Reges, vt constat ex Beda *l.*5. *cap.*20. *hist. Angl.* & *tom.*5. *Concil.* legitur eius Concilium Romanum ad Instantiam Iustiniani Imperatoris pro Canonibus Sextæ Synodi confirmandis, vel reprobandis anno 705. Indictum *cum Notis* Binij.

Moritur anno 707. die 18. Octobris, sepelitúrque in Basilica Vaticana S. Petri. Sedit annos 2. menses 7. & dies 17. Vacat Sedes menses 3.

IOANNES VIII. Romanus, Papa 109. anno 872. die 14. Decembris creatus, & Romæ consecratus, scripsit *Epistolas quamplurimas ad diuersos*, quarum 312. *tom. 7. Concil.* leguntur cum eius Conciliis, & Commonitorio aduersùs Photium, ab ipso Photio tamen falsato, quod asseruatur MS. Græcè in Bibliothecis Regis Christianissimi, & Heildebergæ. Animaduertendum est, quòd sub nomine *Agapeti Papæ*, quædam eius Epistolæ reperiuntur, inter quas legi vnam *in vetere Cartulario* S. Marcelli Cabilonensis, quod MS. penes me asseruatur. Extant omnes MSS. in Vaticano.

Eius constitutio *de iure Cardinalium*, extat *tom. 7. Concil.* & *tom. 10. Annal.* Baronij *anno* 882. *num.* 8.

Migrauit Romæ anno 882. die 15. Decembris, sepultus ante Basilicam Vaticanam B. Petri, prope ianuam cum sequenti Epitaphio, ex Petro Manlio, desumpto.

Præsulis octaui requiescunt membra Ioannis,
Tegmine sub gelido marmorei tumuli.
Moribus vt paret fulsit qui mente beatus,
Altisonis comptúsque actibus & meritis.
Iudicij custos mansit, pietatis amator,
Dogmatis & veri plurima verba docens.
De segete ac Christi pepulit zizania sæpe,
Multaque per mundum semina fudit ouans.
Prudens & doctus verbo, linguáque peritus,
Solertem seséque omnibus exhibuit.
Et nunc cœlicolas cernit super astra phalanges,
Spretor enim mundi, possidet astra poli.

Sedit annos 10. & diem 1. Vacat Sedes dies 13.

Eius vitam scripserunt Petrus Guilielmus, Cardinalis, Martinus Polonus, Platina, Onuphrius, Ciaconius, Ducheſnius, & alij.

De Epistolis Ioannis VIII. Apparatus sacer *Possevini*. Leo Ostiensis *in Chron.* Aimonius *in hist. Franc.* Oderannus Monachus Senonensis *in Annal.* Papyrius Massonus *ibid.* Petrus Pithœus *ibid.* Flodoardus *in Hincmaro.* Iacobus Sirmondus *super Flodoardum.* Carolus Sigonius *de regno Italiæ.* Binius *in Appendice.* Nicolaus Camuzatus *in historia Trecensi.* Ioannes

nes Iacobus Chiffletius, Vesuntionensis *part. 2. suæ Vesuntionis Imperialis pag.* 182. Coccij *Thesaurus*, Petrus Cotton *lib. 2. Instit. Cathol. cap.* 14. Petrus de Marca, Carolus Caluus *in Epist. ad Ioannem VIII.* Constantinus Caietanus *comment. in Gelasij II. vitam.*

IOANNES IX. Tiburtinus, Benedictinus, Papa 117. anno 901. die 9. Septembris creatus, scripsit

Epistolas, quarum duæ habentur *tom. 7. Concil.* cum tribus eius Conciliis, & *tom. 10. Annal. Baronij.*

Obiit Romæ anno 905. sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio:

Ecclesiæ specimen, clarissima gemma bonorum,
Et mundi dominus hîc iacet eximius.
Ioannes meritis effulsit in ordine nonus,
Inter Apostolicos quem dedit Altitonans.
Concilijs docuit ternis qui dogma salutis
Obseruare, Deo munera sacra ferens.
Temporibus cuius nouitas abolita mali est,
Et firmata fides quam statuere Patres.
Qui moriturus eris, Lector, dic: Papa Ioannes
Cum Sanctis capiat regna beata Dei.

Sedit annos 3. & dies 15. Vacat Sedes diem 1.

De Epistolis Sigebertus Gemblacensis *anno* 903. Hieronymus Rubeus *in hist. Rauennæ*, Carolus Sigonius, Ioannes Minghinus.

IOANNES X. Cinthius, Romanus, Papa 124. anno 913. die 24. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolas varias, cui rescripserunt Constantinus VIII. Imperator Orientalis. Ordonius Rex Legionensis, Heribertus Comes Veromanduorum, S. Sisinandus Episcopus Compostellanus, & Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus.

Obiit, seu potiùs in carcere suffocatur, iussu Guidonis, Hugonis Imperatoris fratris, anno 928. Laterani sepultus.

De Epistolis consulendi sunt Ambrosius Morales *lib. 15. cap. 47. Chron. Hispaniæ.* Baronius *anno* 918. Spondanus *ibid.* Seuerinus Binius *in Appendice ad tom. 7. Concil.* Andreas Duchesnius *in eius vita.*

IOANNES XI. patriâ Romanus, Papa 127.anno salutis 931. die 11.Decembris creatus,scripsit

Epistolas, quarum duas possidebat Princeps historicorum nostræ ætatis Andreas Ducheſnius. Vtinam aliæ nobis forent notæ. Duo eius Concilia extant *in summa Concil.* Coriolani.

Obiit anno 936. Sepultus in Basilica Constantiniana Laterani. Sedit annos 5.& aliquot menses. Vacat Sedes dies 12.

Consule Ducheſnium *in vita Ioannis XI.*

IOANNES XII. antea Octauianus dictus, Romanus, Papa 132.anno 955.die 9.Ianuarij creatus,scripsit

Epistolas quasdam, præsertim ad S.Dunstanum Archiepiscopum 23. Cantuarienſem, quas recitant Guilielmus Malmesburienſis *de gestis Pontificiorum Anglorum*, in Dunstano. Baronius *anno* 960.& Binius *tom.7. Concil.* cum eius Concilio Romano notis illustrato. etiam Coriolanus *in summa Concil.*

Obiit 964.pridie Idus Maij: sepultus in Laterano,vt testatur Laërtius Cherubinus. Sedit annos 9.menses 3.dies 5. Vacat Sedes dies 12.

In eius defensionem scribit eruditissimus Ioseph Maria Suarezius Episcopus Vasionensis, consule etiam Petrum Guillermum *in eius vita*,& alios.

De Epistolis Osbertus Monachus, Anglus, *in vita S.Dunstani.* Sigebertus *in Chron.* Nicolaus Coëffeteau, Episcopus Massilienſis *aduersùs Philippum Pleſſæum Mornæum Caluinistam pag.*593.*& seqq.* Camus *in Ioanne.* Ducheſnius *ibid.* Alphonsus Ciaconius *ibid.*

IOANNES XIII. patriâ Romanus,Papa 134.anno 965.die 2. Octobris creatus,scripsit

Epistolas ad diuersos, quarum vnam referunt Guilielmus Malmesburienſis *lib.2.cap.8. de gestis Regum Angliæ*, & Baronius *ann.*971.*n.*2. Binius duo eius Concilia refert *tom.7. Concil.* Tria verò commemorat Franciscus Longus à Coriolano *in summa Conciliorum.*

Moritur Romæ anno 975. Sepelitur in Basilica S.Pauli extra Vrbem,viâ Ostienſi,cum sequenti Epitaphio:

Pontificis Summi hîc clauduntur membra Ioannis,
Qui prudens Pastor,persoluens debita mortis,

Illic

Istic præmonuit moriens sua membra locari,
Quô pietate Dei resolutus nexibus atris,
Eximij Pauli meritis conscendat in Æthra,
Inter Apostolicos, cælorum gaudia metat.
Gaudeat, exultet sociatus cælitùs almis.
Dicite corde pio, relegentes carmina cuncti:
Christe tui famuli miserus scelera purga,
Sanguine qui sancto redemisti crimine mundum.

Hic verò Summus Pontifex Ioannes in Apostolica Sede sedit annos 7. depositio eius 8. Idus Septembris ab Incarnatione Domini anno 972.

Ioanni scripsit *librum de sua in Presbyteros potestate*, Ethvvoldus VVentanus, Anglus, Episcopus VVinthonensis.

IOANNES XV. Romanus, Papa 139. anno 985. die 1. Augusti creatus, scripsit

Epistolas varias, quarum duæ leguntur, vna scilicet apud Papyrium Massonum *lib.* 5. *Annal.* vnâ cum *epistola* Hugonis ad Ioannem; altera ad omnes fideles de pace inter Angliæ Regem & Nortmannorum Ducem, composita per Leonem Vice-Episcopum Treuirensem, & legatione Apostolica fungentem, apud Guilielmum Malmesburiensem *lib.* 2. *cap.* 10. Baronium *anno* 990. *num.* 2. & Binium *tom.* 7. *Concil.* vnâ cum duobus eius Conciliis Romæ celebratis.

Obiit Romæ anno 996. die 7. Maij: sepultus apud S. Petrum, in Oratorio S. Mariæ, cum sequenti Epitaphio:

Clauditur hoc tumulo venerabilis ille Ioannes,
Qui legis sacræ diffundere nouerat amnes,
Egregius Doctor verbo quæcumque docebat,
Moribus, & vitâ, tribuens exempla, gerebat.
Hunc à Canonici districto iure rigoris,
Non timor, aut lucrum, non gratia flexit amoris.
Det Deus æternus cælorum lumine pasci,
Cui dat Roma mori, dederat benè gaudia nasci.
Quando vir iste obijt, si vis cognoscere verum,
Septima lux Maij fuit illi meta dierum.

Sedit annos 10. & aliquot menses. Vacauit Sedes Pontificia diem vnum.

IOAN

IOANNES XVII. aliis XVIII. cognomento Fasanus, aliis Fanassus, Romanus, Papa 143. anno 1003. die 30. Decembris creatus, scripsit

Epistolas quasdam tam ad Græcos, quàm ad alios, vt colligo *ex vita ipsius*, apud Ducheſnium; ei scribit *Epistolam* Fulbertus Episcopus Carnotensis.

Obiit Romæ anno 1009. die 18. Iulij, sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio, à Vegio desumpto.

Quàm solers Domino placuit? quàm mente modestâ
Præsul Apostolicus orbis & omne decus.
Hic statuit tumulo claudi sua membra sub isto,
Hæc eadem sperans vt sibi reddat humus.
Arduaqui fulsit cunctis per sydera cæli,
Augustis charus, gentibus, & tribubus.
Doctrinis comptus sacris, & dogmate claro,
Per patrias sanctas semina fudit ouans.
Nam Graios superans, Eois partibus vnam
(Schismata pellendo) reddidit Ecclesiam.
Principis hinc Petri; sed quisquis tendit ad aulam,
Die supplex, idem regnet vt arce poli.

Sedit annos 5. vel circiter. Vacat Sedes menſ. 1. & dies 13.

Eius vitam scripserunt Petrus Guiliermus, Martinus Polonus, Platina & alij.

De scriptis Chronicon Cassinense, Alphonsus Ciaconius *in Ioanne XVIII.* Andreas Ducheſnius *ibid.* Ferdinand. Vghellus *in addit. ad Ciaconium ad Ioannem XVIII.*

IOANNES XVIII. vel XIX. Romanus, ex Comitibus Tusculanis, Benedicti VIII. Papæ frater germanus, Monachus Benedictinus, Papa 146. anno 1024. die 29. Februarij Romæ creatus, scripsit

Epistolas, quarum quasdam asseruabat Andreas Ducheſnius, Regius Hiſtoriographus; quasdam etiam retulit in Notis *ad Bibliothecam Cluniacensem* in Odilone Abbate 5. huic scripsit S. Guilielmus Abbas 43. S. Benigni Diuionensis.

Obiit Romæ anno 1033. die 8. Nouembris, sepultus apud S. Petrum in Vaticano. Sedit annos 9. menſ. 8. & dies aliquot. Vacat Sedes dies 3. non verò 8. vt placet Platinæ; in noua editione

editione Ciaconiana ei tribuitur Epitaphium Ioannis VIII. suprà allatum.

De scriptis Alphonsus Ciaconius *in Ioanne XIX.*

IOANNES XIX. aliis XXI. antea Petrus Iulianus, aliàs Hispanus, Prouinciâ Lusitanus, patriâ Vlyssiponensis, Papa 186. anno 1276. die 13. vel 15. Septembris Viterbij creatus, & 21. coronatus in Cathedrali S. Laurentij, scripsit tanquam Philosophus & Medicus celeberrimus.

Summulas Logicales, quibus artis flexiones & diuerticula extricare procliue est. Extant *cum expositione* Versorij Parisiensis 1487. fol. & Venetiis 1572. 4. apud Franc. Sansouinum & Ferdinandi Enzinas. In has Summulas *Commentaria* ediderunt Petrus de Bruxellis vulgò *Crocatius* Ordinis Prædicatorum, Parisiis 1509. Gerardus Listrius, Rhenensis, Batauus Svvollæ 1520. 4. Nicolaus Orbellus, Gallus, Andeganensis, Franciscanus *lib.* 7. Petrus Tataretus, Parisiensis Theologus, Venetiis 1592. 8. & 1571. Matthæus de Bononia, Carmelitarum Generalis, Matthias Emich item Carmelita Germanus, Anderuacensis, Episcopus Cyrensis, Georgius Bruxellensis, & Thomas Bricotus Lugduni 1509. apud Iannotum de Campis. Extant MSS. Patauij in Biblioth. Nicolai Treuisani, S. Ioannis de Viridario in fol. *cum Commentarijs*, Blasij de Parma S. Antonij *cum expositione*, Magistri Simonis, & in illa Carmelitana Semuri apud Mandubios *cum* Anonymi *Commentarijs* in 4. Cremonæ in illa Augustinianorum *cum Commentarijs* Ioannis de Persico, Cremonensis, Augustiniani, Florentia in Medicea plut. 71.

Parua Logicalia, nuper in partes ac capita distincta, Venetiis 1593. 4.

Tractatus Logicales sex, cum copulatis elucidariis Magistrorum in Bursa Montis Coloniæ regentium. Coloniæ 1503. apud Henricum Quentelium.

Problemata quædam, Aristotelem imitatus lib. 1.

In Physiognomia Aristotelis. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca domus S. Petri *vol.* 54. *num.* 3.

Dialecticam. Extat MS. Patauij in Bibliotheca S. Ioannis in Viridario in fol. In hanc Dialecticam Christophorus

S Hegen

Hegendrophinus edidit *Dragmata* Basileæ apud Cratandrum 1540.4.

Commentaria in Isaacum de dietis vniuersalibus & particularibus. Extant cum operibus Isaaci Lugduni apud Bartholomæum Trost 1515. in fol. Extant MSS. Oxoniæ in Bibliotheca Collegij omnium animarum *vol.* 23.

Commentaria in eundem Isaacum de Vrinis, ibid. apud eundem.

Thesaurum pauperum, seu *de medendis humani corporis morbis*, per experimenta, euporista simplicia & particularia, librum empiricum, ex omni genere auctorum & experientia propria congestum, Lugduni apud Iacobum Myt 1525. *cum practica* Ioannis Serapionis, Parisiis apud Iacobum du Puys 1577. in 16. *cum Thesauro sanitatis* Ioannis Liebaultij, Diuionensis, Medici, qui eum altera parte ferè auxit. Francofurti apud Egenolphum 1576. & 1578. in 8. ex Guilielmi Adolphi Scribonij, Marpurgensis Medici, recognitione. Extat MS. Patauij in Biblioth. S. Mariæ in Auantio, quam variis Codicibus exornauit V. Cl. Iacobus Philippus Tomasinus mihi amicus, & in illa Ioannis Rhodij *fol.c. Latin.*4. *Ital.m.* Item apud Chariss. D. meum Gabrielem Naudæum 4. *pergam.* Cantabrigiæ in Bibl. publ. *vol.* 149. *num.*2. & in Archiuiis Collegij Caij *vol.* 171. *num.* 12.

De medenda podagra tractatum.

De oculis tractatum. Extat MS. Oxoniæ in Bibliotheca Collegij omnium animarum *vol.* 23.

De formatione hominis tractatum. Extat MS. Cantabrigiæ in Archiuiis Collegij Caij.

Super Tegnis & Hippocratem Glossas de natura puerorum. Extant MSS. Patauij in fol. apud Canonicos Lateranenses S. Ioannis de Viridario.

Canones Medicinæ lib. 1.

Concilium de tuenda valetudine ad Blancham matrem S. Ludouici. MS. in Bibl. Cl. V. G. Naudæi.

Epistolarum volumen in Vaticano MS. asseruatum.

Sermones prædicabiles, & quædam alia MSS. Cremonæ in Bibliotheca Augustinianorum.

Moritur

Moritur Viterbij anno 1277. die 19. Maij, sepelitur in Ecclesia Cathedrali S. Laurentio dicata, cum sequenti inscriptione sepulchrali.

Ioanni Lusitano XXI. Pontificatus maximi sui mense octauo moritur MCCLXXVII.

Sedit menses 8. & dies 4. Vacat Sedes menses 5. & dies 22.

Eius vita habetur apud Auctores Pontificios.

De eius scriptis Ioannes Trithemius *de script. Eccles.* Genebrardus *in Chron.* Posseuinus *in Bibliotheca selecta, l.* 12. *c.* 5. Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium.* Ioannes Antonius Vander-Lynden *de scriptis Medicis.* Israël Spachius *ibid.* Ioannes Georgius Schenkius à Graffenberg *ibid.* Paschalis Gallus *ibid.* Conradi Gesneri *Bibliotheca.* Paulus Bolduanus *in sua Bibliotheca Philosophica.* VVadingus *in Registro Pontif. tom.* 2. *Annal. Min.* Gabriel Naudæus *lib. de Antiquitate & dignitate scholæ Medicinæ Parisiensis*, Parisiis edito in 8. 1628 apud Ioan. Moreau *pag.* 39. Paulus Morigia *in Ioanne XXI.* Theatrum vitæ humanæ v. *Medici ex arte.* Ciaconius *in eius vita.*

IOANNES XX. vel XXII. antea Iacobus Deusa, vel Ossa dictus, Cadurcensis, Aquitanus, Papa 195. anno 1316. die 7. Augusti Lugduni in Ecclesia Dominicanorum creatus, & die 5. Septembris eiusdem anni coronatus, scripsit

De Contemptu mundi, libellum lucubrationibus spiritualibus illustratum, à Patritio Fattorio Turritano, *ex Apibus Vrbanis*, V. Cl. Leonis Allatij.

Artem metallorum transmutatoriam Latinè; tamen prodiit Gallicè incerto translatore Lugduni apud Macæum Bonhominem 1557. in 8. *ex Bibliotheca Gallicana* Antonij Verderi.

Sermones de Beata Virgine, quos asseruat MSS. V. Cl. Gabriel Naudæus, mihi amicissimus.

Sermones item alios de visione beatifica, seu faciali. Quorum exordium est: *Memento te operum Patrum, quæ fecerunt in generationibus suis*, &c. Asseruantur MSS. Cantabrigiæ in Bibliotheca publica *vol.* 179.

Retractationem de quæstione, *Num animæ Sanctorum non fruantur Dei visione ante iudicium extremum.* Extat apud

Ioannem Villanum *lib.* 11. *cap.* 19. *Historia Florentinæ.*

Eius *Regesti* volumina complura in Bibliothecis Vaticana. Fuxiensi, Barberina Auenionensi & alibi asseruantur MSS.

Constitutiones viginti Apostolicas, quas appellare decreuit *Extrauagantes.* Podierunt Rothomagi 1519. in 12. *cum eius vita.* Venetiis 1591. in 8. cum Glossis suæ integritati restitutæ ad exempla Romanorum diligenter recognitæ, Lugduni 1584. in fol. Francofurti 1586. in 8. & alij. Extant MSS. in Vaticano. Oxoniæ in Bibl. Collegij Noui *vol.* 117. & in illa Ecclesiæ Cameracensis. In has Constitutiones scripsit Robertus Alyngton, Anglus, & alij.

Eius *Bullarium* extat in Vaticano. Sed variæ apud varios leguntur.

Moritur Auenione anno 1334. die 4. Decembris: ibidémque sepelitur in Ecclesia Cathedrali S. Mariæ de Donis. Sedit annos 18. mens. 3. & dies 28. Vacat Sedes dies 17.

De rebus gestis Ioannis XXII. Symphorianus Champerius, Petrus Frizon, Franciscus Bosquet, Iosephus Maria Suarezius, & *in Apologia pro Ioanne XXII.* vt nos monuit per Epistolam, Iacobus Fontanus, Brugensis, Ioannes Georgius Hennartus, Pelagius Aluarus, Guilielmus Ochamus.

Eius scripta memorantur à Ioanne Columna *in Mari Historiarum.* Rupipozæo *in Nomenclatura Cardinalium*, Ioanne Azorio *lib.* 13. *Institut. moral.* Coccio *in Thesauro.* Auentino *l.* 7. Frizone *in Gallia Purpurata*, Ioanne Dubrauio *in Historia Bohemica.* Vladislao Rege Poloniæ *Epist. ad Ioannem XXII.* Bibliotheca Gesneriana, Alphonso Ciaconio *in eius vita*, Ioanne Pagæo *lib.* 3. *Bibliothecæ Præmonstratensis.*

IOANNES XXIII. antea Balthasar Cossa, Neapolitanus, Papa 206. anno 1410. die 17. Maij Bononiæ creatus, & die 25. coronatus, scripsit

De varietate fortunæ librum 1. carminicè.

Epistolas quasdam, quarum quædam leguntur in Concilio Constantiensi *tom.* 7. *Concil.* Binij, MSS. in Vaticano.

Decessit Florentiæ anno 1419. ibidémque sepultus in Baptisterio S. Ioanni dicato, prope Cathedralem, cum sequenti inscriptione, quam sic accepi:

Ioannes

Ioannes quondam Papa XXIII. Obijt Florentiæ anno Domini MCCCCXVIIII. XI. Calendas Ianuarij.

Sedit legitimè annos 6. & dies 15. postea depositus in Concilio Constantiensi die 29. anno 1416.

Præter auctores, qui vitas Pontificias ediderunt, consule Theodoricum à Niem, Enguerrandum Monstreletum *volum. 1. cap. 62.* Elogia Antonij Sanderi, Formam resignationis, Ioannis XXIII. Garimbertum *lib. 4. rerum à Pontif. & Cardinal. gestarum cap. 5.*

De scriptis testantur Henricus Ludouicus Castaneus, Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium*, Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegmat. Christian.* Henricus Spondanus *in Annal. Eccles.* Abrahamus Bzouius *ibid.* Seuerinus Binius *in Concilio Constantiensi.* Bibliotheca Gesneriana, Annales Seruorum *centuria 2.* Lucas VVadingus *in Registro Pontificio tom. 5. Annalium Minorum*, Pagæus *lib. 3. Bibliothecæ Ordinis sui.*

S. IVLIVS I. Romanus, Papa 35. anno 336. die 15. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolas Decretales quasdam; quarum duæ leguntur *in Apologia 2.* D. Anastasij, & *tom. 1. Conciliorum* cum Notis Binij, & Epistolis responsoriis ad Iulium. Quoad Epistolam verò Iulio I. falsò tributam ad Dionysium Corinthi Episcopum *de Incarnatione Domini* directam, non est Iulij Papæ, sed Arrianorum, vel Apollinaris viri hæretici; vt validis rationibus probant Leontius Aduocatus Bizantius *in Commentario de sectis act. 8. 9. & 10. opinioni Gennadij de scriptoribus Ecclesiæ cap. 2.* contradicens, & Euagrius *l. 3. cap. 31. & seqq. & 341. num. 59.* Binio in Notis primæ Epistolæ *tom. 1. Concil.* cum eius Concilio Romano; & Alphonso Ciaconio *in Iulij vita.*

Decreta Iulij apud Iuonem, Gratianum, Isidorum Mercatorem, Burchardum Episcopum VVormatiensem & alios Decretorum Collectores.

Obiit Romæ 352. die 12. Aprilis: sepultus in cœmeterio Callepodij, viâ Aureliâ. Sedit annos 15. mens. 5. & dies 17. Vacat Sedes dies 25.

De eius Epistolis testimonia perhibent S. Cyrillus *in Apologetico,*

get. pro duodecim capitibus aduersùs Orientales Episcopos. Concilium Ephesinum *act.* 1. Illud Chalcedonense *part.* 2. *act.* 1. Genebrardus *libr.* 3. *Chronogr.* Bellarminus *lib.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 14. *&* 17. Ioannes Morinus, Blesensis *in hist. Ecclesiæ part.* 3. *cap.* 11. Coccius *in Thesauro*, Apparatus sacer Possevini *v. I.* Gualterus *sæc.* 4. *col.* 1. Coriolanus *in summa Concil. præl.* 10. *de Summo Pont. Rom. assert.* 1. *pag.* 77. *& in Annot. ad Canones Apost.* Bibliotheca Gesneriana, Gennadius, Alphonsus Ciaconius *in Iulio I.* Vincentius Lirinensis *aduersùs hæres.* Felix II. Papa *in Epistola ad Ægyptios*, Theodoretus *lib.* 2. *cap.* 4. Socrates *lib.* 2. *cap.* 15. *&* 17. Sozomenus *lib.* 3. *cap.* 8. *&* 10. Nicephorus *lib.* 9. *cap.* 6. 8. *&* 10.

IVLIVS II. antea Iulianus de Ruuere, Sauonensis, Papa 217. anno 1503. die 1. Nouembris creatus, & 26. Romæ coronatus, scripsit ex officio

Literas Apostolicas, & Constitutiones Ecclesiasticas, quæ leguntur *tom.* 7. *Concil.* Binij, & *in Collectione Constitutionum* Romæ 1679. edita. Petrus Andreas Gammarus, Bononiensis IC. *Comment. in Extrauagantes Iulij II. super electione Simoniaca Papæ.*

Decessit Romæ anno 1513. die 21. Februarij: sepultus in Vaticano iuxta corpus Sixti IV. eius auunculi. Sedit annos 9. mens. 3. & dies 29. Vacat Sedes dies 10. aliis 23 aliis 18.

Præter vitarum Pontificiarum scriptores consulendi sunt Baptista Mantuanus Carmelita, Adrianus Castellensis Cardinalis, Marcus Vigerius Cardinalis, Angelus Anachoreta, Angelus Fundius, Iulij Dialogus, Godofredus Boussardus, Ioannes Antonius Flaminius, Petrus Flores, Rodolphus Tracinthus, Vbertus Folieta, Paris Crassus, Ægidius Cardinalis Viterbiensis, Hieronymus Donatus, Didacus Pacettus, Ioannes Iacobus Guicciardinus.

Iodocus Coccius Theologus celebris *in thesauro Eccles.* inter sacros scriptores enumerat *lib.* 7. *art.* 7. de litteris consule Alphonsum Ciaconium *in vita Iulij II.* Andream Victorellum *addit. ad Ciaconium*, Ioannem Pagæum *lib.* 3. *Bibliotheca Præmonstratensis.*

IVLIVS III. antea Ioannes Maria de Monte, Romanus, Papa

Papa 222.anno 1550.die 7. Februarij creatus, & 22. Romæ coronatus, scripsit

Orationes, quas habuit in Conciliis Lateranensi, & Tridentino.

Alias etiam complures, quas habuit coram Summis Pontificibus, & Eminentissimorum Cardinalium Collegio.

Epistolas, præsertim ad Marcellum Ceruinum tunc Cardinalem, postea Papam. Ægidium Cardinalem Viterbiensem, Reges & Principes, quas legi *inter Epistolas Principum*, Venenetiis apud Ioannem Zilettum 1580. in 8. Italicè editas.

Constitutiones & litteras Apostolicas, quæ leguntur *in Collectionibus & Bullarijs.*

Obiit Romæ anno 1555. die 23. Martij: sepultus ad S. Petrum ad Vincula, in sepulchro marmoreo munificentissimè exornato, absque tamen vlla inscriptione. Vixit annos 67. menses 6. & dies 4. Sedit annos 5. mens. 1. & dies 17. Vacat Sedes dies 17.

De laudibus Iulij III. Ianus Vitalis, Hilarion Costæus, Guilielmus Rouilius, Petrus Victor Italus, Robertus Politianus Cardinalis, Seraphinus Ecclesianus, Antonius Franciscus Rainerius, Ioannes Antonius Delphinus, Anonymus *in Bibl.* Ducis Altempsij.

De eius lucubrationibus Henricus Ludouicus Cassanæus, Rupipozæus, Episcopus Pictauiensis *in Nomenclatura Cardinalium*, Marcellus II. Papa *in Epist. ad Iulium III.* Andreas du Saussay *in Supplemento Martyrologij Gallicani ad diem 17. Iulij pag. mihi* 1147. Concilium Tridentinum Louanij in fol. editum. Alphonsus Ciaconius *in Iulio III.* Andreas Victorellus *ibid.* Panuinius *ibid.* Antonius Carracciolus *lib. 3. cap. vlt. vitæ Pauli IV.*

L.

SANCTVS LEO I. cognomento *Magnus*, natione Tuscus, Papa 47. anno 440. die 18. Maij creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Homilias

Homilias eloquentissimas 97. de præcipuis Domini & Sanctorum solemnitatibus. Quæ prodierunt Venetiis 1533. in 8. Louanij 1566. apud Hieronymum VVellæum, *studio Petri Canisij S.I.* vbi Leonis elogium præfixit. Coloniæ 1368. typis Ioan. Kirchmanni *operâ Laurentij Surij, Carthusiani Colonien-sis.* Antuerpiæ 1583. typis Philippi Nutij *studio Canonicorum Regularium S. Martini Louanien-sis.* Parisiis typis Sebastiani Cramoysi 1618. & 1623. fol. *studio Ioannis VVimmerij v. I.* D. Louanien-sis, & 1639. apud Hadrianum Moreau fol. *opera R.P. Theophili Rainaudi.* Lugduni typis Claudij Landry *studio Theophili Rainaudi S.I. Theologi* 1623. & 1633. fol. Rodierunt etiam cum aliis operibus *opera Gerardi Vossij Bolchlo-nij.* Quædam prodierunt Gallicè Parisiis apud Abelem Langelier, *Interprete I. Bertaut Episcopo Sagien-si.* Extant MS S. in Vaticano, Patauij in Bibliothecis S. Iustinæ, & PP. Augustinianorum. Vrbini in illa Ducis, Cæsenæ in Flaminia *num.* 47. Oxoniæ in illa Collegij Noui *vol.* 8. Balliol. 130. & animarum 25. Florentiæ in Medicea *pluteo* 17. & 21.

Epistolas Decretales & familiares 110. ad diuersos; quæ prodierunt. Coloniæ 1548. in 12. & 1558. in fol. *studio Laurentij Surij Carthusiani.* Louanij 1566. in 4. Antuerpiæ 1583. 8. & Lugduni 1623. & 1633. fol. Gorlicij 1582. 8. *studio Martini Molleri Germani.* Parisiis 1623. Duæ separatim excusæ sunt Tiguri 1571. typis Froschoueri. Sex *ex Codice Cardinalis Sirleti* cum Notis Cl. V. Gerardi Vossij, nunquam antea editæ. Triginta habentur *tom.* 3. *Conciliorum.* Viginti & vna verò *in opere Homiliarum*, quas è SS. Patribus collegit Alcuinus. Extant MSS. Pisauri in Bibliotheca Ducis, Arelati in Archiuo Ecclesiæ Cathedralis.

Tractatum aduersùs errores Eutychetis & aliorum hæreticorũ. Prodiit Lugduni ex officina Landriana 1623. & 1633. ad calcem operum S. Leonis *studio R. P. Theophili Raynaudi.* Extat MS. in Vaticano *num.* 23. & 46. incip. *Ad Ecclesiæ filios*, &c.

Enchiridion S. Leonis Papæ Lugduni 1610. in 24.

Enarrationem in passionem. Louanij 1600. 8. *studio Guilielmi Fabricij Nouiomagi.*

Isagogen, siue *Introductionem* in eandem, adiectis annotationibus

tionibus *dicti Fabricij* ibid.apud Ioannem Masium 1600. 8.

Aduersùs Eutychetem libros 2. incipiunt, *Sicut peritorum dilectiss.* ex Ioanne Trithemio.

De Symbolo Nicæno, lib. 1. *Credimus in Deum.*

Ad Leonem Augustum testimonium, lib. 1. *Vnum igitur hoc immob.*

Ad Inquisitiones Ianuarij Episcopi lib. 1. *Nulla ratio finit vt in.*

Confessionem Leonis I. Coloniæ 1604.8. apud Mylium, *studio Theodori Petrei Campensis, Carthusiani.*

De Incarnatione Verbi Commentarium aduersùs Pelagianos ab Eutychianis corruptum esse firmatur. Extat MS. Græcè & Latinè *in Bibliotheca Bodleiana.*

Sententias, quæ in Concilio II. Arausicano comperiuntur ex Posseuino.

De libro de conflictu virtutum & vitiorum, vide quæ diximus *in S. Gregorio Magno.*

Epistolam de translatione S. Iacobi Apostoli dicitur asseruari Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti *num.* 41. si credimus Thomæ Iames Hæretico.

Sermones ex Sermonibus S. Leonis Papæ de passione Domini. Auctore Petro Dorlando Carthusiano.

Eius *Decreta* & Concilia leguntur *tom. 2. Concil.* Binij, apud Gratianum, Isidorum, Burchardum, Laërtium Cherubinum *in Magno Bullario Romæ* 1638. *edito.* & alios, Ioannes etiam Fabricius, Nouiomagus edidit *D. Leonis Magni enarrationem in Passionem Dominicam*, digestam iuxta ordinem Euangelicæ narrationis. Item

Isagogen, siue *Introductionem in eãdem*, è D. Leonis similiter operibus concinnatam. Adiectis suis annotationibus, Louanij apud Ioannem Masium 1600. in 8.

Obiit Romæ anno 461. die 11. Aprilis, sepultus in Basilica Vaticana S. Petri cum sequenti Epitaphio.

Huius Apostolici primum est hic corpus humatum,
Quòd foret & tumulo dignus in arce Petri.
Hunc vatum procerúmque cohors, quæ cernis adesse,
Membra sub egregiâ sunt adoperta domo.

Sed dudum, vt Pastor Magnus Leo, septa, gregémque
Christicolam seruans ianitor arcis erat.
Commonet è tumulo, quod gesserat ipse superstes,
Insidians ne lupus vastet ouile Dei.
Testantur missi pro recto dogmate libri,
Quos pia corda colunt, quos praua turba timet.
Rugijt, & pauida stupuerunt corda ferarum,
Pastorisque sui iussa sequuntur oues.
Hic tamen extremo iacuit sub marmore templi,
Quem iam Pontificum plura sepulchra celant.
Sergius Antistes diuino impulsus amore
Nunc in fronte sacræ transtulit inde domus.
Exornans rutilam pretioso marmore tumbam,
In quâ poscentes mira superna vident.
Et quia præmicuit miris virtutibus olim,
Vltima Pontificis gloria maior erit.

Sedit annos 20. menses 10. & dies 6. Vacat Sedes menses 7. & diem vnum.

De rebus gestis consule Auctores *vitarum Pontificiarum*, Gregorium Monachum, Petrum Diaconum.

De eius tandem scriptis, præter Auctores de scriptoribus Ecclesiasticis, legendi Flauianus Episcopus Constantinopolitanus *in Epist. ad Leonem*. Petrus Chrysologus Episcopus 19. Rauennas *ibid.* Valentinianus, Marcianus, & Pulcheria Imperatores *ibid.* Theodorus Diaconus *ibid.* Ischyrio Diaconus *ibid.* Athanasius Presbyter Alexandrinus *ibid.* Sophronius *ibid.* Paschasinus Sicilienſis *ibid.* Proterius Alexandrinus Episcopus *ibid.* S. Anatolius Episcopus Constantinopolitanus, non verò Vesontionensis, vt placet Dempstero *ibid.* Theodorus Episcopus Asianus *ibid.* Eusebius Episcopus 20. Mediolanensis *ibid.* Paschasius Diaconus *ibid.* Geretius Salonius & Verannius Episcopi Galliæ *ibid.* Metropolis Arelatensis *ibid.* S. Eulogius Episcopus Alexandrinus *lib. in quo partes S. Leonis tuentur pro vnione hypostatica.* Eustathius Beryti Episcopus *in Apologia pro Epistola B. Leonis aduersùs Timotheum Elurum*, S. Baccharius Macæus, Scotus, S. Patricij Discipulus *lib. de peregrinatione ad Leonem I.* Concilium Chalcedonense, Simplicius

plicius Papa *in Epistolis.* Vigilius Papa *ibid.* Pelagius Papa *ibid.* Agatho I. *ibid.* Zacharias Papa *ibid.* Nicolaus I. *ibid.* Theodoretus *ibid. & in hist. Eccl.* Concilia, Constantinopolitanum VII. & Bracarense I. Theatrum vitæ humanæ *lib.* 1. v. *Theologi,* Ioannes Pagæus *in Bibliotheca Præmonstratensi lib.* 1. *sectione* 13.

S. LEO II. Siculus Canonicus Regularis, Papa 82. anno salutis 683. die 15. Augusti, Ciaconio, 11. Augusti 682. creatus, scripsit

Epistolas varias, licèt tamen paucas habeamus: nam quinque dumtaxat leguntur *tom.* 5. *Concil.* cum Notis Seuerini Binij, è Codice Toletano MS. desumptæ, & *tom.* 8. *Annal.* Baronij, qui eas tanquam spurias reiicit. Constat tamen *Canone* 2. Concilij XIV. Toletani, eum scripsisse Epistolam ad Episcopos Hispaniæ, & ad eos acta Synodalia integra transmisisse, quæ hactenus sunt in obscuro. Sicuti & *Epistolam* ad Constantinum, quæ perperam à quibusdam Leoni primo tribuitur.

Synodum œcumenicam Constantinopolitanam è Græco in Latinum vertit, testibus Trithemio & Binio.

Hymnos Ecclesiasticos ad meliorem concentum redegit ex Platina. Sed ex Anastasio Bibliothecario colligitur eum varia scripsisse *prosâ & metro* Græcè & Latinè; cuius tandem argumenti sint, nihil habeo explorati.

Decreta Ecclesiastica, quæ reperiuntur apud Collectores.

Obiit Romæ anno 684. die 28. Iunij, sepultus apud S. Petrum in Vaticano. Sedit menses 10. & dies 8. Vacat Sedes mens. 1. & dies 22.

De scriptis Constantinus Pogonus Imperator *in Epist. ad Leonem II.* Apparatus sacer Posseuini, Gualterus *sæc.* 7. *verit.* 12. §. 6. Coccius *in Thesauro Catholico.* Genebrardus, Volaterranus, Bellarminus, Gesnerus, Marianus Scotus *in Clemente,* Alphonsus Ciaconius *in Leone II.* Andreas Victorellus *ibid.*

LEO III. Romanus, Papa 98. anno 795. die 26. Decembris creatus, & 27. consecratus Romæ, scripsit

Enchiridionem, contra omnia mundi pericula, ex Apologia Gabrielis Naudæi *pag.* 546.

Epistolas quatuor, quarum tres referunt Binius *tom.* 6. *Concil.* cum Notis & eius Concilio Romano. Baronius *tom.* 9. *Annal. ann.* 796. *n.* 22. *& seqq. &* 799. *n.* 11. Quartam verò refert Ioannes Lieuræus in Volferio 51. Archiepiscopi Viennensi *pag.* 188. Vtinam aliæ essent nobis notæ.

Quædam Decreta apud Gratianum & alios Decretorum Collectores.

Migrauit Romæ anno 816. die 16. Iunij: sepultus in Basilica Vaticana B. Petri Apostoli. Sedit annos 20. mens. 5. & dies 17. Vacat Sedes dies 10.

Præter auctores, qui *de vitis Romanorum Pontificum* scripserunt, consulendi sunt Ferius Hilpericus, & Alcuinus, de quibus *in nostro libro secundo.*

Epistolæ Leonis memorantur ab Albino Flacco, seu Alcuino *in Epist. ad Leonem.* Platone Incluso, & Theodoro Studitâ *ibid.* Synodo Constantinopolitanâ per Nicephorum Patriarcham *ibid.* Carolo Magno per Smaragdum *ibid.* Kenulpho Angliæ Rege *ibid.* Eginardo *in vita Caroli Magni.* S. Ludgero Episcopo 1. Monasterienſi *in Epistola ad Xixfridum Episcopum* 7. *Traiectensem.* Petro Lombardo Episcopo 69. Parisiensi *lib.* 1. *dist.* 11. Michaële Studitâ *in vita Theodori.* Theophane *in Annalibus.* Francisco Biuario Monacho Ord. Cistercij *in addit. ad Chronicon Flauij Lucij Dextri.* Trithemio, Bernardo Barili, Taurinensi *disquis.* 2. *§. vnic. de lege municipali in indigenas, n.* 35 *pag.* 113. Bibliothecâ Gesnerianâ, Ciaconio *in Leone III.*

S. Læo IV. Romanus, Benedictinus, monasterij 85. Syluestri & Martini de Montibus, nunc Ordinis Carmelitarum, Papa 105. anno 847. die 12. Aprilis creatus, & die 27. Maij consecratus, scripsit

Homiliam de cura pastorali, eiusve officio ac munere, quam per Episcopos omnibus Sacerdotibus curam animarum gerentibus intimari voluit. Extat *tom.* 6. *Concil.* & *tom.* 10. *Annal.* Baronij, & apud *Anselmum Lucensem Episcopum*, qui eam accepit è Bibl. Vaticana, ex Codice, qui inscribitur, *Liber Censuum.*

Varias

Varias Epistolas, quæ asseruabantur in Bibliotheca eruditissimi Guilielmi Cardinalis Sirleti. Duæ solummodò leguntur *tom.6.Concil.* cum eius Concilio Romano, & *tom.10.Annal.*Baronij.

Decreta Leonis apud Iuonem Gratianum. Anselmum Lucensem *lib.3.cap.vlt.* Panormitanum *lib.2.cap.149.* Paludanum *p.3.tit.20.*

Collectas tres de S.Petro, quibus vtitur Ecclesia Catholica.

Obiit Romæ anno 855. die 17.Iulij: sepultus, more prædecessorum, in Vaticano. Sedit annos 8.mens.3. & dies 15. Eius memoria celebratur *in Martyrologio Gallicano.* Andreæ du Saussay die 17.Iulij *in Supplem.*

De scriptis Genebrardus *in Chron.* Coccius *in Thesauro*, Ioannes Ekius *de Primatu B.Petri.* Sigebertus *in Chron.* Anastasius *in eius vita.* Flodoardus *in Hincmaro Remensi.* Nicolaus Camusatus, Trecensis *in S.Prudentio Episcopo 37. Trecensi.* Claudius Robertus *ibid.*Tomus 11.*Epistolarum Pontificiarum.* Iacobus Gualterus *sæcul.9.col.1.*Apparatus sacer *Possevini.*

LEO VI. ex familia Gemina, quæ postea sanguinea dicta est, Romanus, Papa 125.anno salutis 928.die 9.Aprilis ex Ciaconio creatus,scripsit,teste Ioanne Lieuræo,

Epistolam ad Leodegarium Archiepiscopum 60. Viennensem, datam per manum Petri Sacri Lateranensis Palatij Cancellarij 5.*Idus Maij.*

Obiit Romæ anno 929.Sepultus in Basilica Vaticana Sanpetrana. Sedit menses 6.& dies 15.

LEO VIII.Romanus,Papa 128.anno gratiæ 936.die 27.Octobris Romæ creatus,scripsisse comperio

Epistolas varias,præsertim ad S.Odonem Abbatem 2.Cluniacensem quatuor,quas possidebat Andreas Ducheснius, vt testatur *in vita Leonis.* Item ad Egilulphum Salisburgensem, Eisengrinum Regmoburgensem, Lambertum Frisingensem, & Starchandum Eistatensem, Episcopos Germaniæ *de causa fidei.*

Mortuus est Romæ anno 939. Sepultus in Vaticano. Sedit annos 3.& mens.6.Vacat Sedes dies 3.ex Platina.

S.LEO IX. antea Bruno Comes Dagspurgensis, Gallo-germanus,

manus, Papa 151. anno 1049. die 12. Februarij creatus, scripsit ad Constantinum Monachum Imperatorem

De extirpandis hæresibus, lib. 1.

Ad Patriarcham Constantinopolitanum, lib. 1.

Epistolas quamplurimas, quarum quædam leguntur apud Binium *tom.* 7. *Concil.* cum eius Conciliis, & duobus eiusdem diplomatibus, & Baronium *tom.* 11. *Annal.* & Laurentium Surium Carthusianum.

Ad Græcos librum luculento sermone Euangelicis & Canonicis testimoniis destruentem eorum errores, & Catholicæ Ecclesiæ fidem astruentem. Reperitur inter Epistolas.

Ad Episcopos Africæ & Ægypti, lib. 1.

Sermones, seu *Homilias* Louanij 1565. Coloniæ 1568. ex officina Ioannis Birckmanni, *studio Laurentij Surij.* Tandem Antuerpiæ 1583. *studio Canonicorum Regularium S. Martini Louanij*, vnà cum nostri Leonis operibus è MSS. Codicibus emendatis.

Responsoria in veneratione Martyris Cypriaci & Hidulphi Archiepiscopi 59. Treuirensis, B. Odiliæ Virginis, & B. Gregorij Doctoris & Pontificis Anglorum Apostoli. Item

Sigefridi Abbatis Gorzienſis precibus composuit B. Gregorij, aliis Gorgonij Presbyteri Martyris, *nocturnalia Responsoria* metis transiens.

Obiit Romæ anno 1054. die 19. Aprilis: sepultus in Vaticano iuxta sepulchrum S. Gregorij Magni cum sequenti inscriptione:

Victrix Roma dolet nono viduata Leone
Ex multis talem non habitura Patrem.

Sedit annos quinque, menses duos, & dies octo. Vacat Sedes menses 11. & dies 24.

De vita & laudibus Leonis VVibertus Archidiaconus, Anselmus Remensis, Augustinus Bontemps, Martyrologia Romanum, Gallicanum, & Benedictinum.

De scriptis Leonis IX. Victor Papa III. *lib. Dialogorum.* Leo Ostiensis *in Chron. Casinensi*, Chronicon *S. Benigni Diuionensis.* Sigebertus *in Catal.* Trithemius *ibid. & de Ill. viris Ord. S. Benedicti.* Antonius Yepes *in Annal. Benedict.* Arnoldus

dus Vuion *in Ligno vitæ*. Guitmundus Auersanus *in Commentario de corpore & sanguine Christi*. Guilielmus Gemmeticensis Monachus *l. 7. cap. 15.* Apparatus Possevini *v. L.* & alij quamplurimi, Bibliotheca Gesneriana, S. Egebertus Abbas Fuldensis *Epistolis ad Leonem IX.* Ioannis Molani *Bibliotheca materiarum, v. Græci.*

LEO X. antea Ioannes de Medicis, Florentinus, Papa 218. anno 1513. die 11. Ciaconio 15. Martij creatus, & 19. Romæ coronatus, eodem Ciaconio die 11. Aprilis, scripsit

Epistolas elegantissimas, ex Rupipozæo. Sed sunt Petri Bembi Cardinalis.

Versus nonnullos.

Quoad *Litteras Apostolicas* & *Constitutiones Ecclesiasticas* consule Binium *tom. 9. Concil.* in Concilio Lateranensi, Laertium Cherubinum *in Bullario Magno.* Rodericum, Confettium, Ekium *de Primatu Petri l. 1. cap. 42.* & alios.

Obiit Romæ anno 1521. die 1. Decembris, sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio.

Leonis X. Pont. Max. depositum.
Deliciæ humani generis Leo maxime tecum
Vt simul illuxere, interiere simul.

Sedit annos octo, menses 8. & dies 20. Vacat Sedes menses 1. & dies 6. Deinde tempore Pauli III. translatus in Ecclesiam Dominicanorum S. Mariæ supra Mineruam.

De laudibus Leonis X. Ioannes Camillus Zaccagnius, Valerianus Salainius, Sibegnius Episcopus Modrusiensis, Antonius Tribaldeus, Concordata Leonis, Constantinus Ebulus, Caius Syluanus, Erasmus Fisleck, Felix Contelorius, Ianus Damianus, Ioannes Clerick, Ioannes Mutius Aurelius, Ludouicus Dominicus, Maximilianus Imperator, Paulus Iouius, Petrus Rebuffus, Matthæus Herculanus, Paris Crassus, Ægidius Viterbiensis, Guicciardinus, Iacobus Nardus, Stephanus Ioanninensis.

De scriptis Michael Poccantius *in Bibliotheca Florentina.* Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium.* Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* Iodocus Coccius *in Thesauro Catholico.* Petrus Bembus Cardinalis *in Epist. ad Leonem.*

Angelus

Angelus Politianus *ibid.* Cassandra Fidelis, Veneta *ibid.* Hilarion Costæus *in Elogio Annæ Britannicæ, Reginæ Francorum.* Andreas Ducheſnius *in eius vita.* Paulus Middelburgius, Zelandus *lib. de Paſchali celebratione ad Leonem X.* Victorellus *in Leone X.* Bibliotheca Geſneriana, Ludouicus Canoſſa, Veronenſis, Epiſcopus Baiocenſis *Epiſt. ad Leonem.* Cardinalis S. Bibianæ *ibid.* Guido Poſthumus, Sylueſtris, Piſaurenſis *libris elegiarum ad Leonem X.* Thomas de Vio Caietanus Cardin. *Epiſt. ad Leonem*, Carolus V. Imperator *ibid.* Alexander Giraldinus Epiſcopus *ibid.* Petrus Bibiena *ibid.*

LEO XI. antea Alexander de Medicis, Florentinus, Papa 233. anno 1605. die 1. Aprilis creatus, & die 10. Dominicæ Reſurrectionis, coronatus in Vaticano, ſcripſit

Epiſtolas, quarum vnam dumtaxat legi ad Archiepiſcopum Neapolitanum, apud Stephanum Quarantam *pag. mihi* 400. cum variis eius declarationibus ſuper dubia Eccleſiaſtica.

Obiit anno 1605. die 27. Aprilis, ſepultus in Vaticano prope tumulum Clementis VIII. eius prædeceſſoris. Sedit dies 24. Vacat Sedes dies 20.

De vita & Pontificatu Leonis Seuerinus Binius, Ducheſnius, Cicarella, Iacobus Auzolius, Hilarion Coſtæus, Ioannes Hemelarius, Laërtius Cherubinus, Andreas Victorellus, Marcus Guadalajarra, Franciſcus Bocchius, Petramellarius, Cabrera, Figliuccius, Laurentius Beyerlinck, Lucas VVaddingus, Pompeius Vgonius.

S. LIBERIVS, Romanus, Papa 37. anno 352. die 8. Maij creatus, ſcripſit

Epiſtolas; quæ leguntur *tom. 1. Concil.* cum Notis Binij, apud Iouerium *cum Epiſtola Athanaſij ad Liberium.* In operibus Luciferi Calaguritani, & inter fragmenta S. Hilarij Epiſcopi 10. Pictauienſis, quæ tamen Liberio falsò tribuuntur, ex Baronio & Binio. Item *tom. 3. Bibl. Patrum.*

Dialogum Liberij cum Imperatore Conſtantio Mediolani habitum. Extat *tom. 1. Concil.* cum eius Concilio Romano.

Decreta apud Iſidorum, Creſconium Gratianum, Iuonem & alios.

Obiit

Obiit anno 367. die 9. Septembris, sepultus in cœmeterio Priscillæ viâ Salariâ. Sedit annos 15. mens. 4. & dies 1. Vacat Sedes dies 6.

Omnia Martyrologia eius sanctitatem commemorant, item SS. Ambrosius *l. 3. de Virg.* Basilius *epist. 74. ad Occidentales*, Athanasius *Epist. ad solitariam vitam agentem*, Sanderus *l. 7. de visib. Eccles. Mon.*

De scriptis Sulpitius Seuerus *lib. 2. Hist. sacræ.* Vincentius Capuanus, & Marcellus Episcopi Campaniæ *in Epist. ad Liberium.* S. Basilius *Epist. 72.* Fortunatianus Patriarcha X. Aquileiensis *ibid.* S. Hilarius *lib. 2.* S. Hieronymus *in Chron.* Theodoretus *lib. 2. cap. 16.* Auctor *vitæ S. Eusebij Episcopi Vercellensis.* Possevinus *in Apparatu sacro v. L.* Alphonsus Salmeron *tract. 67.* Petrus de Marca *l. 1. cap. 6. & 8. de Concordia Sacerdotij & Imperij.* Bibliotheca Gesneri, Ludouicus Carbo *de script. sacris in part. 1. summæ D. Thomæ cap. 8. & in 3. part. c. 29.* Alphonsus Ciaconius *in Liberio*, Platina *ibid.*

S. LINVS, natione Tuscus, patriâ Volaterranus, Papa 2. anno Christi 69. die 30. Iunij creatus, scripsit Græcè

De Petri & Pauli agone, seu martyrio libros duos, ab hæreticis deprauatos, tamen Vesontione in Gallia puros asseruari testatur eruditus Ioannes Iacobus Chiffletius *in sua Vesontione Imperiali.* Extant *tom. 7. Bibl. Patrum*, quos scholiis lustrauit Laurentius de la Barre, Doctor Sarbonicus; qui etiam eos retulit *in sua Historia Christiana.* Parisiis 1583. apud Michaelem Sonnium fol. edita. Prodierunt etiam Parisiis *in fine Commentariorum ad Epistolas Pauli, Iacobi Fabri Stapulensis.* Inter apocrypha censentur. Extant MSS. Romæ in Bibl. Barberina *in Magno Sanctuario signato 926. fol. 181.* ita incipit prologus. *Licèt plurima de Apostolicis signis sacra Euangeliorum*, &c. Historia verò incipit, *Igitur post corporeum Dominicæ natiuitatis aduentum*, &c.

Acta verò S. Petri, in disputatione aduersùs Simonem Magum, Romæ habita, non reperiuntur, teste Baronio.

Epistolas quasdam & Decreta.

Martyrio coronatur Romæ anno Christi 80. die 27. Septembris, sepultus in Vaticano iuxta corpus sancti Petri.

Sedit annos 11. mens. 2. & dies 23. non vacauit Sedes.

De rebus gestis S. Lini præter scriptores *Romanorum Pontificum vitarum*, lege Ioannem Iacobum Chiffletium *loco cit.*

De scriptis Trithemius, Sixtus Senensis, Molanus, Bellarminus, Possevinus, Eisengrenius, Iustinianus, Gesnerus, Gualterus, Genebrardus, Volaterranus, Coccius, Platina *in eius vita*, Massonus *ibid.* Ducheснius *ibid.* Camusius *ibid.* Simoneta *ibid.* Ciaconius *ibid.* Cherubinus *ibid.* Paulus Morigia *ibid.* Gerardus Ioannes Vossius *lib. 2. de Historicis Græcis*, Claudius Espencæus *lib. 6 de continentia cap. 11.* Ioannes Maria, Magister sacri Palatij *in Ind. Exp. tom. 1.*

S. LVCIVS I. Romanus, Papa 23. anno 255. die 20. Octobris Romæ creatus, scripsit, teste S Cypriano *Epist. 67.*

Plures *Decretales Epistolas*. Tamen temporis iniuriâ, vnam dumtaxat ad Galliæ, al. Galliciæ & Hispaniæ Episcopos directam. Extat *tom. 1. Concil.* cum notis Binianis. Animaduertendum est, quòd apud S. Cyprianum reperitur *Epistola 79.* hoc nomine Lucij insignita, à quibusdam huius Pontificis esse, creditum fuit, sed ignorantes fuisse (inquiunt Baronius *ann. 257. n. 5.* & Binius *in Notis*) Episcopum eodem nomine appellatum, decepti sunt, perperam eam, quæ alterius est, Lucio Pontifici adscribentes.

Decreta Lucij apud Isidorum, Iuonem, Cresconium, Burchardum, Gratianum Monachum, Carranzam & alios Decretorum Collectores.

Gladio cæsus est Romæ anno 257. die 4. Martij: sepultus in cœmeterio Callisti viâ Appiâ. Sedit ann. 1. mens. 4. d. 12. Vacat Sedes mensem vnum, & dies 3.

De S. Lucio consule Gvviferum Salernitanum Benedictinum, & Antonium Bosium.

De Epistola Franciscus Iouerius *in Collectione*, Eusebius *lib. 7. cap. 3. hist. Eccles.* Genebrardus *lib. 3. Chronogr.* Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pont. cap. 14.* Coccius *in Thesauro.* Thomas VValdensis Carmelita *tom. 1. lib. 4. art. 3. cap. 38.* Iacobus Gualterus *sæc. 3. col. 1. & 5.* Coriolanus *prælud. 7. summæ Concil.* Gesnerus *in Biblioth.* Ciaconius *in Lucio.* Papyrius Massonius *ibid.* Andreas Ducheснius *ibid.*

LVCIVS

LVCIVS II. antea Gerardus Cecianimicus, Bononiensis, Papa 165. ex Canonico Regulari Lateranensi, aliis S. Mariæ Rhenanæ anno 1144. die 9. vel 12. Martij creatus, & 26. coronatus, scripsit

Epistolas varias, quarum tres leguntur *tom. 7. Concil.* & *tom. 12. Annal.* Baronij. Quatuor *in Chronico MS. Vezaliensi*, & duæ *in Bibliotheca Cluniacensi*, ab Andrea Ducheſnio edita, ac demùm *vna*, quam penes se MS. habet, V.C. Gabriel Naudæus.

Obiit Romæ anno 1145. die 25. Februarij: sepultus in Laterana Basilica. Sedit menses 11. & dies 14.

De rebus gestis Anonymus *in Vaticano*. Ioannes Philippus Nouariensis, Abbas Pennotus, Vrbanus Fliscus, & alij.

De Epistolis testimonia perhibent Petrus Venerabilis *l. 5. Epist.* Otho Episcopus Frisingensis *lib. 7. cap. 31.* Ducheſnius *in Lucio*, Camusius *ibid.* Angelus Manrique *tom. 2. Annal. Cisterc. ann. 1145. cap. 1.* Ciaconius *in Lucio II.* Ioannes Pagæus *lib. 2. Bibliothecæ Præmonstratensis.*

LVCIVS III. antea Vbaldus Alucingolus, Lucensis, Papa 170. anno 1181. die 29. Augusti creatus, & die sequenti coronatus, scripsit

Epistolas varias, quarum quædam leguntur *tom. 7. Concil.* in Appendice ad Concilium Lateranense III. OEcumenicum, & *tom. 12. Annal.* Baronij, cum eius Concilio Veronensi, cuius tamen acta sunt hactenus in obscuro.

Decreta Lucij varia reperio *in Codice MS.* apud nostros Carmelitas Lugdunenses asseruato, licèt vnicum *de hæreticis* legatur apud Gratianum.

Obiit Veronæ anno 1185. die 25. Nouembris: sepultus in Ecclesia Cathedrali ante maius Altare, sub tumba marmorea cum sequenti inscriptione, quam hîc accepimus anno 1640.

Ossa Lucij III. Pont. Max. cui Roma ob inuidiam pulso, Verona tutissimo ac gratissimo perfunctum fuit, vbi conuentu Christianorum acto, dum præclara multa molitur, è vita excessit.

Alia.

Luca dedit lucem tibi Luci, Pontificatum
Ostia, Papatum Roma, Verona mori.

Immo Verona dedit tibi lucis gaudia, Romæ
Exitium, curas Ostia, Lucamori.

Sedit annos 4. menses 2. & dies 28.

De rebus gestis Anonymus *in Indice Romano* prohibitus; alter asseruatur *in Bibliotheca Palatina.*

De Epistolis Matthæus Paris, Rogerus Houedenus, Stephanus Episcopus 49. Tornacensis *in Epist. ad Lucium*, Rolandus Episcopus 36. Dolensis, & Cardinalis *ibid.* S. Ioannes Scotus, Episcopus San-Andreanus *ibid.* Ioannes Cuminus, Archiepiscopus Dublinensis *ibid.* Aiulfus, Scotus, Decanus de Lodoneio *ibid.* Bertramus, Scotus, Prior de Coldinghamo *ibid.* Philippus Augustus Francorum Rex *ibid.* Ioannes Pagæus Doctor Sorbonicus *lib. 3. Bibl. Præmonstratensis.*

M.

SANCTVS MARCVS, Papa 35. anno 336. die 15. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolam, seu *Rescriptum de missione capitulorum Nicæni Concilij Athanasio & omnibus Ægyptiorum Episcopis.* Extat cum epistola D. Athanasij & Ægyptiorum Episcoporum *tom. 1. Concil* in Concilio Nicæno è Græco, ac Arabico in Latinum conuerso ab Alphonso Pisano, Toletano S.I. *lib. 3. & in collectione Decretorum* Doctoris Francisci Iouerij, & *in illis* Basileæ 1536. & Coloniæ 1570. studio Lamberti Gruteri cum Ioannis Sichardi argumentis editis. Tandem Baronius *ann. 336. n. 15.* Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pont. cap. 14.* Binius *in Concilio Nicæno*, Ducheſnius *in Marco*, & Posseuinus *in Apparatu*, validis rationibus probant, hanc Epistolam nomine Marci, suppositam esse.

Eius *Decreta* leguntur in aliis Coloniæ editis, & apud Iuonem, Gratianum & alios Decretorum collectores.

Obiit anno 336. die 7. Octobris: sepultus in cœmeterio Balbinæ viâ Ardeatinâ, quod ipse viuens construxerat, cum sequenti Epitaphio à S. Damaso Papa, composito.

Inclyta vita fuit Marci, quam nouimus omnes,

Scili

Scilicet ore Dei posset qui temnere mundum.
Præsertim orauit populus quod disceret omnis.
Clarus honor vitæ grandis, contemptus habendi.
Inuicti virtus tenuit penetralia cordis.
Seruat te custos Christus perfectus amicus.
Et tibi dat Damasus tumulum, cùm reddit honorem.
Hic Marcus Marci vitâ fide, nomine, consors,
Et meritis, firmáque fide, fideique vigore.

Sedit menses 6. & dies 24. Vacat Sedes dies 19.

De S. Marci rebus gestis Guido Rauennas Presbyter, Franciscus Castilonius Florentinus, Damasus Portuensis *de vitis Romanorum Pontificum*, Platina *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Martinus Polonus *ibid.* Alphonsus Ciaconius *ibid.* Baptista à Glano *ibid.* Andreas Ducheſnius *ibid.* Ioannes Franciscus Bordinus *ibid.*

De scriptis loquuntur Stephanus Papa *in Epistola ad Luthobium Archiepiscopum* 61. *Moguntinum.* Concilium Generale Florentinum *sess.* 20. Marianus Scotus *ann.* 331. Coccius *in Thesauro*, Ioannes Ekius *de Primatu Petri lib.* 1. *cap.* 45. Gualterus *sæcul.* 4. *col.* 1. *verit.* 8. §. 1. & 11. §. 1. Genebrardus *l.* 3. *Chron.* Ioannes Petrus Camus *in Marco.* Ducheſnius *ibid.* Elzear Doraison, Massilienſis *lib. de statu Ecclesiæ militantis, cap.* 32. Bibliotheca Gesneri.

S. MARCELLVS I. Romanus, Papa 31. anno 304. die 21. Nouembris creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas. Extant apud Binium cum Notis *tom.* 1. *Concil.* Baronium *ann.* 304. & 309. Iouerium, Gruterum & *tom.* etiam 1. *Epist. Pontif.*

Decreta apud Gratianum, & alios Canonum, seu Decretorum Collectores.

Martyrio coronatur Romæ anno 309. die 16. Ianuarij, sepultus in cœmeterio Priscillæ viâ Salariâ, cum sequenti Epitaphio etiam à S. Damaso concinnato.

Veridicus Rector lapsos quia crimina flere
Prædixit miseris, fuit omnibus hostis amarus:
Hinc furor, hinc odium, sequitur discordia, lites,
Seditio, cædes, soluuntur fœdera pacis,

Crimen ob alterius Christum qui in pace negauit,
Finibus expulsus patriæ est feritate Tyranni.
Hæc breuiter Damasus voluit comperta referre,
Marcelli vt populus meritum cognoscere possit.

Sedit annos 5. mens. 1. & dies 25. Vacat Sedes dies 20.

De vita S. Marcelli Petrus Venerabilis Abbas Cluniacensis, Vrsio Abbas Altimontēsis, Andreas Saussayus, Franciscus Castalionius, Anonymus; eius officium S. Gregorius Magnus Pontifex instituit. Solemni autem officio diem Natalis eius, vt reliquorum Pontificum Martyrum, Gregorius VII. Pont. Max. celebrari decreuit: vt *in Micrologo*, *cap.* 43. scriptum est.

De Marcelli Epistolis Possevinus *in Apparatu sacro v. M.* Bellarminus *lib.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 4. Coccius *in Thesauro*, Ekius *l.* 2. *cap.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 4. Thomas VValdensis *l.* 2. *art.* 3. *cap.* 41. Ioannes Morinus *in Hist. Ecclesiæ*, Genebrardus *l.* 3. Gualterus *sæc.* 4. *col.* 1. *verit.* 8. §. 1. *&* 11. §. 1. Coriolanus *in præludijs summæ Conciliorum*. Bibliotheca abbreuiata *Gesneri*. Ferdinandus à Mendosa 1. *cap.* Alphonsus Ciaconius *in Marcello*, Baptista Platina *ibidem*. Gabriel Martinus *aduersùs Vulsonem*.

MARCELLVS II. antea Marcellus Ceruinus, natione Tuscus, patriâ Politianus, Papa 223. anno 1555. die 9. Aprilis creatus, & 10. coronatus, scripsit

Epistolas varias, quarum quatuor leguntur *inter Epistolas* Friderici Nauseæ, & duæ ad Iulium III. Papam *inter Principum Epistolas*, Venetiis 1570. Italicè editas *pag. mihi* 165. *&* 168. Variæ eius Epistolæ reperiuntur *sub nomine Alexandri Farnesij Cardinalis Pauli III. nepotis*, cuius fuit Secretarius.

Constitutio eius Ecclesiastica, *de prorogatione subsidij trecentorum millium scutorum*, &c. legitur in Collectione Romana *pag.* 399. *&* 400.

Obiit anno 1555. die 1. Maij, sepultus apud S. Petrum iuxta Nicolai V. corpus. Sedit dies 11. Vacat Sedes dies 22.

De Marcello II. Laurentius de Burgo, Hilarion Costæus, Guiliel

Guilielmus Rouilius, Cabrera, Panuinius, Ciaconius, Iulius Pogianus.

De eius Epistolis Paulus Manutius *in Epist. ad Marcellum.* Fridericus Nausea *ibid.* Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium*, Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegmat. Christiano.*

S. MARCELLINVS, Romanus, Papa 30. anno 296. die 3. Maij creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas. Extant *tom.* 1. *Epist. Pont.* apud Binium *tom* 1. *Concil.* apud Baronium *annn.* 296. & 304. Franciscum Iouerium, Lambertum Gruterum, & Ioannem Sichardum.

Decreta apud Iuonem Carnotensem *l.* 4. Gratianum *in Decreto*, & alios Decretorum Collectores.

Martyrio coronatur anno 304. die 26. Aprilis, sepultus in cœmeterio Priscillæ viâ Salariâ. Sedit annos 7. menses 11. & dies 26. Vacat Sedes menses 6. & dies 27.

De laudibus Marcellini Andreas Saussayus, præter *vitarum Pontificiarum* scriptores.

De Epistolis testimonia perhibent Possevinus *in Apparatu sacro v. M.* Coccius *in Thesauro.* Ekius *l.* 3. *cap.* 18. Franciscus Feuardentius *in sua Theomachia Caluinistica*, *l.* 1. *de S. Trinitate.* Genebrardus *l.* 3. *Chron.* Bibliotheca *Gesneri.* Ludouicus Carbo *de script. sacris in* 3. *D. Thomæ partem cap.* 29. Alphonsus Ciaconius *in Marcellino*, Bellarminus *de Rom. Pont. l.* 4. *cap.* 8. & *l.* 2. *cap.* 19. *de Conciliorum auctoritate*, Nicolaus I. *Epist. ad Michaelem Imp.* Nicolaus Sanderus *l.* 7. *de visib. Ecclesiæ Monarchia*, Franciscus Suarez *in defensione fidei Catholicæ l.* 3. *de Primatu Rom. Pont. cap.* 18. *num.* 11.

MARINVS I. antea Constantinus vocatur, Tuscus, patriâ Gallesianus, Papa 110. anno 882. die 28. Decembris creatus, scripsit, teste Andrea Ducheſnio,

Epistolas aliquot, præsertim ad Eurardum Archiepiscopum 52. Senonensem, & Ioannem Archiepiscopum 39. Rothomagensem. Ei scribit pro Oxoniensi studio Neotus Edulphius Einesberiensis.

Decessit Romæ anno 884. die 18. Ianuarij, sepultus more prædeſſo

prædeceſſorum, in Baſilica Vaticana. Sedit annum 1. & dies 20. Vacat Sedes dies 2.

Eius vitæ ſcriptores Petrus Guillermus, Martinus Polonus, Alphonſus Ciaconius, Baptiſta Platina, Papyrius Maſſonus, Andreas Ducheſnius, & alij.

MARINVS II. Romanus, Papa 130. anno ſalutis 943. creatus die 1. Nouembris. ſcripſiſſe fertur

Epiſtolam ad Leonem Abbatem Monaſterij S. Vincentij de vulture prope Capuam, quam recitant Ioannes Monachus *in Chronico eiuſdem Monaſterij*, & Cardinalis Baronius *ann.* 944.

Obiit anno 946. ſepultus in Vaticano. Sedit annos 3. menſes 6. & dies 13. Vacat Sedes dies 12.

S. MARTINVS I. Tuſcus, patriâ Tudertinus, Papa 76. anno 649. die 1. Iulij creatus, Ciaconio die 6. Iulij creatus, & 16. Septembris Romæ coronatus, ſcripſit

Epiſtolas varias; quarum octodecim edidit Binius *tom.* 4. *Concil.* ex duobus Codicibus Græcis Vaticanis; quorum vnus ab Anaſtaſio Bibliothecario è Græco in Latinum verſus eſt, *cum præfatione eiuſdem Anaſtaſij*, ad Martinum Narnienſem Epiſcopum. Item Baronius *tom.* 5. *Annal.* vnà cum eius Concilio Lateranenſi, quod promittit eruditiſſimus Epiſcopus Vaſionenſis Ioſeph Maria Suarezius, vt nos monuit per Epiſtolam. hoc Concilium aſſeruatur MS. in Bibliotheca Sfortiana in claſſe Theologorum *num.* 3. & Monachij in Bauaria, cum variis Epiſtolis, Græcè.

Martyrij palmam adeptus eſt Cherſonæ in Ponto anno 654. die 12. Nouembris: ſed poſtea tranſlatus Romam in Titulum Equitij apud Carmelitas SS. Sylueſtri, & Martini de Montibus. Sedit annos 5. menſ. 4. & dies 12. Vacat Sedes annum 1. & menſes duos.

De vita & rebus geſtis Menologium Græcorum, Ioſeph Maria Suarezius, Anaſtaſius & alij.

De Epiſtolis Martini Theophanes Hiſtoricus Græcus, Auctor *vitæ S. Maximi Abbatis.* S. Dado Audoënus Archiepiſcopus 21. Rothomagenſis *in vita S. Eligij Epiſcopi* 21. *Nouiodunenſis.* Agatho I. Papa *in Epiſtola Synodica ad Conſtantinum*

tinum Imperatorem,&c. Constans Imperator *in Epist. ad Martinum*. Maurus Archiepiscopus 34. Rauennas *ibid*. Stephanus Edorensis *ibid*. Coccius *in Thesauro*. Ekius *de Primatu Petri*. Possevinus *v. M.* Sanchez *de matrimonio l. 7. disput. 86. num.* 11. Bibliothecâ Gesnerianâ, Alphonsus Ciaconius *in Martino I.* Andreas Victorellus *in additione ad vitam Martini I.*

MARTINVS II. aliis IV. antea Simon de Bria, Gallus, patriâ Monpitius in Bria Diœcesis Senonensis, Papa 188. anno 1281. die 22. Februarij Viterbij creatus, ibidémque in Basilica S. Andreæ die 23. Martij coronatus, scripsit

Epistolas varias, quarum Registrum MS. asseruatur in Vaticano.

Obiit Perusij anno 1285. die 29. Martij Franciscanorum habitu indutus, miraculis clarus, ibidémque sepultus in Ecclesia Cathedrali. Sedit annos 4. mens. 1. & dies 7. Vacat Sedes dies 4.

De Epistolis Henricus Stero Monachus *in hist. Arragoniæ*. Papyrius Masso, qui partim eas desumpsit *ex Chartulario MS. S. Martini Turonensis*. Lucas Vvadingus in Registro Pontif. *tom. 2. Annal. Minorum*. Eberardus Archidiaconus Ratisponensis *in Chronico*, Andreas Victorellus *addit. ad vitam Martini*.

MARTINVS III. aliis V. antea Odo Columna dictus, Romanus, Papa 207. anno 1417. die 11. Nouembris Constantiæ creatus, ibidémque die 21. eiusdem mensis coronatus, scripsit

De translatione corporis S. Monicæ B. Augustini matris Ostiæ Romam, sermonem. Extat in Historia Augustiniana Tolosæ 1641. edita *pag. 473. & seqq.*

Epistolas varias, quæ asseruantur MSS. in Vaticano. Eius verò Constitutiones *in Collectione Romana*, *& in Magno Bullario* Laertij Cherubini *tom. 1.*

Eius Approbatio Regulæ Monachorum, extat inter opera D. Hieronymi. *Eiusdem testamentum & Ceremoniale Curiæ Romanæ*. Extant MSS. Romæ in Biblioth. Barberina.

Regesta Bullarum & Breuium Martini V. MSS. in Vaticano.

Leges pro Cardin. Leguntur in eius vita à Contelorio edita.

Obiit anno 1431. die 20. Februarij : sepultus in Laterano, sub tumba ænea, cum sequenti inscriptione ad effigiei pedes apposita, sic à nobis collecta.

Martinus Papa V. sedit annos 13. *menses* 3. *dies* 12. *Obijt anno* 1431. *die* 22. *Februarij, temporum suorum felicitas.*

De Martino Felix Contelorius IC. Baptista Malatesta Princeps & Comitissa Montisfeltrensis, Acta Concilij Constantiensis, Consistorialia, seu Diarium sub Martino V. Huldricus Richenthal, Ioannes Riuadellus, Thomas Abbas Scotus, Baptista Fulgosius.

De scriptis IoannesCharleriusGersonus *tract. Quomodo, & an liceat in causis fidei à summo Pontifice appellare, seu eius iudicium declinare, tom.* 1. *pag. mihi* 431. *& in Epistola ad Martinum nomine Regis Franciæ scripta.* Thomas VValdensis, Coccius *in Thesauro.* Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* Cherubinus *in Bullario.* Rodericus *ibid.* Confettius *ibid.* Binius *tom.* 7. *&* 8. *Concil.* Bzouius *in Martino V.* Spondanus *ibid.* Smplicianus San-Martinus, Augustinianus, Professor Regius in Academia Tolosana, *in vita S. Monicæ.* Augustinus Fiuizanius, Ciaconius *in Martino V.* Andreas Victorellus *ibid.* Paramus *lib.* 2. *cap.* 9. Lucas VVadingus *tom.* 5. *Annalium Minorum.* Ioannes Pagæus *lib.* 3. *Bibl. Præmonstratensis.*

S. MELCHIADES, vel Miltiades, Africanus, Francisco Maurolico Hispanus, patriâ Mantuanus, Papa 33. anno 311. die 3. Octobris creatus, scripsit

Epistolam vnam, quam Binius Notis decorauit *tom.* 1. *Concil.* extat etiam *tom.* 1. *Epistol. Pont. & tom.* 3. *Annal.* Baronij, & apud Franciscum Iouerium. Falsò adscribitur nostro Melchiadi *Epistola de primitiua Ecclesia & munificentia Constantini Magni Imperatoris*, teste Binio *ibid.*

Decreta apud Gratianum, Isidorum, Iuonem & alios.

Obiit anno 313. die 10. Decembris: sepultus in cœmeterio Callisti. Sedit annos 2. mens. 2. dies 7. Vacat Sedes mens. 1. & dies 22.

De laudibus S. Melchiadis lege S. Bernardum. Differt ab alio Miltiade, de quo S. Hieronymus *in Catal.* Trithemius Possevinus, & alij.

De

De scriptis Thomas VValdensis Carmelita, Ioannes Ekius, Coccius, Genebrardus, Posseuinus, Gualterus, Ioannes Morinus *in vita Constantini*, seu *historia Ecclesiæ*, Elzear Doraison, Gallus *in Melchiade*, Coriolanus *in annot. ad Canones Apostol.* Gesneri *Bibliotheca*. Ludouicus Carbo *de sacris Script. in 3. p. D. Thomæ, cap. 32. de Sacramentis in communi. de Baptismo & Confirmatione*, Franciscus Hallerius *in defensione Ecclesiasticæ Hierarchiæ*.

N.

SANCTVS NICOLAVS I. Romanus, Papa 107. anno 858. die 24. Aprilis creatus, scripsit *Epistolas doctissimas*, quarum Baronius 82. citat ex Codicib. Nicolai Fabri, Parisini, & S. Mariæ super Mineruam. Binius verò 91. *tom. 6. Concil.* Sexdecim dumtaxat prodierant Romæ apud Franciscũ Priscianensem 1542. in fol. Parisiis 1616. Coloniæ, Lipsiæ & alibi. Quædam etiam leguntur *inter Epistolas* Hincmari Archiepiscopi Remensis à Ioanne Cordesio Lemouicensi Canonico, Lutetiæ apud Sebastianum Cramoisy 1615. in 4. editas.

Refutationem aduersùs decem calumnias Græcorum. Extat *tom. 6. Concil.* & *tom. 10. Annal.* Baronij.

Responsa ad consulta Bulgarorum. Extant *tom. 6. Concil.* cum septem eius Conciliis, *tom. 10. Annal.* Baronij *ann. 866. num. 7. & seqq.* Prodierunt etiam Antuerpiæ apud Christophorum Plantinum *studio Francisci Turriani S. I. Theologi insignis.*

Eius *Decreta* apud Gratianum, Ioannem Cochlæum, Carranzam, Iouerium, & alios Decretorum Collectores.

Obiit anno 867. die 13. Nouembris: sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio:

Conditur hoc antro sacræ substantia carnis
Præsulis egregij Nicolai, dogmate sancto
Qui fulsit cunctis, mundúmque repleuit & vrbem.
Intactis nituit membris, castoque pudore,
Quæ docuit verbis, actuque peregit opimè.

Sidereæ plenus manſit doctuſque Sophiæ,
Cœlorum claris quæ ſeruat regna triumphis,
Vt regnet ſolijs procerum per ſæcula natus.

Sedit annos 9. menſ. 2. & dies 20. Vacat Sedes menſ. 1. & diem 1.

Eius vitam poſteritati tradiderunt Anaſtaſius Bibliothecarius, Platina, Onuphrius, Maſſonus, Ciaconius, Ducheſnius, & alij *de Rom. Pontificum vitis.*

De eius ſcriptis Trithemius, Poſſeuinus, Geſnerus, S. Antonius, Genebrardus, Adrianus II. Papa, Carolus & Lotharius Francorum Reges *in Epiſt. ad Nicolaum*, Hincmarus Remenſis *ibid.* Aduentius Epiſcopus 41. Metenſis *ibid.* Baſilius Imperator *ibid.* Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus *ibid.* Rotlandus Archiepiſcopus 38. Arelatenſis *ibid.* Rothaldus Epiſcopus 34. Sueſſionenſis *ibid.* Franco Epiſcopus 38. Leodienſis *ibid.* Odo Epiſcopus 32. Bellouarenſis *ibid.* Robertus Epiſcopus 23. Cenomanenſis *ibid.* Ignatius Patriarcha Conſtantinopolitanus *ibid.* Hirmintruda & Teuperga Reginæ Galliæ *ibid.* Vdalricus Epiſcopus Auguſtanus *aduersùs Nicolai I. Epiſtolam*, ſcripſit *librum* 1. cuius argumentum eſt, quòd ſacrificiulis coniuges interdixerit, ex VVeſtheimero; ſed reputatur fictitius apud Catholicos. Leo Papa IX. *in Epiſtola ad Principes Britanniæ*, Michael Monachus Presbyter, & Syncelus *in Encomio S. Ignatij Patriarchæ.* Iuſtinianus Imperator *in Epiſt. ad Ioannem VIII. Papam.* Aloyſius Lipomanus Epiſcopus *in Caten. expoſitionum libri Geneſeos.* Ciaconius *in Nicolao I.* Ioannes Euſebius S. I. *lib. Stromatum pag.* 28.

NICOLAVS II. antea Gerardus de Burgundia, Allobrox, aliis Gallus, Papa 154. anno 1059. die 3. Ianuarij Senis creatus, ſcripſit

Epiſtolas varias, quarum quædam leguntur apud Binium *tom.* 7. *Concil.* cum tribus eius Conciliis, Bignæum *tom.* 3. *Biblioth. Patrum*, Baronium *anno* 1059. *num.* 78. Papyrium Maſſonum *in ſua Epiſtolarum Pontificiarum collectione.* Pariſiis 1611 *edita.*

Eius *Decreta* apud Iuonem Carnotenſem, Gratianum, Barboſam & alios.

Obiit

Obiit Florentiæ anno 1061. v. Non. Iulij, sepultus in Cathedrali. Sedit annos 2. & mens. 6. Vacat Sedes mensibus ferè tribus.

De scriptis Petrus Cardinalis Damianus *in Epist. ad Nicolaum.* S. Eduuardus I. Angliæ Rex *ibid.* Geruasius Barbet Archiepiscopus 43. Remensis *ibid.* Ealredus Historigraphus Anglus *in Eduuardo III.* Guitmundus Episcopus Auersanus *lib. de sacram. altaris.* Lanfrancus *lib. aduersùs Berengarium.* Algerus Scholasticus Leodiensis *lib. de sacram.* Coccius *in Thesauro.* Coriolanus *præl. 10. summæ Conciliorum pag. mihi* 84.

NICOLAVS III. antea Ioannes Caietanus Vrsinus, Romanus, Papa 187. anno 1277. die 25. Nouembris Viterbij creatus, & die 26. Decembris, Romæ in Basilica Vaticana coronatus, scripsit

De electione dignitatum, librum.

Regestique eius *duo volumina* in Vaticano MSS. asseruantur.

Obiit Suriani prope Viterbium anno 1280. die 22. Augusti, sepultus tandem Romæ in Vaticano in sacello tituli B. Nicolai à se condito, tumulo marmoreo emblematibus ornato.

Eius laudes celebrant Auctores Pontificij, & Ægidius Cardinalis Viterbiensis *in M. S. XX. Seculorum historia pagin.* 173.

De scriptis loquuntur Possevinus *in Apparatu.* Nomenclator *Cardinalium* Coccius *in Thesauro.* Ekius *de Primatu Petri.* Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* VVadingus *tom. 2. Annal. Min.* Cherubinus *in Bullario Magno.* Ducheſnius *in eius vita.* Salmeron *tract. 69.* Andreas Victorellus *addit. ad vitam Nicolai III.*

NICOLAVS IV. antea Hieronymus Asculanus, Picenus, Ordinis Minorum, Papa 190. anno 1288. die 22. Februarij, creatus Romæ & 24. coronatus, scripsit

In aliquot libros S. Scripturæ Commentaria.

In Magistrum Sententiarum lib. 4.

Sermones de Sanctis lib. 1.

Sermones de tempore lib. 1.

Ad Patres Congregatos in Concilijs Generalibus Patauij lib. 1.

Summus varias.

Epistolarum volumina tria in Vaticano asseruantur. Nonnulli hæc volumina tribuunt *Ioanni Asculano*, sed correctiùs *Hieronymo.*

Varias Constitutiones Ecclesiasticas, & præsertim aduersùs hæreticos; illa *pro Benedictinis*, prodiit Parisiis 1519. in 8. apud Iacobum le Messier.

Obiit anno 1292. die 4. Aprilis: sepultus in Basilica S. Mariæ Maioris cum sequenti Epitaphio sic à me collecto:

Nicolao IV. Asculano Piceno Pontifici Maximo, cùm neglecto diu sepulchro ferè latuisset, Fr. Felix Perettus Cardinalis de Monte alto in ordinem & patriam pietate posuit.

Nicolaus IV. Ordinem Minorum professus, Philosophus & Theologus egregius, Constantinopolim à Gregorio X. missus, Græcos ad R.E. Communionem, Tartaros ad fidem reduxit, post S. Bonauenturam Generalis, sanctitate & doctrinâ, Ordinem propagauit. Nicolai III. Nuntius inter Francorum & Castellæ Reges pacem concilianit. Sanctæ Pudentianæ Card. Legatus, Honorij IV. in Galliam Senatoriam P.R dignitatem Sedi Apostolicæ restituit. Factus Pontifex Remp. sublatis discordijs composuit, Christianos Principes sacro fœdere iunxit. Ptolemaidem copijs adiuuit, Flaminiam in Pontificis iterum ditionem redegit. Publicum in Montepesulano Gymnasium instituit. Probos & eruditos in cognatorum loco tantum habuit Lateranen. & hanc Basilicam structuris & opibus auxit. Tandem iustitia & religione orbem terræ moderatus magna sanctitatis opinione. Obijt pridie Nonas Aprilis M. CC. XCII. Pont. sui ann. 5.

Hic tumulus tumulat humilem qui fascibus auctum,
Sic moriens statuit ossa manere sua.
Hunc Franciscus alit, cardo vt sit, almaque Petri,
Sedes magnificat, gratia Dei beat.
Quartus Papa fuit Nicolaus, Virginis ædem
Hanc lapsam reficit, fitq; vetusta noua.
Petrus Apostolicus ocium Franciscus alumnum
Protegat: Omnipotens, matre rogante, beet.

Sedit annos 4. mens. 1. & dies 14. Vacat Sedes annos 2. menses 3. & dies duos.

De

De rebus gestis Lucas VVadingus *in Annalibus Minorum.*

De scriptis Franciscus Gonzaga *in Historia Seraphica*, Henricus Sedulius *ibid.* Marcus Vlyssiponensis *ibid.* Bernardinus de Bessa *ibid.* Petrus Rodulphus *ibid.* Peregrinus Bononiensis *ibid.* Henricus VVillotus *in Athenis Franciscanis, v. H. & N.* Posseuinus *in Apparatu & in Bibl. selecta.* Trithemius, Ludouicus Carbo, Angelus Rocca *in Bibl. Theologica.* Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium.* Bzouius *in Annal.* Spondanus *ibid.* S. Antoninus *ibid.* Duchesnius *in eius vita.* Cherubinus *in Bullario.* Rodicus *ibid.* Bibliotheca abbreuiata *Conradi Gesneri Lutherani*, Andreas Victorellus *addit. ad vitam Nicolai IV.* Eberhardus Archidiaconus Ratisponensis *in Chronico.* Ioannes Pagæus *lib. 3. Bibliothecæ Præmonstratensis.*

NICOLAVS V. antea Thomas Lucanus Sarzanus, aliis Serezanus, Lucensis, Papa 209. anno 1447. die 6. Martij creatus, & 29. eiusdem mensis ad gradus S. Petri in Vaticano coronatus, scripsit

Epistolas doctissimas; quarum vna ad Constantinum Palæologum Imperatorem Constantinopolitanum asseruatur MS. Græcè & Latinè in Ducis Bauariæ Bbliotheca *ex Catalogo Codicum Græcorum*, & Viennæ in illa Imperatoris, *cum versione* Theodori Gazæ. Vnam legi Belnis in Burgundia *ad Canonicos Belnenses*, nullius diœcesis, directam, cuius originale asseruat D. D. L. P. Canonicus; eius Regestum asseruatur MS. in Vaticano.

Orationem habitam ad Cardinales post Eugenij IV. funus, ex Victorello.

Constitutiones Ecclesiasticas in Collectione Romana, & Litteras Apostolicas *tom. 8. Concil.* Binij, & *in Bullarijs* MSS. in Vaticano.

Obiit anno 1455. die 24. Martij: sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio, ab Ænea Syluio composito.

Hic sita sunt quinti Nicolai Antistitis ossa,
Aurea qui dederat sæcula, Roma, tibi.
Consilio illustris, virtute illustrior omni,
Excoluit doctos, doctior ipse, viros.

Abstulit

Abstulit errorem, quo schisma infecerat Vrbem:
Restituit mores, mœnia, templa, domos.
Tum Bernardino statuit sua sacra Senensi:
Sancta Iubilæi tempora dum celebrat.
Cinxit honore caput Frederici coniugis aureo,
Res Italas arcto fœdere composuit.
Attica Romanæ complura volumina linguæ
Prodidit. En tumulo fundite thura sacro.

Sedit annos 8. & dies 19. Vacat Sedes dies 15.

De laudibus Nicolai V. Nicolaus vel Franciscus Philelphus, Ioannetius Manetius, Pogius Brandolinus, Ladislaus Rex Hungariæ, Æneas Syluius, Guarinus Veronensis, Ioannes Riuadellus, Ægidius Cardinalis Viterbiensis, Platina & alij.

De scriptis Æneas Syluius *in Epist. ad Nicolaum.* Georgius Trapezuntius *ibid.* Leonardus Chiensis Mithylinæus Episcopus *ibid.* Franciscus Philelphus *ibid.* Isota Nouarolo, Virgo nobilis Veronensis *ibid.* Antonius Possevinus *in Apparatu sacro v. N.* Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* Bibliotheca Gesneriana, Torquatus Perottus Episcopus Amerinus, Andreas Victorellus Theologus *addit. ad vitam Nicolai V.* Ioannes de Anania *lib. de Iubileo*, Franciscus Ioannetus *in Nicolao V.* Iacobus Gretserus *aduersùs Plessæum Caluinistam*, Ioannes Cochlæus *lib. histor. Hussitarum.* Lucas VVadingus *tom. 5. Annalium Minorum.* Ioannes le Paige *lib. 3. Bibliothecæ Præmonstratensis.*

P.

SANCTVS PASCHALIS I. Romanus, Monachus, Papa 100. anno 817. die 27. vel 28. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolas. Extant in Vaticano *pluteo* 3. *num.* 153. & in alio exemplari. Vide etiam Antonium Bossium IC. *in historia S. Ciciliæ*, &c.

Obiit Romæ anno 824. die 12. Martij, sepultus ex Anastasio

stasio Bibliothecario in Vaticano: tamen in Ecclesia S. Praxedis apud Monachos Vallis-Vmbrosæ, legi sequentem inscriptionem, supra magnam tumbam ad ingressum sacelli sacræ Columnæ D. N. Iesu Christi appositam.

S. PASCHALIS PP. I.

Sedit annos 7. mens. 3. dies 17. Vacat Sedes dies 4.

De Epistolis Theaganus Coëpiscopus Treuirensis *in vita Ludouici Pij Imperat.* Michaël Studita *in vita Theodori Studitæ.* Theodorus ipse Studita *lib. 2. Epistolarum Epist. 62. 63. & 66.* Hieronymus Rubeus *in hist. Rauen.* Ioannes à Bosco *in Bibliotheca Floriac.* Binius *tom. 6. Concil.* Baronius *tom. 9. Annal. anno* 817. Ludouicus Pius Imperator *Epistolâ ad Paschalem I.*

PASCHALIS II. antea Renatus, vel Rainecius dictus, Tuscus, patriâ Bledanus, Benedictinus, Papa 159. die 12. Augusti anno Domini 1099. creatus, scripsit

Epistolas varias; quarum triginta duæ habentur apud Binium *tom. 7. Concil.* & Baronium *tom.* 12. cum eius decem Conciliis. Quasdam etiam refert Henricus Canisius, I C. *tom. 2. Antiq. Lect.*

Decreta. Extant apud Gratianum & alios Decretorum Collectores.

Obiit anno 1118. die 18. Ianuarij: sepultus in Basilica Lateranensi. Sedit annos 18. mens. 5. dies 4. Vacat Sedes dies 3. vel 5.

De rebus gestis Herrandus Stephanus, Petrus Diaconus, Petrus Guillermus, Sigebertus, Pandulphus Pisanus, Anonymus in Vaticano, Ioannetus, Florauantes, Martinellus.

De scriptis Iuo Carnotensis *in Epist. ad Paschalem*, Otto Bambergensis *ibid.* Guilielmus Malmesburiensis, Guilielmus Tyrius, Domnizo *in vita Mathildis*, Ioannes Mariana *lib. 10. cap. 8. hist. Hispaniæ.* Simon Barthelius *in Oggerio Episcopo Regiensi.* Salmeron *tract. 69.* Petrus Lombardus *l. 4. dist. 42. de spirituali cognitione*, Ioannes & Benedictus Cardinales Legati *Epist. ad Paschalem*, Gualterus Episcopus Cabilonensis *ibid.* Hugo Archiepiscopus Lugdunensis *ibid.* Andreas Victorellus *addit. ad Paschalem II. vitam Ciaconianam*, Gabriel Pennotus *lib. 2. cap. 41. hist. Trip. Canon. Regul.*

S. PAVLVS I. Romanus, Stephani III. Papæ frater, Papa 95. anno 757. die 28. vel 29. Maij creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolas quamplurimas, vno Codice contentas, & olim in Bibliotheca Vaticana asseruatas, sed furto, aut alio (teste Baronio) aliquo modo inde sublatas, quas tandem omnes in lucem promittebat V.Cl. Andreas Ducheſnius Historiographus Regius. Quædam tamen leguntur apud Binium *tom.7. Concil.* Baronium *tom.9. Annal.* & Gretserum *in volumine Epistolarum Pontificiarum.*

Obiit in Monasterio S.Pauli extra muros anno 767. die 28. Iunij, sepultus primò in Basilica S. Pauli, deinde in Vaticano iuxta corpus S. Leonis Papæ I. Sedit annos 10. & mens. 1. Vacat Sedes mens. 1. & dies 8.

Martyrologium Romanum eum commemorat die 28. Iunij: illud verò Franciſci Maurolici die 27. Ianuarij, forsan translationis.

De Epistolis Papinus Rex Francorum *in Epist. ad Paulum.* Eckerhardus Decanus S. Galli *in vita S. Notkeri.* Henricus Canisius *tom. 6. Antiq. Lect. cap.* 10. Hieronymus Rubeus *lib.5. histor. Rauen.* Ioannes à Bosco *in Bibliotheca Floriacensi*, Andreas Victorellus *addit. ad vitam Pauli I.*

PAVLVS II. antea Petrus Barbus, Venetus, Papa 212. anno 1464. die 31. Augusti creatus, & 9. Septembris ad fores Vaticani coronatus, scripsit

Constitutiones Ecclesiasticas in Collectione Romæ 1579. edita; & litteras Apostolicas *in Bullarijs*, præsertim *in magno* 1638. *edito.*

Sub eius nomine etiam reperiuntur *quædam Epistolæ*, quarum auctor est Theodorus Lælius Cardinalis, teste Rupipozæo *in Nomenclatura Cardinalium.*

Regulas Cancellariæ in 4. reperiuntur etiam sub nomine Pauli II. *ex Bibliotheca abbreuiata* Gesneri.

Obiit anno 1471. die 25. Iulij, sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio.

Paulus II. Venetus, Pontifex Maximus, è vetusta Barborum familiâ, præclaris naturæ dotibus, auunculo Eugenio IV. non inferior

inferior iustitiæ, pietatis, diuinarúmque ceremoniarum cultor religiosissimus, Ecclesiasticæ libertatis maiestatísque defensor constantissimus, præcipuo pacis seruandæ studio, & singulari omnis generis munerum abstinentia, formidanda etiam lege magistratibus indicta clarissimus. In Principes munificentia, in pauperes misericordia insignis: patrio amore annonæ copiam Vrbi dedit. Patrimonium Beati Petri erratis, populorum, indulgentissimi parentis affectu, emendatis, & conseruauit, & auxit. Furentes armis hæreticos repressit, & quod per difficilem rerum temporumve conditionem effici cum dignitate non poterat, matura cunctatione saluberrimè disposuit. Vixit annos LIII. menses X. dies III. Sedit annos VI. menses X. dies XXV.

Marcus Barbus, Cardinalis S. Marci, Patriarcha Aquileiensis consanguineo benè merenti fecit, anno salutis MCCCCLXXII.

De laudibus Pauli II. Ambrosius de Vignate, Baptista Platina, Gaspar Veronensis, Rodericus Sancius.

De scriptis Illustrissimus Episcopus Pictauiensis *in Nomenclatura Cardinalium.* Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.*

PAVLVS III. antea Alexander Farnesius, Romanus, Papa 221. anno 1534. die 12. Octobris creatus, & die 3. Nouembris in Vaticano coronatus, scripsit

Versus quosdam.

Ciceronis Epistolas ad Atticum magno eruderauit studio, & interposito hinc inde iudicio declarationibus illustrauit.

Epistolas ad diuersos, præsertim ad Fridericum Nauseam, Desiderium Erasmum, Carolum V. Imperatorem Franciscum I. Francorum Regem, Iacobum Sadoletum, Gregorium Cortesium, Cardinales, & alios, qui viciſſim ei rescripserunt.

Constitutiones Ecclesiasticas sexaginta quinque. Extant *in Collectione Romana*; sexaginta nouem verò *in magno Bullario* Cherubini Eusebius Pamphilius edidit *vnam explicationem*, in Concilium Pauli III. datum Imperatori, in Belgis, sed prohibetur in Indice Romano.

Obiit anno 1549. die 10. Nouembris: sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio:

Paulo III. Farnesio Pontifici Optimo Maximo.

Discite mortales fluxa vt sit gloria mundi,
Vt terrena breui tempore regna ruant.
Qui Petri nuper sacrata in sede sedebam,
Dum tegeret nostrum sacra Tiara caput,
Qui potui dudum populis dare iura subactis,
Ante meos Reges procubuere pedes.
Maximus & Cæsar pedibus dedit oscula nostris
Numen, vt in terris iam veneratus eram.
Tertius hic gelido condor sub marmore Paulus,
Continet hæc cineres nunc breuis vrna meos.
Pontificem gessi summum ter quinque per annos,
Tempestiua semel me Libitina rapit.
Funera non lachrymis mea sunt spargenda, peregi
Naturæ cursum, mors noua vita fuit.

Obiit anno MDXLIX. Idus Nouembris.

Sedit ann. 15. dies 28. Vacat Sedes mens. 2. & dies 29.

De rebus gestis & laudibus Iacobus Sadoletus, Marius Podianus, Romulus Amasæus, Panuinius, Blasius Cæsenas, Petrus Bembus Ciaconius.

De scriptis Iacobus Sadoletus, Petrus Victorius, Lilius, Gregorius Giraldus, Franciscus Belcarius Peguilio Episcopus 82. Metensis *lib.* 23. *&* 25. *Comment. rerum Gallicarum.* Coccius *in Thesauro.* Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium.* Andreas Ducheſnius *in eius vita.* Gesneri *Bibliotheca,* Mauricius Dux Saxoniæ *Epist. ad Paulum III.* Marcellus Coruinus Cardinalis *ibid.* Theatrum vitæ humanæ *lib.* 1. *v. Astrologi, Genethliaci,* &c. Onuphrius *in eius vita*, Andreas Victorellus *ibid.* Ioannes Baptista Paulianus *lib.* 1. *de Iubilæo,* Nicolaus Sanderus *de schismate Anglicano*, Ferdinandus Vghellus *addit. ad Ciaconium.*

PAVLVS IV. antea Ioannes Petrus Caraffa, Neapolitanus, Ordinis Clericorum Regularium, aliàs Theatinorum Fundator, Papa 224. anno 1555. die 23. Maij creatus, & 26. Romæ in Vaticano coronatus, scripsit

Commentarium pro principatu Basilicæ Vaticanæ S. Petri, eiusque

que Sacerdotum. Extat MS. in Bibliotheca Cardinalis Ascanij Columnæ; quæ fuit Cardinalis Sirleti.

De obseruatione quadragesimali.

De emendanda Ecclesia ad Paulum III.

De Symbolo.

Orationes aliquot, præsertim vnam in Sadoleti funere habitam.

Regulam Clericorum Regularium, seu Theatinorum.

Epistolas ad varios; quæ habentur in editione Coloniæ Vbiorum ex officina Kinkiana 1612. in 4. emissa. Ei scripsit Sultanus Solimanus Turcarum Monarcha.

Constitutiones Ecclesiasticas quinquaginta nouem. Extant *in Collectione* Romæ 1570. edita. Compendiosè eas redegit Iacobus Castellanus Clericus, Taruisinus, *cum alijs Romanorum Pontificum Constitutionibus*, Venetiis apud Franciscum Bolzettam 1603. in 4.

Reperitur sub nomine Pauli IV. *Epistola consolatoria ad suos dilectos filios*, qui prohibetur in Indice Romano.

Indicem librorum prohibitorum primus omnium *confecit.*

Et alia quædam ab abbreuiatore hæretico *vniuersalis Bibliothecæ* non sine virosa natiuæ fraudis aspergine recensita.

Obiit anno 1559. die 18. Augusti: sepultus primò in Vaticano cum sequenti Epitaphio, carmine composito.

Si tua non pendet parijs innixa columnis
Paule, nec est titulus Vrna superba tuis.
Sat tibi pro tumulo Cœlum est; nam maximè virum
Non alto poteras marmore Paule tegi.

Deinde in Ecclesia Dominicanorum supra Mineruam in sepulchro marmoreo à Pio V. erecto, cum alio Epitaphio, quod sic legimus.

Iesu Christo, spei & vitæ fidelium.

Paulo IV. Caraffæ Pontifici Maximo, eloquentiâ, doctrinâ, sapientiâ, singulari innocentiâ, liberalitate, animi magnitudine præstanti, scelerum vindici integerrimo, catholicæ fidei acerrimo propugnatori: Pius V. Pontifex Maximus, grati & pij animi momentum posuit. Vixit annos 83. mens. 1. dies 20. Obijt anno 1559. 15. Kal. Septembr. Pontificatus sui anno quinto.

Sedit ann. 4. mens. 2. & dies 27. Vacat Sedes mens. 4. dies 7.

De rebus gestis & laudibus Pauli, consulendi sunt Hugo Folietta, Franciscus Robertellus, Ioannes Baptista Castaldus, Laurentius de Burgo Murgellensi, Stephanus Binetus, Antonius Caracciolus, Cynus Campanus, Antonius Caraffa, Pirrhus Ligorius, Ioannes Paulus Flauius Albetanus, Hieronymus Magius, Ioannes Franciscus Firmanus, Ioannes Baptista Tuffus, Paulus Morigia, Ioannes Roberti, Cabrera, Panuinius, Ciaconius.

Eius scripta celebrantur à Rupipozæo Episcopo Pictauiensi *in Nomenclatura Cardinalium*, Hilarione Costæo *in eius Elogio*, Iacobo Sadoleto *in Epist.* Stanislao Hosio *ibid.* Gropero *ibid.* Bernardino Schotto *ibid.* Bernardino Schardonio Patauino *ibid.* Clemente VII. *ibid.* Laërtio Cherubino *in magno Bullario*, Andrea Ducheſnio *in eius vita*, & aliis. Bibliothecâ abbreuiatâ *Gesneri*, Ioanne Molano *in Bibliotheca materiarum, v. Iustitia & iustificatio*, Andrea Victorella *addit. ad Ciaconium.*

PAVLVS V. antea Camillus Burgheſius, Romanus, Papa 234. anno 1605. die 16. Maij creatus, & 29. in Vaticano coronatus, scripsit

Epistolas ad varios, quarum legitimus auctor est Gregorius Portius ex Allatio. Ioannes de Orbara Paulo scribit *Epistolam* quæ est prohibita *ex Decreto* 3. *Iulij* 1623.

Constitutiones Ecclesiasticas quamplurimas, quæ leguntur in Collectionibus nouissimè editis, præsertim *in Bullario magno* Laërtij Cherubini, Romani IC.

Obiit ann. 1621. die 28. Ianuarij: sepultus in Basilica S. Mariæ Maioris, in munificentissimo Sacello B. V. Mariæ dicato, à se ædificato. Sedit annos 15. mens. 8. dies 12. Vacat Sedes dies 12.

De rebus gestis Abrahamus Bzouius, Andreas Victorellus, Lucas VVadingus, Hilarion Costæus, Iustus Rickius, Lælius Guidiccionus, Henricus Chiffletius, Archangelus Spina, Antonius Quirinus, Baptista Guarinus, Censurarum libri aduersùs Remp. Venetam, Ferdinandus Carolus, Leo Allatius, Marcus Guadalajarra, Paulus Comitolus, Vespasianus Grispoltus, Paulus de Angelis, Marcellus Pallonius.

De

De Epistolis Apostolicis Ioannes Pagæus *lib. 2. Bibliothecæ Præmonstratensis*, Emanuel Rodericus Lusitanus *in Bullario.*

S. PELAGIVS I. Romanus, Papa 62. anno 555. mense Aprili creatus, consecratus verò 16. Aprilis Romæ, scripsit *Epistolas*, quarum sexdecim leguntur *tom. 1. Epistolarum Pontificiarum, tom. 7. Annal. Baronij* ex vetusto Codice Arelatensi *ann* 556. *&* 559. *& tom. 4. Concil.* Binij, cum eius fide.

Obiit anno 559. die 4. Martij : sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio :

Terrenum corpus claudant hæc fortè sepulchra,
Nil sancti meritis derogatura viri.
Viuit in arce poli cœlestis luce beatus,
Viuit & hic cunctis per pia facta locis.
Surgere iudicio certus, dextrámque tenentem
Angelica partem se rapiente manu.
Virtutum numero titulos Ecclesia Dei,
Quos ventura diu sæcula ferre queant.
Rector Apostolicæ fidei, veneranda retexit
Dogmata, quæ clarè constituere Patres.
Eloquio curans errorum schismate lapsos,
Vt veram teneant corda placata fidem.
Sacrauit multos diuinâ lege ministros,
Nil pretio faciens immaculata manus.
Captiuos redimens, miseris succurrere promptus,
Pauperibus, nunquam parta negare sibi.
Tristia participans, læti moderator opimus:
Alterius gemitus credidit esse suos.

Hîc requiescit Pelagius Papa, qui sedit annos 4. mens. 10. & dies 18. deposit. 4. Nonas Martij. Vacat Sedes mens. 3. & dies 25.

De Epistolis Apparatus *Possevini*, Coccius *in Thesaur.* Ekius *de primatu Petri*, Augustinus Barbosa *in decretum Gratiani*, Claudius de Rubys *l. 3. c. 9. hist. Lugd.* Genebrardus, Gualterus, Coriolanus, Camusius, Ciaconius, Platina, Ducheснius *in eius vita*, Bibliotheca *Gesneri*, Procopius.

PELAGIVS II. Romanus, Papa 65. anno 577. die 11. Nouembris creatus, & consecratus die 30. eiusdem mensis, scripsit

Epistolas

Epistolas decem, quas Seuerinus Binius notis illustrauit *tom.4.Concil.tom.7. Annal.* Baronij, *& tom.1.Epistolarum Pontificiarum.*

Decreta apud Iuonem Carnotensem *part.3. cap.136. & 7. cap.23.* Gratianum *in Decreto*, Anselmum *l.7. cap.68.* al.73. *lib.6.cap.40.* Polycarpum *l.2. tit.1. & 3.* Carranzam, Barbosam, & alios.

Obiit anno 590. die 8. Februarij: sepultus in Vaticano. Sedit annos 12. mens. 2. & dies 27. Vacat Sedes mens. 6. & dies 25.

De scriptis Pelagij II. S. Gregorius Magnus *in Epistola ad Hibernos.* Paulus Diaconus *lib.3. c.10. de gestis Longobardorum*, Coccius *in Thesauro*, Ekius *lib.2.cap.13. & lib.3.cap.12.* Genebrardus *in Chron.* Bellarminus *lib.2.de Rom.Pont.cap.14* Apparatus Sacer *Possevini*, Iouerius *in Decretis*, Petrus de Marca *l.1.de Concil.Sacerdot. & Imperij*, Coriolanus *in summa Concil. prælud.3.pag.17.* Gesnerus *in Biblioth.* Alphonsus Ciaconius *in Pelagio II.*

S. PETRVS, antea Simon, Hebræus, patriâ Bethsaida, à Domino nostro Iesu Christo anno suæ Natiuitatis 34. die 17. Maij post eius passionem Summus Ecclesiæ Vniuersalis Pontifex destinatus, scripsit

Epistolas Canonicas duas, quarum secundam è Syriaco in Latinum vertit R.P. Balthasar Etzelius S.I. Theologus, Germanus. Extant Græcè Venetiis apud S. Marcum, & Pisauri in illa Ducis Messanæ in Sicilia Monachij in Bauaria, Florentiæ. Extant in lingua Armenica in Biblioth. Ascanij Columnæ.

Liturgiam, seu *Apostolicam Missam*, vel *Diuinum Sacrificium S.Petri*, è Græco in Latinum vertit Ioannes à S. Andrea Canonicus Parisiensis, qui eam *ex Missali* Bibliothecæ Regis Christianissimi *anno* 1595. eruit, Notis illustrauit, & prælo tradidit *cum Canone Lat. S. Ecclesiæ Romanæ* apud Federicum Morellum Architypographum Regium Parisiis 1595. Extat etiam Græcè & Latinè *tom.2. Biblioth. Patrum.* Eam quoque Notationibus illustrauit eruditissimus Episcopus Ruræmundensis, Guilielmus Lindanus; quæ annotationes ibidem habentur.

bentur, prodiit etiam Antuerpiæ typis Plantinianis 1598. *cum Apologia* eiusdem Lindani, & antea 1589. in 8.

Sequentia opera falsò tribuuntur S. Petro, vt testatur D. Hieronymus *de script. Eccles.* & tanquam apocrypha à S. Gelasio I. habentur.

Actorum eius lib. 1. Eusebius *lib. 3 cap. 3. historiæ Eccles.* inter apocryphos etiam recenset.

Euangelij lib. 1. Serapion Episcopus Antiochenus hunc librum commemorat.

Prædicationis lib. 1. Clemens Alexandrinus *6. Stromatum*, & Origenes *in Ioannem*, citant hunc librum.

Apocalypseos lib. 1. Eusebius *loco citato.*

Iudicij lib. 1. citatur à Ruffino *in explanatione Symboli* ad Laurentium.

Sub nomine etiam *D. Petri* reperitur Græcè *Epistola ad Iacobum Episcopum Hierosolymitanum*, quæ asseruatur in Bibliothecis Regum Christianissimi, & Catholici, ex Antonio Possevino S. I. sed tribuenda est Clementi I. Papæ, vt ex diuersis virorum doctissimorum consultationibus didicimus. Præterea reperitur in Bibliotheca Magni Ducis Florentiæ apud S. Laurentium, Petri & Pauli SS. Apostolorum præcepta MSS. Græcè, quæ ibidem vidi, *pluteo* 10. Idem testatur Henricus Erustius *in suo Catalogo librorum Bibliothecæ Mediceæ*, Amstelodami 1641. 12. *edito* apud Ioannem Izansonium.

Romæ in ea Ianiculi parte, quæ propior Monti Vaticano existit capite deorsum verso, & in sublime pedibus eleuatis, cruci confixus est anno 69. 3. Kal. Iulij, Imperij verò Neronis 13. eodem die, & anno, quo S. Paulus. Qui ambo communem in sacro Vaticano sepulturam acceperunt, quam nostro sæculo mirificè Paulus V. exornauit: sicuti etiam annis elapsis S. D. N. Papa Vrbanus VIII. Commune autem Principibus Apostolorum Epitaphium Venantius Fortunatus, Italus, Episcopus 32. Pictauiensis *l. 3. Carminum*, hunc in modum posuit.

Cælorum portæ, lati duo lumina mundi,
Orbe tonat Paulus, fulgurat arce Petrus.

Inter Apostolicas radiante luce coronas
Doctior hic monitu, celsior ille gradu.
Per hunc corda hominum reserantur, astra per illum:
Quos docet ipse stylo, suscipit ille polo.
Pandit iter cœli hic dogmate, clauibus alter,
Est via cui Paulus, ianua fide, Petrus.
Hic petra firma manens, ille Architectus habetur:
Surgit in his templum, quo placet ara Deo.
A facie hostili duo propugnacula præsunt,
Quos fidei turres Vrbs, caput orbis, habet.
Hi radiant oculi pretioso in corpore Christi,
Lumine, qui proprio cætera membra regunt.

Sedit primò Hierosolymis ann. 5. secundò Antiochiæ anno 7. vltimò verò Romæ ann. 24. mens. 5. & dies 12. sic in vniuersum sedit ann. 36. mens. 5. & dies 12.

Qui de rebus gestis S. Petri scripserunt, consule S. Abbonem Martyrem *de vitis Rom. Pont.* Abdiam Babylonicum *lib. de vitis Apostolorum*, Abrahamum Bzouium *in Romano Pontifice*, Adamum à S. Victore, Ægidium Diepenborrium, Albertum Pium, Alexandrum Villadeum, Aloysium Lipomanum, Aloysium Nouarinum, Alphonsum Ciaconium, Alphonsum Salmeronem, Alphonsum Villegas, Amalricum Augerium, Amatum Monachum, S. Ambrosium, Ammonium Alexandrinum, Anastasium Bibliothecarium, Andream Ducheſnium, Angelum Roccam, Annibaldum Ceccanum, Anonymos, S. Anselmum, Antonium Gentium, Antonium Georgium, Antonium Sabellicum, Aratorem, Augustinum Triuulsium, Aurelium Prudentium, Baptistam Mantuanum, Baptistam Platinam, Bartholomæum Dionysium, S. Bernardum, Bernardum è Castro S. Vincentij, Bernardum Guidonis, Bertrandum de Cura, S. Bonifacium Quiritinum, Bonifacium Simonetam, Boninum Mombritium, Christophorum Varseuicium, S. Cællachum, Scotum, Cornelium Aurelium à Marca, Damasum Portuensem, Dauidem Betonum, Dauidem Crinitum, Desiderium Erasmum, Dominicum Tempestam, S. Dorotheum, Egesippum, Elpem, Engelbertum, S. Eucherium, Eusebium, Felicem à Maida, Ferdinandum

nandum Carolum, Franciſcum Agricolam, Franciſcum Bencium, Franciſcum Mucantium, Fridericum Nauſeam, Gerardum Voſſium, Goffridum Scotum, Gregorium Corteſium, Gregorium Nazianzenum, Gualterum Huntum, Guilielmum Poſtellum, Henricum Bullingerum, S. Hieronymum, Honorium Auguſtodunenſem, Hugonem Victorinum, Iacobum Latomum, Iacobum Naclantem, S. Ignatium de Loyola, Ioachimum Perionium, S. Ioannem Chryſoſtomum, Ioannem Cochlæum, Ioannem Collæum, Ioannem Ekium, Ioannem Fabrum, Ioannem Ficherum, Ioannem Heſſelium, Ioannem à Louanio, Ioannem Mariam Verratum, Ioannem Stellum, Ioannem Trithemium, Ioannem Turrecremata, Iodocum Rauenſem, Iuonem Barchampenum, Landulphum Columna, Laurentium Arthurum, S. Leonem Magnum, Leonem VI. Imperatorem, Leontium, Lucium Charinum, Ludouicum Tranſillum, Luitprandum, S. Marcellum Martyrem, Maximum Planudem, S. Melchiadem, Michaëlem Brerhingerum, Michaëlem Lonigum, Nicephorum Calliſtum, Nicolaum Arragonium, Nicolaum Mameranum, S. Odilonem, Onuphrium Panuinum Panigardum, Paulum Æmilium Sanctorium, Paulum Iſuardum, Petrum Apollonium Collatium, S. Petrum Damianum, Petrum Diaconum, Petrum Malonem, Petrum Richardum, Richardum de S. Victore, Robertum Francorum Regem, Robertum Southvvellum, Ruardum Tapperum, Simeonem Metaphraſtem, Sophronium, Syluium Antonianum, Theobaldum Stampenſem, Theodorum Bibliandrum hæreticum, Theodotum, Thomam Bonum, Thomam Ramonem, Matthæum Gothum, Acta Apoſtolorum, Euangelia & Commentatores in ea, Gaſparem Odontium, Aloyſium Iuglarem.

Forſan non diſplicebit beneuolo Lectori, vt hîc *Catalogum Interpretum Epiſtolarum Canonicarum B. Petri* attexamus. Inuenient enim curioſiores, non modò veterum, ſed recentiorum Catholicorum quoque complurium ſcripta non contemnenda, & manu exarata, & typis olim excuſa, multis tamen incognita hodie, & obliuione veluti ſepulta, quæ ſincero & magno labore è latebris in lucem producimus.

Adamus Sasbout, Franciscanus, Batauus.

Ægidius Columna, Augustinianus, Cardinalis, Romanus.

Albertus Magnus, Dominicanus, Episcopus Ratisbonensis, Sueuus.

Albertus Nouocampianus, Polonus *in Scopo Biblico in vtrumque Testamentum*, Cracouiæ apud Lazarum Andream 1552. *edito.*

Albertus Patauinus, Augustinianus, Italus.

Albertus, Benedictinus Sigebercensis, Germanus.

Alexander de Hales, Franciscanus, Anglus.

Alexander Seton, Scotus.

Alphonsus Salmeron S.I. Hispanus.

Ambrosius Catharinus, Dominicanus, Archiepiscopus Compsæ, Senensis.

Andreas Episcopus Cretensis, Græcus.

Anselmus Laudunensis *cognomento* Scholasticus, Gallus.

Antonius Godeau, Episcopus Grassensis, Gallus. Parisiis 1640. in 12. Gallicè.

Antonius Medices, Franciscanus, Florentinus MS. Florentiæ *in Bibliotheca S. Crucis.*

Apollinarius iunior, Episcopus Laodicenus, Syrus.

Athanasius Balodius Patriarcha Antiochenus, Græcus, aliis Syrus, ex Possevino.

S. Augustinus Episcopus Hipponensis, Africanus, ex Pamphilio.

Augustinus Iustinianus, Dominicanus, Episcopus Nebiensis in Corsica, Genuensis *in Octaplo.*

Augustinus Romanus, Augustinianus, Episcopus Nazianzenus & Cæsenas, Italus.

Augustinus Triumphus, Anconitanus, Augustinianus, Italus; cuius *Commentaria MSS.* extant Oxoniæ in Bibliotheca Balliolensi, & Cremonæ apud suos.

Aurelius Prudentius Clemens, Hispanus *in Enchiridio veteris & noui Testamenti.*

Bartholomæus de Bononia, Dominicanus, Italus.

Bartholomæus, Eremitanus, Episcopus Vrbinas, Italus.

Beda V. Benedictinus, Anglus; cuius *Commentaria* extant

tant MSS. Oxoniæ & Pisauri in Italia, in Bibl. Lincolnienſi, *vol.* 11. Balliol. 160. Cantabrigiæ S. Benedicti *vol.* 168. *publ.* 44.

Benedictus Aretinus, vulgò de Accoltis, Italus.

Benedictus Arias Montanus, Hiſpalenſis, Hiſpanus.

Benedictus Iuſtinianus S.I. Genuenſis. Lugduni apud Iacobum Cardonem & Petrum Cauellat 1621. fol.

Bernardinus Galdolus, Brixianus, Abbas Camaldulenſis, Italus.

Bertrandus Parayte, Auguſtinianus, Toloſanus.

Chriſtophorus Molhuſenſis, Dominicanus, Anglus.

Claudius Guillaudus, Bellijocenſis, Canonicus Æduenſis, Gallus.

Clemens Alexandrinus, Athenienſis *tom.* 3. *Biblioth. Patrum.*

Clemens Langthonienſis, Canonicus Regularis S. Auguſtini, Anglus.

Conganus, vel Cognanus Abbas, Scotus, ex Dempſtero.

Conradus Henſelius, Rector Eccleſiæ Francfordienſis, Germanus.

Cornelius Cornelij à Lapide S.I. Belga. Lugduni ex Officina Proſtiniana 1627. fol.

S. Cyrillus, Carmelita Patriarcha Alexandrinus, Græcus.

Dauid Obugo, Hibernus.

S. Dominicus Ordinis Prædicatorum Fundator, Hiſpanus.

S. Didymus Alexandrinus, Cæcus, Græcus.

B. Dionyſius Rikelius, Carthuſianus, Germanus.

Eduardus Læus, Anglus.

Emanuel Sa S.I. Luſitanus. Antuerpiæ typis Plantinianis 1596.

S. Eucherius Epiſcopus 30. Lugdunenſis, Gallus.

Euſebius *cognomento* Pamphilius, Epiſcopus Cæſarienſis, Græcus.

Franciſcus Feuardentius, Franciſcanus, Normannus. Pariſiis typis Niuellij 1598. in 8. & 1601.

Franciſcus Georgius, Franciſcanus, Venetus.

Franciſcus Lucas, Burgenſis, Belga. Antuerpiæ typis Plantinianis 1581. 4.

Franciſcus Titelmannus, Haſſellenſis, Franciſcanus, Belga, Venetiis apud ſignum fidei 1547. & Pariſiis 1550.

Franciſcus Vicedominus, Ferrarienſis, Franciſcanus Conuentualis, Italus.

Franciſcus Ximenius è Ciſneros, Franciſcanus, Archiepiſcopus 87. Toletanus, & Cardinalis, Hiſpanus.

Gabriel Flamma, Canonicus Regularis Lateranenſis, Epiſcopus Clodienſis, Venetus, *in ſuis ad vniuerſa Biblia Notis.*

Gabriel Prateolus, Marcoſſius, Theologus Pariſienſis, Gallus Galfridus Hardebus, Auguſtinianus, Anglus.

Gilbertus Genebrardus, Benedictinus, Archiepiſcopus 54. Aquenſis, Gallus.

Gregorius Ariminenſis, Auguſtinianorum Prior Generalis 15. Italus.

Gregorius Primaticius, Dominicanus, Senenſis, Venetiis apud Cominum de Tridino 1564. & Senis apud Lucam Boneltum 1573. in 4.

Guido de Ferraria, Dominicanus Epiſcopus Ferrarienſis *in ſua Bibliorum Margarita* Heroico Carmine *concinnata.*

Guilielmus Anconitanus, Auguſtinianus, Italus.

Guilielmus Eſtius, Patauus Gorcomius. Duaci apud Balth. Bellerum fol.

Haymo, Benedictinus, Abbas, deinde Epiſcopus 3. Halberſtatenſis, Germanus.

Hieronymus Seripandus, ex Priore Generali 37. Eremitarum Auguſtinenſium Cardinalis, Archiepiſcopus Salernitanus, Italus.

S. Hieronymus Stridonenſis S. R. E. Cardinalis Hungarus.

Hugo à S. Choro, Burgundus, Dominicanus, S. R. E. Cardinalis, Gallus.

Hugo à S. Victore, Canonicus Regularis S. Victoris Pariſienſis, Saxo, *in libros Allegoriarum vtriuſque Teſtamenti.*

Iacobus Faber, Stapulenſis, Auctor prohibitus, Gallus, Antuerpiæ 1568. in 8.

Iacobus Kauius, ex Poſſeuino.

Innocentius V. Papa, Dominicanus, Burgundus.

Ioannes

Ioannes de Baccone, Carmelita, Anglus.

Ioannes Baptista Folengius, Benedictinus, Auctor prohibitus, Mantuanus, Lugduni 1555. in 8.

Ioachimus Haberbock, Germanus, Monachij apud Adamum Bergk 1568. in 8. carmine.

Ioannes Bence, Presbyter Congregationis Oratorij, Gallus.

Ioannes Capetius, Insulensis, Flander MS. *ex Athenæis Svvertij.*

Ioannes Capgrauius, Augustinianus, Anglus ex Pitseo.

Ioannes Chiningamus, Carmelita, Anglus.

S. Ioannes Chrysostomus, Patriarcha Constantinopolitanus, Græcus, MS. *in Bibliothecis*, Constantinopolitana & Cæsarea Viennæ Austriæ.

Ioannes de Indagine, Carthusianus, Germanus, cuius *Commentaria* extant MSS.

Ioannes Gagnerus, Academiæ Parisiensis Cancellarius, Gallus, Parisiis apud Carolum Perierium 1552. & apud Simonem Colinæum 1563. in 8.

Ioannes Hessels à Louanio, Belga, Louanij 1568.

Ioannes Lopiz, Neapolitanus.

Ioannes Lorinus S. I. Auenionensis, Lugduni apud Horatium Cardon 1609. fol. & Coloniæ 1610. 4.

Ioannes Maibrosius, Scotus, Coloniæ 1540.

Ioannes Noblet, Carmelita, Parisiensis ex Trithemio.

Isidorus iunior, Archiepiscopus Hispalensis, Hispanus.

Leo Magister Proconsul. Extabat MS. Græcè *in Insulæ Patmos*, ex Antonio Possevino.

Ludouicus Marsilius, Augustinianus, Florentinus *Heroïcis versibus.*

Marcus Aurelius Cassiodorus, Abbas, Italus, ex Possevino.

Matthæus Dominicanus, Patriarcha Constantinopolitanus, Italus, *in suis quatuor libris locorum communium in vniuersam Scripturam*, qui asseruantur MSS. in Bibliotheca Dominicanorum Bononiæ.

Matthias de Pace, Dominicanus.

S. Mirinus,

S. Mirinus, Abbas Benedictinus, Scotus, ex Dempstero.

Nicetas Episcopus Heraclienſis, Græcus. Extat Græcè MS. *in Bibliotheca* Imperatoris Viennæ Austriæ.

Nicolaus de Hanapis, Remenſis, Dominicanus, Patriarcha Hieroſolymitanus, Gallus.

Nicolaus de Lyra, Franciſcanus, Normannus.

Nicolaus Dinkeſpülus, Germanus.

Nicolaus Gorhamus, Dominicanus, Anglus ex Pitſeo, Gallus ex Poſſeuino.

Nicolaus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Græcus, *in ſua totius ſacræ Sripturæ explicatione*, quam olim R. D. Conſtantinus Barinus, Conſtantinopolitanus poſſidebat.

Nicolaus Pugnatius, Doctor Pariſienſis, Gallus, cuius *Commentaria MSS. Latina* Genuæ in Bibliotheca Carmelitarum vidi anno 1640.

Nicolaus Serarius Ramberuillanus S. I. Lotharingus ex P. Ribadeneira.

Nicolaus Tacitus, Zigerus, Franciſcanus, Belga, Coloniæ 1557.

Nicolaus Triuctus, Dominicanus, Anglus.

Nicolaus Zigenus, forſan Zigerus, de quo ſuprà.

OEcumenius, Græcus, Veron. 1532. Latinè reddiderunt Ioannes Bernardus Felicianus, Venetus, & Ioannes Hentenius, Belga, Louanij 1545. & Pariſiis. Extant Græcè *in Bibliotheca* Reipublicæ Auguſtæ Vindelicæ.

Petrus à S. Fide, Carmelita, Anglus ex Pitſeo.

Petrus Aureoli, de Verberia, Franciſcanus, Archiepiſcopus 34. Aquenſis, & Cardinalis *in ſuo Bibliæ Breuiario.*

Petrus Berchorius, Pictauienſis, Benedictinus, Gallus *in Morali reductorio vtriuſque Teſtamenti.*

Petrus Bruniquellus, Auguſtinianus, Epiſcopus Nouæ Ciuitatis, Italus, ex Ioſepho Pamphilio, & Thoma Gratiano.

Petrus, Cantor Pariſienſis, Gallus, MS. in Bibliotheca Dominicana Lugdunenſi. Incip. *Os enim loquitur ſapientiam.*

Petrus de Carbolio Archiepiſcopus 47. Cameracenſis, deinde 72. Senonenſis, Gallus.

Petrus Paganus, Bergomas, Dominicanus, Italus.

Petrus

Petrus Paludanus, Dominicanus, Patriarcha Hierosolymitanus, Burgundus.

Petrus Piiartius, Ordinis Minimorum, Gallus, ex Lanouio.

Petrus Russellus, Franciscanus, Anglus.

Pontius Carbonellus de Boltingata, Franciscanus, Catalaunus, ex Henrico VVilloto.

Rabanus Magnentius, Maurus, Benedictinus, ex Abbate Fuldensi Archiepiscopus 46. Moguntinus, Germanus.

Simon Iatumæus, Episcopus Thebarum & Gyratij, Constantinopolitanus.

Sixtus Vicedominus, Nouocomensis, Dominicanus, Italus.

Theodoretus, Episcopus Cyri in Syria, Græcus, MS. *in Bibliotheca* Patriarchæ Constantinopolitani ex Antonio Verdero *in Supplemento Gesneriano.*

S. Thomas Aquinas, Dominicanus, Neapolitanus, Lugduni apud Antonium Vincentium 1558. in 8. & Parisiis. Aliqui tribuunt Thomæ Iorio, Gallensi, Anglo.

Thomas Asheburnus, Augustinianus, Anglus.

Thomas de Vio Caietanus, Dominicanus, Cardinalis & Archiepiscopus Panormitanus, Italus, Lugduni ex officina Prostina 1639. fol.

Thomas Iorsius, Dominicanus, Anglus.

Thomas Spermanus.

Thomas VValdensis, Carmelita, Anglus.

Theophylactus Bulgariæ Archiepiscopus, Græcus, MS. *in Bibl.* Imperatoris.

VValfridus Strabo, Benedictinus Fuldensis, Germanus.

Hæretici qui in eas scripserunt.

Benedictus Aretius Bernæ Heluetiorum Professor, Lausanæ 1574. in 8. 1578. in 8. 1579. 8. Morgiis apud Ioannem le Preux 1581. in 8. 1583. fol. 1588. in 8.

Christophorus Hegendorphinus, Germanus.

Christophorus Imlerus, Hadamarius, Germanus.

Henricus Bullingerus, Germanus, Lutheranus, Tiguri 1582. fol. apud Christoph. Froschouerum.

Hieronymus VVellerus Fribergensis, Lipsiæ apud Ernestum Vœgelinum 1568. in 8.

Ioannes Caluinus, Nouiodunensis, Picardus.

Ioannes Haberbock, Germanus, carmine.

Lucas Osiander, Germanus, Tubingæ 1584. in 4.

Nicolaus Henningius, Lutheranus, Lipsiæ apud Vœgelinum 1572. in fol. Francofurti 1579. in fol.

Nicolaus Selneccerus, Lutheranus, Ienæ 1567. in 8.

Rodulphus Gualterus, Tigurinus, Heluetius, Tiguri apud Froschouerum 1588. in 8.

S. PIVS I. Aquileiensis, Papa 11. anno 158. die 15. Ianuarij creatus, scripsit

Epistolas Decretales quatuor, quas Notis illustrauit Binius *tom.* 1. *Concil.* Margarinus Bignæus *tom.* 3. *Bibl. Patrum*, duas dumtaxat refert ad Iustum Archiepiscopum 5. Viennensem, sicuti & Ioannes Iacobus Grynæus, hæreticus, *in suis monumentis Patrum*, Basileæ 1569. in fol. *editis*. Reprobantur à Centuriatoribus, VVhittakero, Riueto, & aliis hæreticis, sed falsò.

Decreta apud Iuonem *l.* 1. *&* 2. Burchardum *ex Pœnitentiali Theodori*. Anselmum *lib.* 11. *cap.* 63. Codicem quinque librorum *l.* 2. *cap.* 17. & sexdecim librorum *l.* 3. *cap.* 19. Gratianum *in Decreto*. Barbosam, Simonetam & alios.

Martyrio coronatur Romæ anno 166. vel 167. secundùm Baronium die 11. Iulij: sepultus in Vaticano iuxta corpus S. Petri. Sedit annos 9. mens. 5. & dies 26. Vacat Sedes dies 14. Ciaconius 13.

De Epistolis Genebrardus *l.* 3. *Chron.* Baronius *ann.* 166. *&* 167. Possevinus *in Apparatu*. Thomas Netterus, aliàs VValdensis, Carmelita, *tom.* 1. *l.* 4 *art.* 3. *cap.* 38. *& tom.* 2. *c.* 90. Coccius *in Thesauro*. Ekius *de Primatu Petri*. Claudius de Rubys *l.* 1. *cap.* 4. *hist. Lugd.* Bibliotheca Floriacensis, Petrus de Natalib. *in eius vita*. Petrus Ribadeneira *ibid.* Iacobus Gualterus *sæc.* 2. *col.* 1. *verit.* 1. §. 5. *verit.* 3. §. 1. 8. §. 4. *&* 11. §. 5. Ioannes Lieuræus *in Antiq. Viennens.* Bellarminus *l.* 2. *de Rom. Pont.*

Pont. cap. 14. Bibliotheca *Gesneri*, Alphonsus Ciaconius *in Pio I.* Baptista Platina *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* Ioannes Franciscus Bordinus *ibid.* Baptista à Glano *ibid.* Gabriel Martinus *aduersùs Vulsonem Caluinistam.*

PIVS II. antea Æneas Syluius Picolomineus, Senensis, Papa 211. anno 1458. die 19. Augusti creatus, & 3. Septembris Romæ coronatus, scripsit

De miseriis Curialium lib. 1. *Stultos esse qui Regibus.* Prodiit Hispanicè 1529. & Latinè in 4.

De educatione librorum ad Ladislaum Hungariæ & Bohemiæ Regem lib. 1. *Omnibus, qui ad virtutis*, &c.

Solutionem quæstionum lib. 1. *Aderat nuper Cæsarea.*

De duobus Amantibus lib. 1. *Vrbem Senas vnde tibi*, &c. Prodiit in 4.

Contra Thaboritas, de communione Corporis Christi, lib. 1. *Quamuis apud Bohemos*, &c. Prodiit Gallicè Parisiis apud Vincentium Sertenas 1562. 8. Interprete Ioanne Poldone Albenacensi Consiliario Nemausensi *ex Bibliothecis Gallicanis*, Francisci Crucij & Antonij Verderi.

Ad Nicolaum Cusanum Cardinalem lib. 1. *Venit ad me hac ipsa*, &c.

De fide ad Turcam lib. 1. *Scripturi ad te aliqua*, &c. Quem Gallicè reddidit & scholiis illustrauit Petrus Crepetius Cœlestinus Parisiensis, Parisiis apud Guilielmum Lanouium 1589. & Italicè Antonius Peregrinus, Venetus.

De profectione in Turcas lib. 1. *Ezechielis Prophetæ*, &c.

Ad Episcopum Cracouiensem lib. 1. *Heraldus Alphonsi*, &c.

De ortu & historia Boëmorum lib. 1. *Interitura esse quæque*, &c. Prodiit *cum historia Boëmica* Ioannis Dubrauij Episcopi Olomuzensis, Basileæ 1552. 1575. apud Petrum Pernam in fol. & 1595. Hanouiæ 1602. in fol. Salingiaci apud Ioannem Soterum 1528. Ambergæ 1593. in 4. Extat MS. Patauij *in Bibliotheca* Cathedralis Ecclesiæ.

Præcepta Rhetoricæ lib. 1. *Bene esse vir illustris.*

Pro laude Homeri præfationem. Londini 1509.

Bullam Christianorum contra Turcas Militantium, ibid. Extat MS. Pisauri.

Epistolas duas de aduentu Sigismundi Constantiæ, ibid.

Epistolam ad Morbisanum Turcarum Principem, ibid.

Parallelam Alphonsinam, seu *Commentarium in 4. libros Antonij Panormitæ de dictis & factis Alphonsi Regis Arragonum.* Hanouiæ 1611. 4. VVittebergæ 1585. 4. *cum commentarijs* Iacobi Spiegelij Rostochij anno 1590. in 4. typis Myliandrinis *studio Dauidis Chytræi.*

Historiam Asiaticam, seu *Asiæ.* Parisiis 1534. 8. & Coloniæ 1573. in 8. & fol.

De Asia minori lib.

Historiam Europæam, ad Antonium Cardinalem. Podagrantem me nuper Parisiis 1534. 8. Coloniæ 1573. in 8. & fol. *cum additionibus.*

Rerum in Italia suo tempore gestarum lib. 12.

Historiam Germanicam.

De auctoritate & ortu Romani Imperij, lib. 1.

De origine & progressu S. Romani Imperij, 1610. in 8.

Historiam de gestis sub Federico III.

De Hungaria & de gestis in ea 1493.

Fasciculum rerum expetendarum 1535.

Decadum Blondi Epitomen, quâ omnis ab inclinato Romanorum Imperio historia, quæ cœpit penè anno Christi 407. per centum & amplius annos, miro compendio citra obscuritatem complectitur. Extat Patauij MS. *in Biblioth.* Ecclesiæ Cathedralis.

De bono pacis, ad Regem Alphonsum.

Historiarum opus imperfectum lib. 1.

Geographiam totius Orbis incœperat.

De ortu Nili fluminis lib. 1.

De Concilio Basilienſi lib. 1. Extat M S. Pisauri *in Bibliotheca* Ducis, Basileæ 1577. 8. *curâ Christiani Vestisij.*

De Fato lib. 1.

De studio venandi lib. 1.

De præsentia, aliis *præscientia Dei*, lib. 1.

De Grammatica lib. 1. ad Ladislaum adolescentem Hungarorum Regem.

Dialogum contra Turcas lib. 1. sed imperfectũ, teste Ciaconio.

De

De clade vniuersalis Ecclesiæ lib. 1. *Inuitus quidem*, ad Nicolaum V.

De rebus à se gestis, à Ioanne Gobelino editis, & à Francisco Picolominæo Senensi Archiepiscopo ex vetusto exemplari recognitis *lib.* 1. Romæ typis Dominici Basæ 1584. in 4. & 1589. Francofurti 1614. fol. typis Aubrianis, MS. apud Ioan. Baptistam Picolomineum Senis.

De clade Constantinopolitana orationem, *Constantinopolitana clades.*

De prauis mulieribus libellum, ad Carolum Cyprianum. Prodiit in Germania 1507. *studio Ioannis Adelphi Mulingi Argentinensis.*

Epitaphiorum libellum, ibid.

Orationum librum, quem MS. vidi Florentiæ *in Bibliotheca Medicea*, S. Laurentij, extat etiam Senis.

Orationem in Conuentu Mantuano habitam. Extat MS. Patauij apud V. Cl. Iacobum Philippum Thomasinum Episcopum ciuitatis Nouæ in Istria.

Orationem ad Calixtum III. Papam. Solent plerique omnes, MS. apud eundem.

Orationem alteram coram cœtu Cardinalium, Moyses vir Dei.

Orationem de morte Eugenij IV. creationeque & coronatione Nicolai V. Summorum Pontificum, coram Federico Romanorum Rege habitam, MS. apud eundem.

De aduentu capitis S. Andreæ, *& de sanguine Christi*, lib. 1. Extat MS. Pisauri *in Bibliotheca* Sereniſſimi Ducis.

De erratis Parisiensium lib. 1. ex Ciaconio.

De defensione Poëtices lib. 1.

De dignitate Cæsaris lib. 1.

Orationem Mantuæ habitam pro responsione ad Oratores Regis Francorum. Extat MS. apud eundem Thomasinum Patauinum.

Nicolai V. obitum, & Calisti III. creationem, MS. ibid. apud eundem.

Responsionem ad Martinum Meyer pro Ecclesia Romana. Romæ 1584. typis Dominici Basæ. Extat MS. Pisauri *in Bibliotheca* Ducis.

Epigrammata, variaque poëmatum genera, lepidè & acutè scripsit, & amplius tria milla variorum versuum, quorum magna pars Basileæ periit.

Sententias in Prouerbij modum reliquit multas. Prodierunt post eius Elogium in editione Basilensi 1575. appositum, hoc est, *Prouerbia de diuinis & humanis*, Latinè in 4.

Remedium Amoris, Gallicè prodiit Parisiis apud Stephanum Groulcau 1548. in 8. *operâ Albini Auellani Canonici Suessionensis*, vnà *cum libris* de Eurialo & Lucretia duobus Amantibus, & *opusculo* S. Ouidij Sulmonis *de arte amandi.*

Historiam Amorum Euriali & Lucretiæ. Prodiit Gallicè Parisiis apud Nicolaum Christianum, Interprete Ioanne Milleto San-Amoræo, Sequano, Lugduni apud Oliuarium Arnolletum, *studio Magistri Antiti, S. Capellæ Regiæ Diuionensis*, testibus Antonio Verdero & Francisco à Cruce *in Bibliothecis Gallicanis.*

Familiarium Epistolarum opus, in quadruplici eius statu transmissarum. Primò cùm esset Imperialis Secretarius, deinde Episcopus Senensis, postea Cardinalis Sabinensis, postremò Romanus Pontifex. Quas verò omnes has Epistolas collegit Nicolaus die VVille Lateranensis, Palatij, aulæque Imperialis Consistorij Comes, qui singulis Epistolis præfixit argumentum. Sunt autem *Epistolæ* 431. quibus acta Regum & Principum describuntur, aliæ familiares, & amicæ, nonnullæ commendatitiæ, & aliæ variæ, siue quibus aut gratias agit, aut gratulatur. Prodierunt Nurembergæ sumptibus Antonij Koburger 1481. & Lugduni 1497. per Ioannem de Vinghe. Extant MSS. Florentiæ *in Bibliotheca Medicæa*, apud S. Laurentium, vbi vidi *plut.* 541. & olim in illa Cardinalis Syrleti, quæ fuit postea Ascanio Cardinali Columnæ, Senis in Picolominea.

Constitutiones Ecclesiasticas varias, quæ leguntur *in Collectione* Romæ 1579 *edita* apud hæredes Antonij Bladij.

Bullas retractationum suarum, ad Vniuersitates Parisiensem & Colonienſem circa Concilium Basilienſe, quod ipse primò probauerat & defenderat. Extant *tom.* 8. *Concil.* cum eius Concilio Mantuano. Prodierunt etiam Venetiis 1564. in

in fol. Alias habes *in Bullarijs* Laërtij Cherubini, Emanuelis Roderici & aliorum.

Obiit Anconæ anno 1464. die 15. Augusti. Corpus tandem Romam delatum apud S. Petrum conditum est cum sequenti Epitaphio:

Pius II. Pontifex Maximus, natione Tuscus, patriâ Senensis, gente Picolominea, sedit annos 6. breuis Pontificatus, ingens fuit gloria, conuentum Christianorum Mantuæ pro fide habuit. Impugnatoribus Romanæ Sedis intra atque extra Italiam restitit. Catharinam Senensem inter Sanctas Christi retulit. Pragmaticam in Gallia abrogauit, Ferdinandum Aragoniæ in regnum Siciliæ eis fretum restituit. Rem Ecclesiæ auxit, Fodinas inuenti tum primum alumnis apud Tolfam instituit, cultor iustitiæ & religionis admirabilis eloquio. Vadens in bellum, quod Turcis indixerat, Anconæ decessit, vbi & classem paratam & Ducem Venetorum cum suo Senatu commilitones Christi habuit, relatus in Vrbem est Patrum Decreto, & hîc conditus vbi caput Andreæ Apostoli ad se ex Peloponeso aduectum, collocari iusserat. Vixit ann. 58. mens. 9. dies 27. Franciscus Cardinalis Senensis auunculo sanctissimo F. 1464.

Sedit annos 6. mens. 11. & dies 27. Vacat Sedes dies 15.

De Pij II. laudibus præter Auctores Pontificios consulendi sunt Ioannes Antonius Campanus, Ioannes Gobelinus, Anonymus *in editione Basilienſi* 1575. Theodorus Lelius, Antonius Sanderus, Franciscus Philelphus, Guilielmus Insulanus, Ioannes Iacobus Boissardus, Morbisanus Turcarum Princeps.

De scriptis testimonia perhibent Ludouicus XI. Francorum Rex, & Vniuersitas Parisiensis *in Epist. ad Pium II.* quas legi MSS. Semuri apud Mandubios in Bibliotheca nostra Carmelitana, Iulianus Cardinalis S. Angeli *ibid.* Gaspar Nouariensis *ibid.* Ioannes Campsius *ibid.* Petrus Noxetanus *ibid.* Andreas Donatus, Venetus *ibid.* Iacobus Arcimboldus *ibid.* Bartholomæus Episcopus Cornetanus *ibid.* Richardus Valentinus *ibid.* Gregorius Lollius, Senensis *ibid.* Franciscus de Picciolpassis Bononiensis, Archiepiscopus III. Mediolanensis *ibid.* Ioannes de Bogauia Cardinalis S. Callisti *ibid.* Nicolaus

laus Amydanus *ibid.* Franciscus Quondratius *ibid.* Arianus Sozimus *ibid.* Adamus de Mulim, Anglus *ibid.* Franciscus Pychonius *ibid.* Pogius Florentinus *ibid.* Hota Nouarola, Veronensis *ibid.* Andreas Contrarius, Venetus *ibid.* Bartholomæus Factius *ibid.* Leodrisius Crebellus Mediolanensis *ibid.* Trithemius, Antonius Verderus *lib.8. Prosopographiæ*, Gesnerus, Paulus Balduanus *in Bibliotheca philosophica*, Molanus, Posseuinus, Ludouicus Carbo *de Script. sacris in 1.2. D. Thomæ partem cap.* 12. Gregorius Lollius *Epist. ad Cardinalem Papiensem*, Ioannes Cochlæus *lib.* 12. *hist Hussitarum*, Hippolytus Donismundus *in historia Ecclesiastica Mantuana.*

PIVS III. antea Franciscus Picolomineus, Senensis, Papa 216. anno 1503. die 22. Septembris creatus, & 8. Octobris in Laterano coronatus, scripsit

Epistolas ad varios viros eruditissimos, nempe Marsilium Ficinum Florentinum, Marcum Antonium Coccium Sabellicum, Varronensem, Angelum Politianum, Augustinum Dathum Senensem, Ioannem Reuchlinum Capnionem, & Iacobum Siluerium Episcopum Cremonensem & alios. Pio etiam mutuas Epistolas dedêre Sabellicus III. Ficinus IV. Antonius Campanus XXIII. Dathus VI. Iacobus Mensbona, seu Amanatus Lucensis, Episcopus Papiensis, & Card. XXVI. Franciscus Philelphus, Angelus Politianus, Aldus Manutius senior, Lipus Brandolinus, & Hermolaus Barbarus, Venetus, Patriarcha 88. Aquileiensis, Petrus Delphinus.

Recognouit opus *de rebus gestis Pij II. eius auunculi.*

Obiit anno 1503. die 18. Octobris: sepultus apud S. Petrum in sepulchro marmoreo cum sequenti Epitaphio:

Pius III. Pontifex Max. à Pio II. auunculo duos & viginti annos natus in Cardinalium Collegium adscitus, Vrbis ac Piceni legatione integerrimè functus. A Paulo II. ad Fridericum III. missus, vt Germanorum arma in Turcas concitaret, Conuentum frequentissimum Pontificis morte dissolutum habuit. Sub Innocentio VIII. Vmbros dissidentes pacauit. Carolo Gallorum Rege Italiam irrumpente ab Alexandro VI. serò admodum missus. Eo mortuo duodequadraginta Patrum suffragijs Pontifex creatus, dum de restituenda in pristinam maiestatem Christiana Republ. ac Vrbe agit

6. &

6.& 20.die, è tanta expectatione rerum publico omnium luctu decessit: eloquio, prudentiâ, religione, innocentiâ, & grauitate domi foriſq; insignis, in dicendis in Senatu sententijs, liber & grauissimus. Vixit annos 74 *mens.* 5. *d.* 10. *Obyt anno salutis* 1503. 15. *Kal. Nouembris.*

Iacobus & Andreas fratri sanctissimo posuêre.

Sedit dies 26. Vacat Sedes dies 14.

De rebus gestis præter auctores *vitarum Pontificiarum*, legendi sunt Raphaël Volaterranus, & Iacobus Mensbona Cardinalis Papiensis *Epist. ad Sixtum IV.* & ad alios.

De scriptis Pij III. Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium*, Andreas Ducheſnius *in eius vita*, Ciaconius *ibid.* Andreas Victorellus *ibid.*

PIVS IV. antea Ioannes Angelus de Medicis, Mediolanensis, Papa 225. anno 1559. die 26. Decembris creatus, & Romæ in Vaticano die 6. Ianuarij 1560. coronatus, scripsit

Orationem Romæ coram frequentissimo Cardinalium consessu de Decretis Concilij Tridentini, morúmque reformatione confirmandis habitam, & ibidem 1564. in 4. editam.

Epistolam ad Cosmam Medicem Florentiæ Ducem, legi inter Epistolas Principum Venetiis apud Iordanũ Zilettum 1570. in 8. Italicè editas.

Constitutiones Ecclesiasticas varias, & litteras Apostolicas, quæ leguntur *in Bullarijs & Collectionibus Constitutionum.* Eius Bulla *de confirmatione Concilij Tridentini* prodiit cum Canonibus & Decretis Concilij, Coloniæ 1569. 12. Venetiis 1573. 8. Leodij 1587. in 16. *ibid.* 1591. in 16.

Obiit anno 1565. die 10. Decembris: sepultus in Ecclesia Carthusianorum S. Mariæ Angelorum cum sequenti Epitaphio sic à nobis collecto:

Pius IV. Pont. Maximus Medices Mediolanensis sedit annos 5. *mens.* 11. *& dies* 15. *Vixit annos* 66. *menses* 9. *Obyt* 5. *Idus Decembris* 1565. *Ioannes Antonius Sorbonellus Episcopus Prænestinus consobrino. Carolus Borromæus S. Praxedis Mediolanensis, Marcus Scythicus de Altaëmps, Germanus, Constantiensis S. Mariæ trans Tiberim titulorum Presbyteri, auunculo. S. R. E. Cardinales posuêre.*

De laudibus Pij, Alexander Leonardi, Hilarion Costæus, Thomas Porcachius, Thomas Rinus, Franciscus Cabrera Morales, Astulphus Seruatius, Petrus Ioannes Perpinianus, Syluius Antonianus, Onuphrius, Ciaconius & alij.

De scriptis *Bibliotheca* Verderi, Coccius *in Thesauro Catholico*, Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium*, Apparatus sacer *Possevini*, Bibliotheca Classica *Draudij*, Ioannes Clessius *ibid.* Alphonsus Ciaconius *in Pio IV.* Andreas Victorellus *ibid.* Ferdinandus Vghellus *ibid.* Philippus II. Hispaniarum Rex *Epist. ad Pium IV.* Paulus Scherlogus, Hibernus, S.I. *comment. in Cantica Canticorum pag.* 398.

PIVS V. antea Michaël Ghislerius, Insuber, patriâ Bolchensis diœcesis Alexandrinæ, vel Derthonensis, Ordinis Prædicatorum, Papa 226. anno 1566. die 7. Ianuarij creatus, & Romæ in Vaticano 17. eiusdem mensis coronatus, scripsit

Catechismum pro institutione Sacerdotum, ex Petro Louueto.

Contra hæreses Tractatum.

Extrauagantes regulæ Cancellariæ Pij V. Conimbricæ apud Ioannem Barrerium anno 1568.

Epistolarum libros 5. Prodierunt Mantuæ 1587. in 4. Italicè. Coloniæ Latinè. Antuerpiæ *operâ & industriâ Francisci Houerani* 1640. Typis Balthasaris Moreti in 4. & Romæ 1629. in eius vita ab Archangelo Caraccia edita, vt nos monuit V. Cl. Gabriel Naudæus. Extant MSS. in Bibliotheca Cardinalis Barberini.

Constitutiones Ecclesiasticas, & litteras Apostolicas. Prodierunt Lugduni 1582. in 8. Florentiæ 1583. Romæ *cum Constitutionibus aliorum Pontificum* 1572. apud hæredes Antonij Bladij, & separatim 1579. etiam *in Bullarijs* Laërtij Cherubini, Emanuelis Roderici, & aliorum.

Motum proprium supra census. Salmanticæ 1592. in 4. Hispanicè.

Eius Bulla lecta in die Cœnæ Domini Louanij 1569. In eam *Commentarium* scripsit Martinus Bonacina, Lugd. 1629. in fol. typis Claudij Landry.

Obiit anno 1572. die 1. Maij: sepultus primò apud S. Petrũ in Vaticano, in Sacello S. Andreæ cũ sequenti Epitaphio:

Pius

Pius V. Maximus.

Religionis ac pudicitiæ vindex,
Recti ac iusti assertor,
Morum & disciplinæ restitutor,
Christianæ Reipublicæ defensor,
Salutaribus editis legibus,
Gallia conseruata,
Principibus fœdere iunctis,
Parta de Turcis victoria,
Ingentibus ausis & factis,
Pacis, bellique gloria,
Maximus.
Pius, Fœlix, Opt. Princ.

Postea eius corpus à Sixto V. translatum fuit in sacellum munificentissimum S. Mariæ Maioris, vulgò Sixtinum nuncupatum, cum sequenti Epitaphio, sic à me collecto:

Pio V. Pont. Max. ex Ordine Prædicatorum Sixtus V. Pont. Maximus ex Ordine Minorum grati animi monumentum posuit.

Pius V. Gente Ghisleria Boschi in Liguria natus, Theologus eximius, à Paulo III. in Insubria hæreticæ prauitatis Inquisitor, à Iulio III. Inquisitionis officij Commissarius Generalis, à Paulo IV. Sutrinus Episc. deinde S. R. E. tit. S. Mariæ super Mineruam Presb. Card. & à Pio IV. Ecclesiæ Montis-regalis in Subalpinis Administrator factus, eo vita functo Cardinalium consensu Pont. Max creatur, qui cæteros sanctos Pontifices æmulatus Catholicam fidem propagauit, Ecclesiasticam disciplinam restituit, & tandem gestarum rerum gloriâ clarus, dum maxima molitur, totius Christianæ Reipublicæ damno nobis eripitur, Kalendas Maij 1572. *Pontif. anno* 7. *ætatis suæ* 68.

Sedit annos 6. mens. 3. & dies 24. Vacat Sedes dies 4.

De rebus gestis Pij V. Ioannes Antonius Gabutius, Archangelus Caracciæ, Hilarion Costæus, Guilielmus Blancus iunior, Guilielmus Rouilius, Agathius de Summa, Thomas

Porcacchius, Antonius Cicarella, Hieronymus Catena, Petrus Galesinus, Mutius Sfortia, Marcus Antonius Muretus, Franciscus Bencius, Antonius Buccapadulus, Franciscus Ioannetius, Hieronymus Manfredus, Ioannes Riuadellus, Seraphinus Razzius, Antonius à Fonte Maiori, Antonius Maria Gratianus, Vbertus Folieta, Guarnerius, & alij.

De scriptis Antonius Senensis *de Ill. viris Ord. Præd.* Ambrosius Gazæus *ibid.* Petrus Louuetus *ibid.* Posseuinus, Coccius, Rupipozæus, Antonius Verderus *in Supplemento Gesneriano*, Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* Bibliotheca abbreuiata *Gesneri*, Ioannes Molanus *in Bibliotheca materiarum, v. Conceptio B.V.M.* Ludouicus Carbo Perusinus *de script. sacris in 2. 2. D. Thomæ partem, cap. 24.* Andreas Victorellus *addit. ad Ciaconium.*

8. PONTIANVS, Romanus, Papa 19. anno 233. die 24. Iunij creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas, quæ Notis illustrauit Seuerinus Binius *tom. 1. Concil.* vna de pace, edita est Basileæ 1536.

Decreta apud Iuonem *l. 4.* Gratianum *in Decreto*, & alios.

Martyrium passus est in Sardiniæ Insula anno 237. die 19. Nouembris: sed eius sacrum corpus à S. Fabiano Papa Romam relatum, atque in cœmeterio Callisti sepultum. Sedit annos 4. mens. 1. dies 24. Vacat Sedes dies 13.

De scriptis Fabiani Cardinalis Baronius *tom. 11. Annal.* Genebrardus *l. 3.* Apparatus sacer *Posseuini v. P.* Iacobus Gualterus *sæc. 3. colum. 1. & 5. verit. 1. §. 6.* Eusebius Cæsarienſis *l. 6. cap. 21. histor.* Petrus Cotton S. I. *l. 2. Institut. Cathol. cap. 13.* Coriolanus *in Pontiano.* Camusius *ibid.* Bibliotheca Gesneriana.

S.

SABINIANVS, Volaterranus, Ciaconio Bleranus, *natione Tuscus*, Papa 67. anno 604. die 1. Septembris creatus, & 13. eiusdem mensis consecratus, edidit ex Onuphrio, & Thoma à Costa

Aliqua

Aliqua Decreta, necnon *Epistolas ad S. Gregorium Magnum*, dum officio eius Legati fungebatur ad Imperatorem Constantinopolitanum; sed an extent, nihil certi habeo.

Obiit anno 605. die 19. Februarij: sepultus in Vaticano. Sedit mens. 5. & dies 19. Vacat Sedes annum 1. minus 4. diebus.

S. SERGIVS I. Antiochenus, natione Syrus, Papa 86. anno 687. die 21. Decembris creatus, & 25. consecratus, Romæ, die natalis Domini, scripsit

Epistolam ad Ceolfridum Abbatem, Anglum. Extat *tom.* 5. *Concil.* & *tom.* 8. *Annal.* Cardinalis Baronij.

Decreta quædam, apud Gratianum, Ciaconium, & alios.

Obiit Romæ anno 701. die 9. Septembris: sepultus apud S. Petrum in Vaticano cum sequenti Epitaphio.

Limina quisquis adis Petri metuenda Beati,
Cerne pij Sergi, excubiásque Petri.
Culmen Apostolicæ Sedis, veliure paterno
Electus tenuit, vt Theodorus obijt.
Pellitur Vrbe pater, peruadit sacra Ioannes,
Romuleósque greges dissipat ipse lupus.
Exul erat patria septem voluentibus annis,
Post populi multis vrbe redijt precibus.
Suscipitur Papa, sacratur, sede receptâ,
Gaudet, amat Pastor agmina cuncta simul.
Hic inuasores Sanctorum falce subegit
Romanæ Ecclesiæ iudiciisque Patrum.

Sedit annos 13. mens. 8. & dies 14. Vacat Sedes mensem vnum & dies viginti.

Inter Ecclesiasticos scriptores enumeratur à Possevino *in Apparatu sacro v. S.* Iodoco Coccio *in Thesauro Catholico.*

SERGIVS II. Romanus, Papa 104. anno 844. die 10. Februarij creatus, & consecratus Romæ, scripsit *ad Carolum Caluum Francorum Regem*, Ciaconio *ad Lotharium.*

Epistolam pro congreganda apud Treuiros Synodo, in causa Ebbionis Archiepiscopi 30. Remensis, teste Flodoardo *l.* 3. *cap.* 2. *hist. Remens.*

Obiit anno 847. die 12. Aprilis: sepultus in Vaticana Basilica, cum sequenti Epitaphio:

Sergius en iunior Præsul, & plebis amator,
Hoc tegitur tumulo, qui benè pauit oues.
Spes patriæ, mundique decus, moderator opimus,
Diuinis monitis non fuit ille piger.
Romanos proceres non tantum famine verbi,
Rebus & humanis nocte diéque fouens.
Vtque Leo sanctus, Damasus quoque Papa benignus,
Hic rituum tenuit, instituítque gregem.
Egentem semper studuit recreare cateruam,
Proque poli vt caperet cœlica regna libens.
Iam iam pro tanto tundamus pectora pugnis,
Pastore amisso, viuat vt axe poli.
Nectitur ecce pijs Fabiano & compare Xisto,
Præsulibus, quorum spiritus astra tenet.

Sedit annos 3. mens. 2. & dies 2.

De Epistola loquuntur Baronius *ann.* 847. *num.* 1. Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* Petrus Frizon *in Ebbone*, Ciaconius *in Sergio II.*

SERGIVS III. Romanus, Papa 121. anno 908. die 25. Decembris creatus, scripsit ad Alexandrum Archiepiscopum 56. Viennensem

Epistolam, quam recitat Ioannes Lieuræus *in Antiquitatibus Viennensibus, pag. mihi* 220.

Epitaphium Stephani III. Papæ, vt habes infrà.

Obiit Romæ anno 910. Iacet apud S. Petrum in Vaticano. Sedit menses 3. vel circiter.

SERGIVS IV. antea Petrus Buccaporci dictus, Romanus Benedictinus Papa 144. anno 1009. die 18. aliis 31. Augusti creatus, scripsit

Epitaphium Syluestri II. Papæ.

Et alia nonnulla, ex Possevino, qui inter scriptores Ecclesiasticos enumerat, licèt sint illi, & nobis ignota.

Obiit anno 1012. die 13. Martij: sepultus in Laterano, ex Chronico Panninij; at ex Platina in Basilica S. Petri cum sequenti Epitaphio:

Quisquis

Quisquis ad hæc tendis sublimia limina Lector,
Et caperis tantæ nobilitate domus,
Intentis oculis aulæ percurrere raras
Desine materias, arte iuuante manus.
Lumina cum gressu prudente secla coërcens
Respice sollicitus quid velit hic titulus.
Hîc tumulata iacent Pastoris membra sereni,
Quem decus Ecclesiæ contulit Omnipotens.
Pauperibus panis, nudorum vestis opima,
Doctor & egregius qui fuit in populo.
Iura Sacerdotis, lætas dum vixit aristas,
Cœtibus æquauit nauiger Angelicis.
Albanum regimen lustro venerabilis vno
Rexit, pòst summum ducitur ad Solium.
In quo mutato permansit nomine Præsul
Sergius ex Petro; sic vocitatus erat.
Ductus mente pia Iesu, dic, parce Redemptor,
Vtq; vicem capias, dic, Deus, hunc habeas.

Qui sedit annos 2. mens. 8. & dies 13. Ind. 10. anno Dominicæ Incarnationis millesimo decimotertio.

De scriptis Iodocus Coccius *in Thesauro catholico*, & Antonius Possevinus S.I. *in Apparatu sacro*, Gabriel Naudæus *in Apologia, pag.* 568.

S. SIMPLICIVS, Tiburtinus, Papa 48. anno 467. die 20. Septembris creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolas decem & octo, quæ leguntur *tom.* 3. *Concil.* cum notis Seuerini Binij, vnâ cum *Epistola* Acacij Episcopi Constantinopolitani, ad quem noster Papa scripsit alias Epistolas, probat Baronius *tom.* 6. *Annal.* 483. *num.* 2. diu quæsitas & desideratas; sed hactenus ignotas. Quatuor dumtaxat habet Iouerius.

Eius *Decreta* apud Isidorum Mercatorem, Iuonem Carnotensem, Burchardum VVormatiensem, Gratianum & alios recentiores.

Obiit anno 483. die 2. Martij: sepultus in Vaticano. Sedit annos 15. mens. 5. & dies 10. Vacat Sedes dies 6.

De scriptis Liberatus Diaconus *in Breuiario*, Genebrardus

in

in Simplicio, Coriolanus *ibid.* Camusius *ibid.* Petrus Gaillardus *ibid.* Coccius *in Thesauro*, Possevinus *in Apparatu v. S.* Hieronymus Rubeus *in Ioanne II. Archiepiscopo 21. Ravennate*, Ioannes Minghinus *ibid.* Claudius Robertus *ibid.* Felix III. Papa *in Epistola ad Acacium* per Vitalem & Misenum Episcopos scripta, Trithemius *de script. Eccles.* Gesneri *Bibliotheca*, Alphonsus Ciaconius *in Simplicio*, Andreas Duchesnius *ibid.* Zeno Imperator *Epist. ad Simplicium*, Anastasius Bibliothecarius *in Simplicio*, Gretserus *aduersus Plessæum Caluinistam*, Franciscus Hallerius *in defens. Eccles. Hierarch.*

S. SIRICIVS, Romanus Papa 40. anno 385. die 1. Ianuarij creatus, & coronatus Romæ, non sine tumultu Vrsini Pseudo-Pontificis, scripsit

Epistolas varias, quarum quatuor extant apud Binium *tom. 1. Concil.* vnâ cum eius Concilio, & cum rescripto Ambrosij, Sabini, Basiani & cæterorum Episcoporum, necnon *Epistola* Maximi Imperatoris ad Siricium: ex qua colligo eum Epistolas scripsisse ad hunc Imperatorem, vt constat ex initio Epistolæ, *Accepimus litteras Sanctitatis tuæ*, &c. tamen hactenus ignotas; sicuti & illas ad S. Ambrosium, qui Siricio tres Epistolas responsorias dedit; quæ sunt 7. 21. & 67.

Decreta apud Gratianum, Iuonem Carnotensem Episcopum & alios Decretorum collectores.

Obiit anno 398. die 22. Februarij: sepultus in cœmeterio Priscillæ viâ Salariâ, cum sequenti Epitaphio:

Liberium Lector mox & Leuita secutus
Post Damasum clarus, totos quos vixit in annos,
Fonte sacro magnus meruit sedere Sacerdos,
Cunctis vt populis pacem tunc solidam daret,
Hic pius, hic iustus felicia tempora fecit,
Defensor magnus, multos vt nobiles ausus
Regi subtraheret, Ecclesiæ aula defendens,
Misericors, largus, meruit per secula nomen,
Ter qui nos populum qui rexit in annos amore:
Nunc requiem sentit cœlestia regna potitus.

Sedit annos 13. mens. 1. & dies 14. Vacat Sedes dies 20.

De scriptis S. Isidorus Episcopus Hispalensis *lib. de Illustriss. viris*

*viris cap.*3. Trithemius *ann.* 398. Opera quæ tribuit Siricio, sunt tantùm Epistolæ. Posseuinus *in Apparatu*, Genebrardus, Baronius *ann.*385.*&* 398. Bellarminus *lib.*2.*de Roman.Pontif. cap.*14. Innocentius I. *in Epistola ad Victricium*, Zacharias *in Epist.ad Pipinum*, &c. Claudius de Rubys *lib.*1.*cap.*26.*histor. Lugdun.* Coccius,Ekius,VValdensis,Cotton, Auzolius, Coriolanus *in Annot.ad Can.Apost.* Alphonsus Salmeron *tract.*63. Petrus de Marca *lib.*1.*de concordia Sacerdotÿ & Imperÿ*, Gesneri *Bibliotheca*, Ludouicus Carbo *de Script.sacris in* 3.*partem D.Thom.cap.*38. Alphonsus Ciaconius *in Siricio.*

S. SIXTVS I. Romanus,Papa 8.anno 132.die 23.Maij creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas,quas notis illustrauit Binius *tom.*1. *Concil.* Extant etiam *tom.*1. *Epist.Pont. tom.*2. *Annal.* Baronij, apud Iouerium & Lambertum Gruterum cum Ioannis Sichardi *Argumentis* Basileæ 1536.

Decretum Sixti ex Codice sexdecim librorum *lib.*4. *cap.*5. Extat apud Binium,Simonetam,Carranzam & alios.

Commentarium verò cuiusdam Xisti, seu Sexti Pythagorici hominis Ethnici, latinitate donatum à Rufino Torano Presbytero Aquileiensi, & *tom.*5. *Biblioth. Patrum* relatum, falsò omnium Catholicorum iudicio, nostro Sixto Papæ tribuitur.

De libro Sententiarum sub nomine Sixti Papæ edito, idem sentiendum est ex probatis auctoribus.

Instituit in Sacrificio Missę cani *Sanctus*,*ex lib.*22.*Antropol.* Volaterrani,& *tom.*11.*Annal.Baronÿ ann.*142.

Martyrio coronatur Romæ anno 142.die 6.Aprilis: sepultus in Vaticano, postea 1132. Româ ad Aletrinam ciuitatem deuectum, in templo primario conditum fuit. Anno 1584. sub Reuerendiss. P. Egnatio Dante Perusino Ordinis Prædicatorum, Episcopo Aletrino, qui historiam vtriusque translationis scribendam curauit, & qui reperit corpus sua in Ecclesia cum sequenti inscriptione,

Hìc reconditum est corpus S.Sixti Papæ 1.*& Martyris.*

Sedit ann.9.mens.10.& dies 14.Baronio ann.10.mens.vno minus,& dieb.22. Vacat Sedes dies 4.ex Genebrard.& aliis.

De scriptis S. Gelasius I. Papa *in Catal. libror. Apocryph.* S. Isidorus *de Ill. viris*, Coccius *in Thesauro*. Apparatus *Possevini*. Ekius *l.2. cap.9. & 10.* Petrus Canisius *de sacrificio Missæ.* VValdensis *tom.1. l. 2. art.3. cap. 34.* VVerlinus *in addit. ad Trithemium de script. Eccles.* Baptista Platina *in Sixto I.* Alphonsus Ciaconius *ibid.* Baptista à Glano Augustinianus *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* Andreas Victorellus *in additionibus ad vitam Sixti I.*

S. SIXVS II. Athenienſis, Papa 25. anno 260. die 24. Augusti creatus, scripsit

Epistolas duas Decretales. Extant *tom.1. Epistolarum Pontificiarum*, apud Binium *tom.1. Concil.* Baronium *tom.11. Annal.* Iouerium *inter sua Decreta*, & Ioannem VVendelstinum, Germanum *ibid.*

Decreta apud Iuonem *p.6. cap.318.* Gratianum *in Decreto*, & alios.

Capite truncatus Romæ anno 261. die 6. Augusti: sepultus in cœmeterio Callisti. Sedit annum 1. minus 18. dies. Vacat Sedes mensem 1. & dies 4.

De rebus gestis Sixti II.

Damasus & alij de Romanis Pontificibus, Menologium Græcorum.

De scriptis S. Dionysius Episcopus Alexandrinus *in Epistolis ad Sixtum II.* Eusebius Cæsarienſis *l.7. cap.4. & 8.* Ioannes Ekius *l.2. cap. 10.* Thomas VValdensis Carmelita *tom.1. l.2. art. 3. cap.36. & 38.* Genebrardus, Coccius, Gualterus, Coriolanus *in Breuiario Chronol. & annotat. ad Canones Apostolorum*, Damasus Portuensis *in Sixto II.* Platina *ibid.* Onuphrius Panuinus *ibid.* Alphonsus Ciaconius *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Baptista à Glano *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* Gretserus *aduersùs Plessæum.*

S. SIXTVS III. Romanus, Papa 45. anno 432. die 26. Aprilis creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolas 3. quas Notis exornauit Seuerinus Binius, Colonienſis *tom.2. Concil.* cum eius Concilio Romano. Extant etiam apud Baronium, Iouerium, Caraffam, & alios.

Decreta apud Iuonem *l.3.* Gratianum, Carranzam, & alios.

Versus

Versus quosdam *de originali peccato* contra Pelagium. Leguntur apud Baronium & Binium.

Nonnulla opera à Pelagianis Sixto falsò tribuuntur, quæ omnino reprobantur. Reperiuntur *tom. 5. Biblioth. Patrum*, his sub titulis.

De diuitijs lib. 1. Prodiit etiam Antuerpiæ apud Plantinum 1575. in 16.

De castitate lib. 1. apud eundem.

De malis Doctoribus Epistola, ibid. apud eundem.

De operibus fidei, & de futuro iudicio, ibid. apud eund. 16.

studio Iacobi Saluatoris Soliani, vnâ cum libro *de castitate*, S. Bracharij ad Ianuarium.

Obiit Romæ anno 440. die 28. Martij: sepultus in Basilica S. Laurentij extra Muros, viâ Tiburtina. Sedit annos 7. menses 11. & diem 1.

De scriptis S. Augustinus *Epist.* 105. S. Cyrillus Alexandrinus Carmelita *Epist.* 29. & 38. Concilium OEcumenicum Ephesinum *part.* 3. S. Vincentius Lirinensis *lib. de hæres.* Gennadius *de script. cap.* 54. Bellarminus *ibid.* Possevinus *ibid.* Balthasar VVerlinus *ibid.* Coccius Genebrardus, Ioannes Patriarcha Antiochenus *in Epist. ad Sixtum*, &c. S. Prosper Aquitanicus *in Chronol.* Ioannes Antonius Velasquez S. I. *tom. 1. Comment. in Epist. ad Philipp. cap. 1. v. 1. & tom. 2. cap. 2. v. 12. annot. 2.* Gesneri *Bibliotheca*, Ioannes Molanus *in Bibliotheca materiarum.* Ludouicus Carbo *de Scriptoribus sacris in 1. 2. D. Thomæ partem cap.* 18. & 28. Bibliotheca Classica *Georgij Draudij, Lutherani*, Alphonsus Ciaconius *in Sixto III.* Ioannes Eusebius Nierembergensis *lib. Stromatum sacrorum, pagin* 161.

Sixtvs IV. antea Franciscus de Ruuere, Sauonensis, Ordinis Minorum, Papa 213. anno 1471. die 8. Augusti creatus, & 25. Romæ coronatus, scripsit ad Paulum II. Papam.

De sanguine Christi, librum 1. Extat MS. Pisauri in Bibliotheca Serenissimi Ducis.

De futuris contingentibus, lib. 1. MS. ibid.

De Conceptione B. V. Mariæ, lib. 1.

De potentia Dei Commentaria. Extant MSS. ibid.

Contra errores cuiusdam Carmelitæ Bononiensis, affirmantis Deum, suâ omnipotentiâ, damnatum hominem saluare non posse.

Ad Regem Arragonum, cum quo se excusat, quòd nepotem suum præficere Ecclesiæ Augustanæ noluerit.

Aggressus est ad quoddam opus, in quo validis rationibus ostendere nititur D. Thomam & Ioannem Scotum in Sententiis conuenire, quanquam verbis differrent.

Epistolarum volumen.

Duo eius Decreta de festo Conceptionis Immaculatæ V. Mariæ. Extant *tom.* 8. *Concil.* Binij Canonici Colonienſis.

Eius *Bullæ & Constitutiones* habentur *in Bullarijs & Collectionibus.* Reperitur in Bibliotheca Sfortiana Tractatus M S. Iuris congrui *super litteris Apostolicis Sixti IV. de ædificijs ad decorem Vrbis construendis*, in 4.

Reperitur Pisauri in Bibliotheca Ducis, Sixti Papæ *exhortatio contra Turcas*, an istius sit, ignoro.

Obiit anno 1484. die 12. Augusti, ætatis suæ 70. sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio à Iulio Cardinali eius nepote ordinato.

Sixto Quarto Pontifici Maximo ex Ordine Minorum, doctrinâ & magnitudine animi, omnis memoriæ Principi, Turcis Italia summotis, auctoritate Sedis aucta, Vrbe instaurata Templis, Ponte, Foro, Vijs, Bibliotheca in Vaticano publicata, Iubilæo celebrato, Liguria seruitute liberata, cum modicè ac plano solo condi se mandauisset, Iulianus Cardinalis patruo benemerenti, maiore pietate, quàm impensa faciendum curauit. Obijt Idibus Sextilis, hora ab occasu 5. anno Christi 1484. *Vixit annos* 70. *dies* 22. *horas* 22.

Sedit annos 13. & dies 4. Vacat Sedes dies 16.

De rebus gestis consulendi sunt omnes scriptores vitarum Pontificiarum, & Ladislaus Velesius, Marsilius Ficinus, Raphaël Volaterranus, Ægidius Cardinalis Viterbiensis, Nicolaus Roccius.

De scriptis Trithemius *de Script. Eccles.* Possevinus, Rupipozæus, Molanus, Fabianus Iustinianus, Coccius, Fernandus Quirinus de Salazar S. I. *lib. de Conceptione*, Bibliotheca Mariana

Mariana *Hippolyti Maraccij*, Henricus VVillotus *in Athenæis Franciscanis*, Leodij 1598. in 8. apud Arnoldium à Coursuuarenia editis, Franciscus Gonzaga *in historia Seraphica*, Henricus Sedulius *ibid.* Lucas VVadingus *in Annal. Minorum*, Boninus Mombritius *lib. de Domini passione*, Ioannes Ekius *lib. 1. cap. 44.* Matthæus Bossus, Veronensis *in Epist. ad Sixtum IV.* Franciscus Florentinus, cognomento Paduanus, Franciscanus *ibid.* Coriolanus *prælud. summæ Conciliorum*, Bibliotheca *Gesneri*, Onuphrius Panuinus *in eius vita*, Ciaconius *ibid.* Victorellus *ibid.* Concilium Tridentinum *sess. 5. in Decreto de peccat. origin.* Iacobus Mensbona Cardinalis *Epistol. ad Sixtum IV.* Ioannes Baptista Laurus, Perusinus *in comment. de Anulo nuptiali Beatæ Virginis Mariæ Perusij asservato*, Fridericus III. Imperator *Epist. ad Sixtum*, Theodorus Gaza *in præfatione in libros Aristotelis de animalibus*, Pagæus *lib. 3. Bibl. Præmonstrat.*

Sixtvs V. antea Felix Perettus de Mon-alto, Anconitanus, Ordinis Minorum, Papa 228. anno 1585. die 24. Aprilis creatus, & 1. Maij in Vaticano coronatus, scripsit

Sermones quosdam, prodierunt Italicè.

Declarationem contra Henricum Borbonium, Romæ 1585. in 8.

Monita ad Cardinalem Mon-altum nepotem. Extant MSS. Angliæ in Bibliotheca Bodleiana in 4.

Sententias quasdam MSS. ibidem.

Epistolas Decretales, quibus S. Bonauentura inter Ecclesiæ Doctores annumeratur Duaci 1589. in 8.

Opera S. Ambrosij magno cum labore & diligentiâ à se emendata, & ordine erudito distributa, accuratéque impressa 1585. edidit.

Bullarum ingens volumen, à se editarum consarcinatum & collectum.

Epistolas ad varios.

Obiit anno 1590. die 27. Augusti: sepultus in Basilica Vaticana primò, deinde translatus in Sacellum opulentissimum à se viuente magnis impensis constructum Basilicæ S. Mariæ Maioris, vbi de eo legi sequens Epitaphium.

Sixto V. Pontifici Maximo ex Ordine Minorum Alexander Perretus S.R.E. Cardinalis, Vicecancellarius ex sorore pronepos fecit.

Sixtus V. Pontifex Maximus Cupris ad littus superi maris in Piceno natus, Mont-alti educatus, frater Felix Perretus ex Ordine Minorum, Theologus & Concionator insignis, hæreticæ prauitatis Inquisitor, sui Ordinis Procurator, & Vicarius Generalis, à Pio IV. Pontifice Maximo cum Hugone Boncompagno Cardinali Legato Apostolico in Italiam missus, Pio V. Pontifici Maximo ob spectatum fidei zelum eximiè charus, ab eoq. Episcopus S. Agathæ, & S.R.E. Cardinalis factus, magnisq. negotijs adhibitus, summo sacri Collegij consensu Pontifex Maximus creatus, toto Pontificatu, iustitiæ, prudentiæ, animiq. magnitudinis laude floruit.

Sedit annos 5. mens. 4. dies 3. Vacat Sedes dies 18.

De rebus gestis Hilarion Costæus, Ioannes Franciscus Bordinus, Franciscus Suares, Auenionensis; Vincentius Robardus, Mutius Pansa, Achilles Statius, Aldus Manutius, Anonymus, Paulus Bombinus, Angelus Rocca, Antonius Cicarella, Baldus Cataneus, Dominicus Fontana, Franciscus Bencius, Hieronymus Badesius, Ioannes Antonius Peretus, Ioan. Antonius Petramellarius, Ioannes Riuadellus, Petrus Galesinus, Seraphinus Gerardus, Mauritius Bressius, Augustinus Buccius, Ioannes Baptista Stella, Angelus Bargæus, Michaël Mercatus, Lælius Peregrinus, Aurelius Vrsus, Quærengus, Tursellinus, Antonianus, Stella, Ciaconius, Franciscus Panigarola, Ioseph Stephanus Valentinus, Thomas Corræa.

De scriptis Iodocus Coccius *in Thesauro*, Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium*, Apparatus sacer *Possevini*, Athenæ. Franciscanæ *Wadingi*, Lucas Wadingus *in Annal.* Henricus Sedulius *in hist. Seraphica.*

S. Soter, Campanus, patriâ Fagundanus, Papa 13. anno 175. die 3. Maij creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas. Prodierunt *tom. 1. Epistol. Pont. tom. 1. Concil.* Binij. *tom. 2. Annal.* Baronij, & apud Iouerium & Gruterum. Sed Centuriatores, Whittakerus, & alij hæretici

retici fictitias supponunt, sed ineptè, vt testimonia Catholicorum roborant.

Decreta apud Gratianum, Carranzam, Barbosam & alios.

Martyrio coronatur anno 179. die 22. Aprilis: & in cœmeterio Callisti sepultus, vsque ad tempora Sergij iunioris Papæ; quibus sacra eius pignora in titulum Equitij, seu Ecclesias Carmelitarum SS. Sylvestro & Martino de Montibus dicatas, translata fuerunt. Sedit annos 3. mens. 11. dies 19. Vacat Sedes dies 11.

De Epistolis & Decretis Dionysius Corinthiorum Episcopus *in Epist. ad Soterum, seu ad Romanos*, Eusebius Cæsariensis *l.4. cap.25.* Thomas VValdensis *tom.1. lib.2. art.3. cap.38.* Petrus Canisius S.I. *de sacrificio Missæ.* Coccius *in Thesauro*, Genebrardus, Posseuinus *v.S.* Gualterus *sæc.2. col.1. verit.1. §.6.* Claudius de Rubys *l.1. cap.23. hist. Lugd.* Volaterranus *l.22. Antropol.* Ioannes Azor *p.1. Instit. moral. l.9. cap.9. q.6. & lib.10. cap. 29. quæs. 2.* Gregorius Lopez *l.1. gloss. 10. tit.11. p.1.* Bibliotheca Gesneriana, Alphonsus Ciaconius Dominicanus *in Sotere*, Baptista Platina *ibid.* Andreas Duchesnius Historiographus Regius *ibid.*

S. STEPHANVS I. Romanus, Papa 24. anno 257. die 7. vel 9. Aprilis creatus, scripsit

Epistolas duas. Extant apud Binium *tom.1. Concil.* cum Notis, Baronium *tom.11. Annal.* Franciscum Iouerium & Ioannem VVendelstinium.

Decreta apud Gratianum, Isidorum, Iuonem, Burchardum, & alios.

Martyrio coronatur Romæ anno 260. die 2. Augusti: sepultus primò in cœmeterio Lucillæ, vel Callisti; tandem iussu Sergij iunioris translatus in Ecclesias Carmelitarum SS. Sylvestri & Martini de Montibus.

De S. Stephano Simeon Metaphrastes, S. Petrus Cardinalis Damianus, Petrus de Natalibus, Damasus Portuensis *in Pontificali Romano*, & alij *de vitis Pontificijs.*

De scriptis loquuntur S. Cyprianus *in Epist. ad Stephanum*, Dionysius Alexandrinus Episcopus *ibid.* Firmilianus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus *in Epist. ad Cyprianum, contra Epistolam Stephani.*

Stephani. Eusebius *l.7. cap.2.hist. Eccles.* Cardinalis Perronus *in replica pag.* 373. Faustinus Episcopus 5. Lugdunensis *in Epist. ad Stephanum*, S. Vincentius Lerinensis *cap.* 9. Cæsar Nostradamus *in historia Prouincia.* Sylvester Prieras Dominicanus *in sua Syluestrina v.* Infamia *num.* 11. Thomas VValdensis *tom.*1. *l.*2. *art.*3. *cap.*54. *& l.*4. *art.*3. *cap.*38. Aluares de Velasco *de priuilegijs pauperum*, *p.*2. *q.* 65. Ekius *de Primatu Petri.* Bibliotheca *Gesneri.* Alphonsus Ciaconius *in Stephano I.* Platina *ibid.* Duchesnius *ibid.* Massonius *ibid.* Gretserus *aduersus Plessæum.*

STEPHANVS III. Romanus, Papa 95. anno 752. die 31. Martij, creatus, Ciaconio die 29. Martij creatus, & die 2. Aprilis consecratus, Romæ, scripsit

Epistolas quinque, quarum quarta habetur sub nomine S. Petri ad Pipinum & Carolomannum fratrem Franciæ Principes, & Hilduinum *tom.* 5. *Concil. & tom.*9. *Annal.* Baronij. Quasdam etiam refert *in sua Epistolarum Pontificiarum collectione.* Iacobus Gretserus S.I.

Obiit anno 757. die 26. Aprilis: sepultus in Vaticano. Sedit annos 5. & dies 26. Vacat Sedes mens. 1. & dies 2.

Eius res gestas prosequuti sunt, Garnerus, Platina, Ciaconius, Duchesnius, Massonius, & alij *de Rom. Pontificibus.*

De Epistolis legendi sunt S. Bonifacius Archiepiscopus 1. Moguntinus *in Epist. ad Stephanum.* Hadrianus Papa I. *in Epist. ad Constantinum & Irenem.* Hilduinus Abbas 19. Sandionysianus *in Areopageticis suis*, S. VVillibaldus Episcopus *in vita S. Bonifacij.* Ruthardus Rabani Mauri discipulus *ibid.* carmine, Nicolaus Serarius, Chronica Francorum, Simon Milletus, Benedictinus *lib. de translatione corporis S. Benedicti.* Petrus de Marca *l.*1. *cap.*12. *concord. Sacerd. & Imp.* Ciaconius *in Stephano III.* Andreas Victorellus *addit. ad vitam Stephani.*

STEPHANVS IV. Siculus, Papa 97. anno 768. die 5. Augusti creatus, & 7. eiusdem mensis coronatus Romæ, scripsit

Varias Epistolas; præsertim ad Carolum & Corolomannum Francorum Reges, quas habes *in perueto Chronico*, à Petro Pithæo Trecensi, edito, vna tantùm extat *tom.*5. *Concil.*

cum

cum eius Concilio Romano, & *tom. 9. Annal.* Baronij; sed varias refert Iacobus Gretserus.

Obiit anno 772. die 1. Februarij: sepultus in Vaticano. Sedit annos 3. men. 5. & dies 28. Vacat Sedes dies 8.

De Epistolis Hadrianus I. *in Epist. ad Carolum Magnum*, Coccius *in Thesauro*, Spondanus *in Epitome Baronij anno* 772. Hieronymus Rubeus *l. 5. histor. Rauen. in Sergio Archiepiscopo* 40. Ioannes Petrus Camus *in Stephano.* Coriolanus *ibid.* Chronica Francorum, Andreas Victorellus *addit. ad vitam Stephani IV.*

S. STEPHANVS V. Romanus, Papa 99. anno 816. die 22. Iunij creatus, & 3. Iulij consecratus, scripsit

Epistolam vnam, quæ habetur MS. in Vaticano, & in Decreto Gratiani *dist. 33. can. 28.* Tamen Binius & Baronius indicant esse alterius Stephani, quos consulere poteris.

Obiit anno 817. die 25. Ianuarij: sepultus apud S. Petrum in Vaticano. Sedit mens. 7. & dies 3. Vacat Sedes dies 2.

De rebus gestis consule præter auctores vitarum Pontificiarum, Ioannem Riuadellum Taruisinum.

STEPHANVS VI. Basilius antea vocatus, Romanus, Papa 112. anno 885. die 27. Maij creatus, Ciaconio 13. Maij, scripsit

Epistolas varias, ex Andrea Ducheſnio in eius vita, licèt duæ tantùm reperiantur *tom. 7. Concil.* Binij & *tom. 10. Annal.* Baronij. Extant MSS. in Codice Columnensi.

Eius *sermo*, quem habuit in Missa ad Populum Romanum, legitur apud Anastasium & Baronium ibid. *ann. 890. num. 2. & seqq.*

Obiit anno 891. sepultus in Vaticano apud S. Petrum cum sequenti Epitaphio:

Accedis quisquis, magni suffragia Petri
Cœlesti regni poscere clauigeri.
Intentis oculis, compuncto corde, locellum
Conspice prospicuum, quo pia membra iacent:
Hic tumulus sexti sacratos continet artus
Præsulis eximij Pontificis Stephani.
Bis ternis annis populum, qui regit & Vrbem,
Et gessit Domino quæ fuerant placita.

Suscepit tellus consumptum puluere corpus,
Æthera, sed scandit spiritus almus ouans.
Vnde peto, cuncti venientes dicite fratres,
Arbiter omnipotens da veniam Stephano.

Sedit annos 6. Vacat Sedes menses aliquot.

De Epistolis Flodoardus *in Fulcone Remensi*, Petrus Aubertus Bellouacensis *in sua historia*. Stephano scripserunt Leo Imperator Orientalis, B. Fulco 32. Archiepiscopus Remensis pro Carolomanno Francorum Rege, Stylianus Episcopus & Episcopi Ecclesiæ Constantinopolitanæ contra Photium, Ecclesia Lingonensis pro consecratione Theutboldi Episcopi 39. Lingonensis, Alphonsus Ciaconius Dominicanus *in Stephano VI.* Epistolas commemorat.

STEPHANVS VII. non V. vt aliqui putant, Romanus, Papa 114. anno 897. die 6. vel 8. Ianuarij creatus, scripsit *Epistolas* præsertim ad Fulconem Remensem, teste Flodoardo *l. 4. cap. 4. hist. Remens.* Eius Conciliabulum Romanum in causa Formosi Papæ extat *tom. 7. Conciliorum*, Binij & *tom. 10. Annal.* Baronij.

Strangulatur Romæ anno 909. sepultus in Vaticano cum sequenti Epitaphio, à Sergio III. Papa concinnato.

Hoc Stephani Papæ clauduntur membra loculo:
Sextus dictus erat Ordine quippe Patrum.
Hic primum repulit Formosi spurca superbi,
Culmina qui inuasit sedis Apostolicæ.
Concilium instituit, præcedit Pastor & ipsi,
Lege satis fessis iure dedit famulis.
Cumque Pater nullum certaret dogmate sancto,
Captus, & à sede pulsus ad ima fuit.
Carceris interea vinclis constrictus, & vno
Strangulatus neruo, exuit & hominem.
Post decimumque regens, sedem cum transtulit, annum,
Sergius huc Papa funera sacra colens.

Sedit annos 3. Vacauit Sedes dies tres, si Panuinio credas.

STEPHANVS IX. Germanus, Papa 129. anno 939. die 7. Iunij Romæ creatus, scripsit ad Principes Franciæ.

Epistolas

Epistolas pro receptione Ludouici in Regem Francorum, teste Ducheſnio *in eius vita.*

Eius *Decreta* leguntur apud Platinam, Baronium,& alios ex Poſſeuini Apparatu *v.S.*

Obiit Romæ anno 943.in Basilica Vaticana S. Petri Apoſtoli. Sedit annos 3.menſes 4.& dies 5.Vacat Sedes dies 10.

De rebus geſtis Martinus Polonus,Platina,Onuphrius Panuinus, Ioannes Baptiſta de Caualeriis, Alphonſus Ciaconius,Papyrius Maſſonus,Andreas Ducheſnius & alij.

STEPHANVS X. antea Fredericus à Lotharingia, Gallus, Abbas Caſſinenſis,Papa 153.anno 1057.die 2. Auguſti creatus,ſcripſit

De veritate corporis Domini, contra Patriarcham Conſtantinopolitanum Michaëlem Cerularium *lib.*1. Item

Librum alterum eiuſdem argumenti aduersùs quendam Monachum.

Epiſtolam ad Geruaſium Barbet Archiepiſcopum 43. Remenſem. Extat *tom.3.Biblioth.Patrum,tom.7.Concil.& tom.*11. *Annal.*Baronij anno 1057.*n.*33.ſed malè ad Guilielmum,pro Ceruaſio dicitur.

Diplomata varia Pontificia fertur ſcripſiſſe, dum Bibliothecarij & Cancellarij S.R.E. officio fungebatur.

Eius *Decreta* leguntur Coloniæ excuſa cum aliis,teſte Poſſeuino *v.S.*

Obiit Florentiæ miraculis clarus anno 1058. die 28. Aprilis: ibidémque humatus eſt in Cathedrali vlla abſque inſcriptione. Sedit menſes 8. & dies 26. Vacat Sedes menſ.8. & dies 5.

Eius ſanctitas memoratur *in Martyrologijs* Arnoldi VVionis,Hugonis Maynardi,& Andreæ Sauſſæi.

Eius vitam ſcripſerunt Leo Oſtienſis *in Chron. Caſin.* Frizon *in Gallia Purpurata*, Thomas Aquinas à S.Ioſeph *in Monarchia Francorum ſancta*,Leo Marſicanus, Marcus Antonius Scipio.

De ſcriptis,Rupipozæus Epiſcopus Pictauienſis *in Nomenclatura Cardinalium*,Apparatus *Poſſeuini*, Claudius Robertus *in Geruaſio Barbet.*

S. SYLVERIVS, Campanus, Papa 60. anno 536. factus, vi & motu Theodati Regis Gothorum, Ciaconio verò die 20. Iulij creatus, & 16. Decembris coronatus, scripsit

Epistolas duas, quarum vna, nempe ad Amatorem Episcopum Augustudinensem, non verò Augustodunensem in Ducatu Burgundiæ, sed alterius Sedis, sic nuncupatæ, vt annotauit eruditissimus Claudius Robertus in S. Amatore I. Augustodunensi, aliàs Æduensi, conficta est. Extant *tom.* 4. *Concil.* vnâ cum Amatoris Episcopi Epistola ad Syluerium *tom.* 1. *Epistolarum Pontificiarum*, & *tom.* 7. *Annal.* Baronij *ann.* 539. Ei scribit Epistolam Theodora Augusta.

Aliæ Epistolæ, nomine Syluerij scriptæ, fictitiæ reputantur.

Martyrio illustratur anno 540. die 20. Iunij in insulâ Palmariâ, vel Pontiâ. Ibidémque sepultus magnis patens miraculis. Sedit ann. 4. & aliquot menses. Vacat Sedes dies 6.

De rebus gestis consule Liberatum *in Breuiar.* Anastasium & alios *vitarum Pontificiarum* scriptores.

Eius Epistolæ memorantur à Procopio *lib.* 2. *de bello Goth.* Liberato Diacono Carthaginensi *in Breuiar. cap.* 22. Nicephoro Callisto *lib.* 17. *cap.* 13. Euagrio *lib.* 4. *cap.* 18. *hist. Eccles.* Ioanne Nauclero *generat.* 18. Posseuino *in Apparatu sacro v. S.* Gesneri *Bibliothecâ*, Alphonso Ciaconio *in Syluerio.*

S. SYLVESTER I. Romanus, Papa 34. anno 314. die 1. Februarij creatus, scripsit

Disputationem, seu *Conflictum* B. Syluestri & Iudæorum super fide Catholica, in præsentia Constantini Imperatoris & Helenæ eius matris. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca S. Petri *vol.* 84. *& in eius vita* apud Surium. Sed copiosiorem reperit Antonius Posseuinus S. I. in quodam exemplari in Abbatia Nouantulæ ditionis Mutinensis, vt ipse testatur *lib.* 9. *suæ Bibliothecæ selectæ pag. mihi* 567. hic Conflictus tenetur pro primo Concilio Romano Syluestrino. Extat cum aliis eius Concilis Romanis *tom.* 1. *Concil.* cum notis Binianis.

Epistolas varias, vt constat ex Epistolis ad eum scriptis ab Helena Imperatrice, teste Ioanne Pitseo, ab Alexandro Patriarcha Alexandrino, Marino Archiepiscopo 13. Arelatensi, Osio Cordubensi Episcopo, Constantino Imperatore & aliis.

Decretæ

Decreta extant *in Collectione* Deusdedit S. R. E. Cardinalis, quæ Romæ MS. asseruatur, & apud Isidorum, Iuonem Carnotensem, Burchardum, Gratianum, Carranzam, Barbosam, Cresconium, & alios Decretorum Collectores.

Obiit Romæ anno 335. die 31. Decembris: sepultus primò in cœmeterio Priscillæ viâ Salariâ, deinde translatus tempore Sergij II. in Basilicas SS. Syluestri & Martini de Montibus, quas nunc possident nostri Carmelitæ. Sedit annos 21. menses 10. & dies 29. Vacat Sedes dies 15.

De laudibus S. Syluestri Simerij Metaphrastes, Theodorus Balsamon, S. Gregorius Magnus, Innocentius III. Papa, Anonymus *de rebus à S. Syluestro gestis*, Nicephorus, Aloysius, Lipomanus, Laurentius Surius, Marcus Antonius Muretus, Ioannes Morinus, Ioannes Antonius Philippinus Carmelita, Baptista Mantuanus Carmelita, S. Basilius, Reginaldus, Polus Eusebius Cæsariensis, Augustinus Steuchus, Constantini Magni & Othonis III. Impp. donationes, & omnes, qui in eas scripserunt, Gregorius Sondereiter, Ioannes Iacchettus, Damasus Portuensis, & omnes alij *vitarum Pontificiarum* scriptores, quos enumerauimus *lib. 2. huius Bibliothecæ.*

De scriptis Baronius *ab ann.* 314. *vsque ad* 335. Nicolaus I. *in Epist. ad Michaëlem Imp.* Hadrianus I. *in Epist. ad Constantinum, & Irenem Impp. & Epist. 3. ad Carolum Francorum Regem.* Gelasius Papa *cap. Sancta R. dist.* 15. Coccius *in Thesauro*, Possevinus *in Apparatu*, Bibliotheca *Molani*, Genebrardus *lib. 3. Chronogr.* Alphonsus Pisanus S. I. *lib. 4. Concilij Nicæni*, Gesneri *Bibliotheca*, Alphonsus Ciaconius *in Syluestro*, Franciscus Hallerius *in defens. Eccles. Hierarch.*

§ SYLVESTER II. antea Gerbertus, Aruernus, patriâ Aureliacensis, Benedictinus, Papa 141. anno 999. die 1. Nouembris creatus, scripsit ante Papatum virulenta

Aduersùs Decretales Pontificum Epistolas, quæ quidem Cardinalis Baronius *tom.* 10. *Annal. ann.* 992. confutat. Item scripsit

Dialogum pulcherrimum, cuius interlocutores sunt ipse & Leo Nuntius Apostolicus.

De Arithmetica, seu *de numeris* ad Constantinum Floriacensem

censem Monachum. Extat M S. apud Ioannem Massonum Papyrij fratrem ¦Archidiaconum Baiocensem, vt ipse testatur *in Epistola dedicatoria*, ad Antistites & Clerum Galliæ, operibus dicti Syluestri præfixa anno 1611. edit. & *tom. 3. Bibl. Patrum pag. mihi* 687.

De Sphæra lib. 1.

De compositione Astrolabij lib. 1.

De Rhetorica lib. 1.

De Geometria lib. 1. Asseruabatur olim MS. in Bibliotheca Cardinalis Farnesij, teste Onuphrio Panuino, *in annotat. ad vitam Syluestri II.*

Epigrammata in Boëtij imaginem. Extat *in Appendice* notationum Baronianarum *ad 7. tomum ann.* 526.

Orationem, quam habuit in Synodo Mosonij *ann.* 995. 4. *Non. Iunij.*

Vitam S. Adalberti, Archiepiscopi Pragensis Martyris, cuius exordium est: *Est locus in partibus Germaniæ*, &c. Extat MS. in Bibliotheca Cassinensi ex Baronio *ann.* 1003. *num.* 1. Eam Romæ prælo mandauit Abrahamus Bzouius, & Adalberto Vrsino dicauit.

Præterea scripsisse compertum habemus *Epistolas centum quinquaginta nouem*, quibus vsus est Cardinalis Baronius *in Annalibus suis*, beneficio viri Cl. Nicolai Fabri Parisiensis. Prodierunt etiam separatim è Bibliotheca Papyrij Massoni I C. Parisiis 1611. in 4. apud Matthæum Ruette via Iacobæa sub scuto Solis aurei, & *in Bibliotheca Patrum tom. 3. à pag. mihi* 687. *vsque ad* 736. edit. Paris. 1634. Caroli Morelli, Andreas Duchesnius asserit quædam exemplaria MSS. fore auctiora. Vnicam eius Epistolam ad Azolinum, seu Adelberonem Episcopum 33. Laudunensem refert Binius *tom. 7. Concil.*

Obiit Romæ anno 1003. die 12. Maij: sepultus in Laterano, vbi de eo legi sequens Epitaphium à Sergio IV. Papa compositum.

Syluestri Papæ II.

Iste locus mundi, Syluestri membra sepulti,
Venturo Domino conferet ad sonitum.

Quem

Quem dederat mundo celebrem doctißima virgo,
Atque caput mundi culmina Romulea.
Primum Gerbertus meruit Francigena ſede
Rhemenſis populi metropolim patriæ.
Inde Rauennatis meruit conſcendere ſummum
Eccleſiæ regimen nobile, ſitque potens.
Poſt annum Romam mutato nomine ſumpſit,
Vt toto Paſtor ſieret orbe nouus.
Cui nimium placuit ſociali mente fidelis
Obtulit hoc Cæſar tertius Otho ſibi.
Tempus vterque comit clara virtute ſophiæ,
Gaudet & omne ſeclum, frangitur omne reum.
Clauigeri inſtar erat cælorum ſede potitus,
Terna ſuffectus cui vice Paſtor erat.
Iſte vicem Petri poſtquam ſuſcepit, abegit
Luſtrali ſpatio ſecula morte ſui.
Obriguit mundus diſcuſſa pace triumphus,
Eccleſiæ nutant dedidicit requiem.
Sergius hunc loculum miti pietate ſacerdos,
Succeſſórque ſuus compſit, amore ſui.
Quiſquis ad hunc tumulum deuexa lumina vertis,
Omnipotens Domine, dic, Miſerere ſui.

Obiit anno Dominicæ Incarnationis M. III. Indict. 1. M. Maij, dies 12. Sedit annos 4. menſ. 6. & aliquot dies.

De Gelaſij laudibus, & vitâ, Ioannes Stella, Alexander Raynaldus, Abrahamus Bzouius, Hieronymus Rubeus, Petrus Frizon, Gabriel Naudæus.

De ſcriptis Glaber Rodulphus S. Germani Antiſſiodorenſis, Monachus *l. 1. hiſt. Franc. cap.* 4. Vincentius Bellouacenſis *in Speculo hiſtoriali, l. 24. cap. 98.* Dithmarus Germanus *lib. 6. hiſt.* Arnoldus Vuion *in ligno vitæ*, Genebrardus, Coccius, Poſſeuinus, Gualterus, Fabianus Iuſtinianus, Geſnerus, Bellarminus *lib. de Rom. Pont.* Hieronymus Platus *l. 2. cap.* 38. *de bono ſtatus religioſi.* Trithemius *in Chron. Hirſaug.* Petrus Cotton *l. 2. Inſtit. Cathol. cap.* 13. Andreas Ducheſne *in eius vita.* Adelboldus Epiſcopus V Virſiburgenſis Sylueſtri diſcipulus *in quæſtione Diametri ſuper Macrobium*, Alphonſus Ciaconius

Ciaconius *in Syluestro II.* Onuphrius Panuinus *ibid.* Franciscus Hallerius *in defens. Eccles. Hierarch.*

S. SYMMACHVS, Sardus, patriâ Simagensis, Papa 53. anno 498. die 23. Nouembris Romæ consecratus & creatus, scripsit

Epistolas vndecim. Extant *tom.* 3. *Concil.* vnâ cum Orientalium Episcoporum ad Symmachum Epistola cum Notis Binianis, & *tom.* 6. *Annal.* Baronij. Illa verò Apologetica aduersùs libellum Anastasij Imperatoris extat *tom. Biblioth. Patrum.* Aliquæ prodierunt Basileæ 1549. in 8. cum Epistolis Ambrosij & aliorum. Extant MSS. in Archiuo Ecclesiæ Cathedralis Arelatensis.

Decreta apud Isidorum, Iuonem, Cresconium, Burchardum, Gratianum, & in Codice MS. Carmelitano Lugdunensi iam citato.

Exemplar constituti, facti à D. Symmacho Papa de abroganda lege Odoacris Regis repugnante libertati Ecclesiasticæ, in electione Pontificis, & de rebus Ecclesiæ conseruandis. Extat *tom.* 3. *Concil.* cum sex eius Conciliis Romanis, & libello Ennodij Diaconi Apologetico pro defensione Symmachi Papæ, & quartæ Synodi Romanæ conscripto.

Moritur Romæ anno 514. die 19. Iulij: sepelitur apud S. Petrum in Vaticano. Sedit annos 15. mens. 8. minus 4. diebus. Vacat Sedes dies 7.

De scriptis S. Ennodius Episcopus Ticinensis *lib. de fide Catholica pag. mihi* 318. Theodorus Lector *in Collectione.* Trithemius, Possevinus, Genebrardus, Coccius, Coriolanus, Gualterus, Iouerius *in Decretis*, Carranza *ibid.* Ioannes Ekius *de Primatu Petri.* Bibliotheca Gesneri, Ludouicus Carbo *de sacris Scriptoribus, in secundam secundæ D. Thomæ partem, cap.* 19. *de summo Pontifice & Ecclesia.* Alphonsus Ciaconius *in Symmacho.*

T.

SANCTVS THELESPHORVS, Græcus, Alphonso Ciaconio, & Cherubino Calaber, patriâ Thuriensis Carme

Carmelita, Papa 9. anno 142. die 8. vel 10. Aprilis Romæ creatus, scripsit

Epistolam Decretalem, extat *tom.* 1. *Concil.* Binij cum Notis *tom.* 1. *Epistolarum Pontificiarum, & tom.* 2. *Annal.* Baronij. Reputatur fictitia apud Centuriatores, Riuetum, VVhittakerum & alios hæreticos, sed eis opponimus Auctores infrà citatos.

Decreta Ecclesiastica nonnulla. Ordinauit etiam in sacrificio Missæ cani Hymnum Angelicum, *Gloria in Excelsis Deo.*

Falsò ei tribuitur à nostro Marco Antonio Alegreo Cassanato in Paradiso Carmelitici Decoris *liber Prophetiarum*, qui M S. asseruabatur Venetiis in Museo Hieronymi Porri; nam est alterius Theleſphori Eremitæ, qui vixit anno 1386. testibus Arnoldo Vuione *in Ligno vitæ*, & Possevino *in Apparatu sacro v. T.*

Martyrio decoratur Romæ anno 154. die 5. Ianuarij: sepultus in Vaticano iuxta S. Petri corpus. Sedit annos 11. mens. 8. dies 26. Vacat Sedes dies 4. vel 6.

Omnia Martyrologia & Historici Carmelici eius sanctitatem celebrant.

De scriptis *Apparatus* Possevini, Cardinalis Perronius *aduersùs Danielem Tilenum.* Alphonsus Chacon *de varia ieiuniorum obseruantia.* Ægidius Carlerius Cameracensis Decanus *in oratione, quam habuit in Concilio Basilienſi de punitione peccatorum publicorum.* Durandus *in Rationali l.* 6. *cap.* 13. Martinus Ledesma *in* 4. *p.* 2. *q.* 17. *art.* 1. Bartholomæus ab Angelo *in examine Confessor. dial.* 5. *de Missa.* Franciscus Leo *in Thesauro p.* 3. *cap.* 4. *num.* 63. Alcuinus *de diuinis officijs, cap. de septuagesima.* Ioannes Gerſonus *lib. de auct. Eccles. cap.* 7. Canisius *de sacrificio Missæ.* VValdensis *tom.* 1. *lib.* 2. *art.* 3. *cap.* 66. Petrus Cotton *l.* 2. *Institut.* Bibliotheca *Gesneri*, Platina *in Theleſphoro*, Alphonsus Ciaconius *ibid.* Baptista à Glano *ibid.* Andreas Ducheſnius *ibid.* Andreas Victorellus *in Additionibus ad vitam Theleſphori.*

THEODORVS I. Hierosolymitanus, Papa 75. anno 641. die 25. Nouembris, Ciaconio 26 creatus, & coronatus Romæ, scripsit

Epistolam ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum

hæreticum Monothelitam: cuius fit mentio in Epistola Pauli reddita, ad ipsum Theodorum Pontificem, quæ cum quibusdam aliis Synodalibus ad Theodorum Papam transmissis, extant in actis synodalibus Concilij Lateranensis sub S. Martino Papa *consultatione* 4. *Conciliorum*, Binij *tom.* 8. *etiam Annal.* Baronij cum eius Concilio Romano; quo prædictus Paulus & Pyrrhus in hæresim Monothelitarum relapsus condemnati sunt anno 648.

Obiit anno 649. die 14. Maij, sepultus in Vaticano. Sedit annos 7. mens. 5. & dies 20. Vacat Sedes menses 1. & dies 16.

De Epistola Victor Episcopus Carthaginensis *in Epist. ad Theodorum.* Sergius Cyprius *ibid.* ex Iodoco Coccio, Barbosâ *super Decretum Gratiani.*

V.

SANCTVS VICTOR I. Afer, Papa 15. anno 194. die 31. Maij, Romæ creatus, scripsit

De celebratione Paschatis Epistolas quatuor. Extant apud Binium *tom.* 1. *Concil.* cum Notis Binianis, & responsione Polychratis Episcopi Ephesini, Baronium *tom.* 2. *Annal.* Eusebium Cæsarienſem *lib.* 5. *cap.* 22. 23. *&* 24. & Ioannem Lieuræum *in Antiquitatibus Viennensibus*, *c.* 11. *&* 12. Hæretici adulterinas nominant, quibus opponimus Auctores infrà nominatos fide dignos.

Decreta quædam apud Cresconium, Isidorum, Iuonem, Burchardum, Gratianum & alios Decretorum Collectores.

Rationem fidei, exigenti Hunerico Regi Vandalorum redditam.

Quædam opuscula scripsisse fertur à Possevino *in Apparatu*, & Balthasaro VVerlino Colmariensi *in addit. ad Trithemium.*

Martyrio illustratur anno 203. die 28. Iulij, sepultus iuxta corpus S. Petri in Vaticano. Sedit annos 9. mens. 1. dies 28. Vacat Sedes dies 11.

De

De scriptis Nicolaus I. *in Epist. ad Michaëlem*, S. Irenæus Episcopus 2. Lugdunensis *in Epist. ad Victorem*, Beda *lib Æquinoctio Vernali.* Ado Viennensis *in Chron.* Genebrardus *ibid.* Bibliotheca Floriacensis, Franciscus Iouerius, Lambertus Gruterus, Volaterranus, Platina, Ciaconius, Coccius, Bellarminus *l. 2. de Rom. Pont. cap.* 14. Polycrates Archiepiscopus Ephesinus *in Epist. ad Victorem Rom. Pont.* quæ asseruabatur MS. Græcè in Bibliotheca Messanæ in Sicilia. Coriolanus *in annotat. ad Canones Apostolorum*, Gesneri *Bibliotheca.*

VICTOR III. antea Desiderius, Beneuentanus, Abbas Cassinensis, Papa 157. anno 1086. die 9. Maij, vel 8. Iunij creatus, scripsit

Dialogorum libros 4. Extant MSS. in Vaticano *plut. 3. n.* 178. sub nomine Dialog. Gregorij Papæ ex Baronio anno 1049. *num.* 25. Memorantur à diuersis hoc sub titulo: *De miraculis à S. Benedicto, alijsve Monachis in monastero Casinensi ope diuina factis*, lib. 4. Redolent sanè ad pietatem, teste Posseuino *v. D.*

Cantus quosdam de S. Mauro Abbate, ex eodem.

Epistolas ad diuersos, sed hactenus ignotas.

Obiit in monasterio Cassinensi anno 1087. die 15. Septembris, sepultus in Capituli monasterij absside, cum sequenti Epitaphio:

Quis fuerim, vel quid, qualis, quantúsque, doceri
Si quis fortè velit, aurea scripta docent.
Stirps mihi Magnatum, Beneuentus patria, nomen
Est Desiderius, túque Casine decus.
Intactam sponsam, matrem, patriamque, propinquos
Spernens, huc propero, Monachus efficior.
Abbas dehinc factus, studui pro tempore totum,
Vt nunc aspicitur, hunc renouare locum.
Interea fueram Romana clarus in vrbe
Presbyter Ecclesiæ, Petre Beate, tuæ.
Hoc senis lustris, minùs anno, functus honore
Victor, Apostolicum scando dehinc solium.
Quatuor & senis vix mensibus inde peractis
Bis sex lustra gerens, mortuus hîc tumulor.

Solis virgineo ſtabat lux vltima ſigno,
Cum me Sol verus hinc tulit ipſe Deus.

Sedit annum vnum, menſ. 3. & dies 7. Vacat Sedes menſ. 5. & dies 27.

De rebus geſtis Leo Oſtienſis, Landenulphus Capuanus, Otho Friſingenſis Epiſcopus, Petrus Guillermus, Martinus Polonus, Arnoldus Vuion, Marcus Antonius Scipio, Placentinus Congregationis Caſſinenſis Monachus, *in Elogijs Abbatum Caſinenſium Neapoli apud Beltramum* 1630. *in fol. editis*, Albertus Crantzius, Petrus Diaconus, Sigonius *de Regno Italiæ*, Ioannetus & alij.

De ſcriptis Chronicon Bobienſe MS. Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium*, Ioannes Petrus Camus *in Victore III.* Antonius Yepes *in Annalibus Benedictinis*, Spondanus, Petrus Damianus *Epiſt. ad Victorem III.* Petrus Diaconus *de Ill. viris Ordinis S. Benedicti*, Ciaconius *in Victore III.*

S. VIGILIVS, Romanus, Papa 61. anno 540. die 28. Iunij creatus, Ciaconio 26. Aprilis, & 16. Iunij coronatus Romæ, ſcripſit

Epiſtolas octodecim. Extant cum Notis Binij *tom. 4. Concil. tom. 1. Epiſtol. Pontif. & tom. 7. Annal.* Baronij. Extant MSS. in Codice Arelatenſi. Ei ſcripſit Epiſtolam Arator S.R.E. Subdiaconus, Italus, Monachus S. Benedicti.

Decretum, ſeu *Conſtitutum Vigilij, de tribus Capitulis*, extat ibid. apud eoſdem vnà cum fragmento damnationis Theodori Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ.

Obiit Syracuſis in Sicilia anno 555. Tandem eius corpus Romam delatum, & in Eccleſia S. Marcelli viâ Salariâ ſepultum. Sedit annos 16. Vacat Sedes menſ. 3. vel circiter, Ciaconio menſes 3. & dies 5.

De Epiſtolis Liberatus *in Breuiario.* Pelagius I. Papa *in Epiſt. ad Eliam Aquileienſem*, &c. S. Gregorius Magnus *in Epiſt. ad Epiſcopos Hiberniæ, de cauſa trium Capitulorum.* Euagrius *l. 4. cap. 18.* Nicephorus *l. 17. cap 13. 26. 27. & 29.* Caſſiodorus *l. 1. Inſtit. diuin. lect. cap. 5.* Concilium Florentinum *ſeſſ.* Quintum & Sextum Conſtantinopolitanum, Apparatus *Poſſeuini.* Petrus de Marca *l. 1. c. 12. & concord. Sacerd. & Impp.*

Corio

Coriolanus *in ſumma Conciliorum pag.*65. Gordianus Romanus, S. Benedicti Abbatis diſcipulus, *in Epiſt. ad Vigilium Papam*, quæ legitur *in Chron. Caſin. Venetijs* 1613. *edito*. Bibliotheca Geſneriana, Alphonſus Ciaconius *in Vigilio*.

S. VITALIANVS, Signinus, apud Hernicos, Papa 78. anno 657. die 31. Auguſti creatus, ſcripſit

Epiſtolas ſex, ſed vltima, quæ dirigitur ad Benedictinos Siculos, ſuſpecta habetur à Baronio *tom.*7. *Annal.* Extant *tom.*4. *Concil.* cum eius Concilio Romæ celebrato in cauſa Ioannis Lappenſis Epiſcopi in Creta.

Regulam Eccleſiaſticam compoſuit, & *cantum* ordinauit, teſte Platinâ *in eius vita*.

Obiit Romæ anno 669. die 27. Ianuarij: ſepultus in Vaticano. Sedit annos 12. menſ. 4. & dies 24. Ciaconius annos 14. menſ. 5. & dies 29.

De ſcriptis Coccius *in Theſauro*, Antonius Poſſeuinus S.I. Theologus magni nominis *in Apparatu ſacro*, *v.V.* Bibliotheca abbreuiata *Geſneri*, Petrus Monothelita Epiſcopus Conſtantinopolitanus *Epiſt. ad Vitalianum*, Chronicon Caſſinenſe, Andreas Victorellus *in addit. ad vitam Vitaliani*, Anaſtaſius *in Vitaliano*, Ciaconius *ibid.* Beda *lib.*4. Genebrardus.

S. VRBANVS I. Romanus, Papa 18. anno 226. die 18. Septembris creatus, ſcripſit

Epiſtolam vnam. Extat apud Binium *tom.*1. *Concil.* cum notis apud Baronium, Iouerium, Gruterum, & alios Epiſtolarum Pontificiarum collectores.

Decreta apud Gratianum, Carranzam, Barboſam.

Martyrij palmam adeptus eſt Romæ anno 233. die 25. Maij: ſepultus in cœmeterio Prætextati viâ Appiâ. Sedit annos 6. menſ. 7. & dies 4. Vacat Sedes dies 30.

Martyrologia eum commemorant eodem die, etiam Gallicanum.

Eius vitam ſcripſerunt Simon Metaphraſtes, & Antonius Boſius, præter omnes, qui *de ſanctis & Romanis Pontificibus*, Anonymus in Bibliotheca Cardinalis Biſciæ.

De ſcriptis Vrbani *Apparatus ſacer* Poſſeuini, Coccius *in Theſauro*, Coriolanus, Volaterranus, Simoneta, Genebrardus,

Gualterus Camus, Thomas VValdensis *tom.* 1. *&* 2. Bibliotheca Gesneriana, Baptista Platina *in Vrbano*, Alphonsus Ciaconius *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Onuphrius Panuinus *ibid.* Baptista à Glano *ibid.* Bernardus Guidonis *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* Paulus Sherlogus *comment. in Cantica Canticorum pag.* 616. Franciscus Hallerius *in defens. Eccles. Hierarch.*

VRBANVS II. antea Otho Castilionæus, de Chastillon, Gallus, Benedictinus, Papa 158. ann. 1088. die 12. Martij Terracinæ creatus, scripsit

De iniurijs sibi ab Henrico Imperatore illatis, dum in Germanis personam Legati sustineret Gregorio VII.

Contra hæreticorum dogmata.

Orationem ad Iuonem Episcopum 62. Carnotensem habitam.

Sermones tres, quos habuit in Concilio Claromontensi. Extant apud Guilielmum Tyrium *lib.* 1. *c.* 15. *de sacro Bello*, Guilielmum Malmesburiensem *lib.* 4. *cap.* 2. Bertholdum Constantiensem *in Chron.* Ioannem Nauclerum *ibid.* Ioannem Tarchagnotam *in histor. mundi p.* 2. *l.* 11. Baronium, Binium & Frizonem *in Gallia Purpurata.*

Officium Sabbathinum B.V. Mariæ, S. Antonino tit. 16. c. 1.

Præfationem Missæ, quæ incipit, *Et te in veneratione B. Mariæ semper Virginis collaudare*, &c.

Epistolas quamplurimas. Extant MSS. in Vaticano. Viginti reperiuntur sub nomine Vrbani, quæ scriptæ fuerunt à Leone S. R. E. Cardinali, Cassinensis Cœnobij Monacho, vt docent Petrus Diaconus *lib. de Ill. viris cap.* 31. & Card. Baronius *tom.* 11. *Annal.* Reperiuntur *tom.* 7. *Concil.* Binij. Vna ad Anselmum Archiepiscopum Cantuariensem habetur *inter Epistolas* Anselmi, Lugduni apud Laurentium Durand 1630. editas, *studio R.P. Theophili Raynaudi S.I.* Aliæ etiam MSS. leguntur *in Chartularijs* Cluniaci, S. Mariæ de Rota, S. Martini Turonensis, & S. Petri Burgulensis, teste Andrea Duchesnio.

Decem eius Concilia *tom.* 7. *Concil.* & Decreta apud Gratianum, Iuonem Carnotensem *part.* 6. *cap.* 406. *part.* 4. *cap.* 74. *part.* 10. *cap.* 54. *part.* 14. *cap* 45. Antonium Augustinum, Lambertum Episcopum 34. Attrebatensem, Bernardum Papiensem,

sem, Franciscum Belleforestum *l.4. Annal. Franc.* & alios.

Obiit Romæ anno 1099. die 28. Iulij: sepultus in Vaticano. Cuius Epitaphium cecinit Domnizo Presbyter in vita Comitissæ Mathildis, hunc in modum:

Non erat hic Rector tremulus quasi cannula vento,
Sed veluti ferrum truncabat noxia verbo.
Vt ceruum serpens, hæresum sic turba timet quem
Cuncta sibi praua subduntur dogmata falsa.
Nunquam decreuit libertas denique Sedis
Romanæ per eum, sanctum peramat quia Petrum.
Aureus Antistes, color optimus extitit ipse,
Scilicet Vrbanus, Sanctis meritò sociatus.
Talem, væ Romæ! cùm perdidit Vpilionem,
Mortuus est Romæ, digno conditus honore,
Iulius ipse dies binos cùm dat prope finem,
Anno milleno nonagenoq; noueno
A nato celso de primo Virgine Verbo.

Sedit annos 11. menses 4. & dies 18. Vacat Sedes dies 15.

Eius vita ab Anonymo conscripta asseruatur MS. in Vaticano ante Codicem MS. Epistolarum Iuonis Carnotensis, de laudibus etiam Andreas Saussayus, Pandulphus Masca, Petrus Diaconus, Guilielmus Tyrius, Petrus Guillermus, Martinus Polonus, Ioannetus & alij.

De scriptis Possevinus *in Apparatu sacro*, Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium*, Augustinus VVichmantius *in Sabbathino Mariano cap. 2.* Bibliotheca Mariana *Hippolyti Maracci*, Arnoldus Vuion *in ligno vitæ*, Bibliotheca Cluniacensis, Ioannes Sauaro *in Originibus Claromontanis*, Petrus San-Iulianus Balurræus Decanus Cabilonensis *in Historia Monasterij Regalis Tornusiani*, Claudius de Rubys *lib. 3. c. 33. historiæ Lugdunensis*, Coccius *in Thesauro*, Volumen *Epistolarum diuersorum Principum*, Petrus Arcudius *lib. 6. cap. 2. de concordia Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis in septem Sacramentorum administratione*. Angelus Manrique *tom. 1. Annal. Cisterc. ann. 1099. cap. 1. n. 6.* Hugo Archiepiscopus Lugdunensis *Epistola ad Robertum Episcopum Lingonensem* scripta. Ciaconius *in Vrbano II.*

VRBA

VRBANVS III. antea Lambertus Criuellus, Mediolanensis, Papa 171. anno 1185. die 25. Nouembris Veronæ creatus, & 25. Decembris ibidem coronatus, scripsit

Piam Metaphrasim in Psalmum Quinquagesimum, *Miserere mei Deus.* Extat *tom.* 1. *Bibl. Patrum*, Margarini Bignæi Cœnomanensis.

Epistolas, quas refert Binius *tom.* 7. *Concil.* & Baronius *tom.* 12. *Annal.*

Varia eius Decreta reperio *in peruetusto Codice* MS. Lugduni apud nostros Carmelitas asseruato.

Obiit Ferrariæ anno 1187. die 20. Octobris: sepultus in Cathedrali ad latus summi Altaris cum sequenti Epitaphio, quod sic collegi:

Hîc iacet sacræ memoriæ Vrbanus Papa III. natione Mediolanensis, & genere Cribellorum, sepultus (correctiùs *electus*) *millesimo CLXXXV. & reuelatus millesimo CCCV. die 9. mensis Augusti, indictione III. temporibus Fratris Guidonis Ferrariensis Episcopi, Ioannis Archipresbyteri, & Bonagratiæ Præpositi.*

Sedit annũ vnum, mens. 10. & dies 15. Vacat Sedes diem 1.

De eius rebus gestis Donatus Bossius, Ioseph Ripamontius, Paulus Morigia.

De scriptis Thomas Dempsterus *l.* 1. *historiæ gentis Scotorum*, v. *Aiulphus.* Apparatus sacer Possevini, Andreas Schottus *de interpretibus sacræ Scripturæ.* Fabianus Iustinianus *l.* 3. *de sacra Scriptura.* Henricus Spondanus *in continuatione Baroniana.* Laurentius Beyerlinck *lib. Apophthegm. Christ.* Ioan. Antonius Velasquez *tom.* 1. *Comment. in Epist. ad Philipp. c.* 1. *v.* 3. *annotat.* 1. §. 2. Baldouinus ex Monacho Ordinis Cisterciensis Archiepiscopus 40. Cantuariensis *Epistolis ad Vrbanum III.* Rogerius de Houeden *lib.* 2. *Annalium*, Ioannes Eusebius S. I. *lib. Stromatum sacrorum pag.* 23. Ioannes Pagæus *lib.* 3. *Bibliothecæ Præmonstratensis.*

VRBANVS IV. antea Iacobus Pantaleo Gallus, patriâ Trecensis, Papa 181. anno 1261. die 29. Augusti Viterbij creatus, & 4. Septembris ibidem coronatus, scripsit

Descriptionem Terræ sanctæ, quâ Adrichomius vsus est *in Theatro Terræ sanctæ.*

Epistο

Epistolarum volumen, in Vaticano MS. asseruatum, quo Lucas VVadingus vsus est *in Annal. Minorum.*

Obiit Perusij anno 1264. die 2. Octobris, sepultus in Cathedrali cum sequenti Epitaphio à nobis hîc viso.

Archileuita fui, Pastórque gregis Patriar
Tunc Iacobus, posui mihi nomen ab Vrbe Monar
Tunc ciuis exiui, tumuli pòst condor in ar
Te sine fine frui tribuas mihi summe Gerar
} *cha.*

Sedit annos 3. mens. 1. & dies 4. Vacat Sedes menses 5. & dies 3.

Eius vitam scripserunt Gregorius Episcopus Baiocensis, Theodoricus de Vallisolor Champerius, Frizon, Papyrius Massonus, Andreas Saussaius, Platina, Onuphrius, Ciaconius.

De scriptis, Apparatus *Possevini*, Marinus Ebulensis Archiepiscopus Capuanus *l. 2. tit. de elect. Rom. Pont.* Coccius *in Thesauro.* Henricus Ludouicus Castaneus, Rupipozæus Episcopus Pictauiensis *in Nomenclatura Cardinalium.* Andreas Ducheſnius *in eius vita.* Binius *tom. 7. Concil.* Laërtius Cherubinus *in Magno Bullario*, Confettius *ibid.* Bzouius *in Vrbano*, Coriolanus *ibid.* Ferdinandus Vghellus *addit. ad Ciaconium*, Ciaconius *in vita Vrbani IV.* Ioannes Pagæus *lib. 3. Bibliothecæ Præmonstratensis.*

S. VRBANVS V. antea Guilielmus Grimoardus de Grisaco, Gallus, patriâ Gabalitanus, seu Mimatensis, Abbas S. Victoris Massilienſis, Papa 199. anno 1362. die vltima Octobris, Auenione absens creatus, & die 6. Nouembris coronatus, scripsit

Orationem de expeditione Terræ sanctæ ad Ioannem Fr. Regem habitam.

De oratione ex voto Commentaria egregia.

Versus de Agnus Dei, ad Imperatorem Gregorium, leguntur apud Stephanum Quarantam Neapolitanum *pag.* 10. v. *Agnus Dei*, & Victorellum *addit. ad Ciaconium*, necnon Aug. Patritium.

Epistolarum volumen. Extat MS. in Vaticano, & Patauij in Museo Benedicti Siluatici Primi medicinæ Professoris *ex*

Bibliothecis Patauinis Tomasini Episcopi ciuitatis Nouæ in Istria. Ei scripsit *Epistolarum senilium* libros Franciscus Petrarcha.

Obiit Auenione anno 1370. die 19. Decembris, ibidem primò sepultus in Ecclesia Cathedrali S. Mariæ de Donis, decem & septem mensibus; postea iussu Gregorij XI. translatus Massiliam in Monasterium San-Victorinum 1372. mense Iunij in Sacello S. Petri, vbi legi sequens eius Epitaphium ad sepulchrum marmoreum appensum.

Hîc requiescit Vrbanus Pontifex in ordine quintus
Summus diuinitus Romanorum Præsul electus.
Auctor bonorum, lux, censor, normaque morum
Speculum cunctorum, dogma, dúxque Monachorum.
Bonorum doctor, malorum quoque corrector,
Iustitiæ tutor, studiorúmque reparator.
Nullius acceptor, direxit iustitiæ libram
Virtutibus fulgens cunctis iura reddidit idem.
Atque simoniam sui splendore fugauit
Ecclesias nempe reparauit Romæ diuinitus.
Apostolorúmque capita nunc recondidit,
Pauperes alendo Christi mandata compleuit,
Hicque bonus Pastor, ad fidem Christi reduxit,
Græcorum Cæsarem errore caligine tectum.
Post labores tandem multos, desupérque vocatus
Inter fratrum manus illa facta membra resoluens
Christi vicarius transiuit ad astra beatus,
Quem Deus multum ex alto per signa monstrauit
Qualis enim fuerit signa tanta clarè demonstrant.
Ad tumulum huius languentum membra sanantur.
In multis alijs Prouinciisque clarè constat,
Nec non Italia ab ipso multum amata,
Miraculis latè hoc in Hispanica patet
Ac in Boëmia, nobilique Francia tota.
Gaudet Prouincia Arelatensis siue vocata
Per tanta signa meritis Vrbani ornata.
Ergo mente pura te Vrbano Beato
Pontifici summo, lector deuote, commenda.

Anno

Anno Milleno Trecento quoque Septuageno
Currente Domini mensíſque decima nona
Decembris erat dies, cum Beatus iſte
Vrbanus ad Chriſtum tranſitu felici migrauit.

Sedit annos 8. menſes 2. & dies 23. Vacat Sedes dies 11.

Eius ſanctitas memoratur *in Martyrologijs* Benedictino, & Gallicano.

Vitam Vrbani ſcripſerunt Symphorianus Champerius, Frizon, Boſquetus, Ægidius Romanus, & Soarius, præter Pontificios, Andreas Sauſſayus, Ioannes Riuadellus.

De ſcriptis Guilielmus Eyſingrenius, Poſſeuinus, Rupipozæus, Bzouius, Spondanus, Lucas VVadingus *in Regiſtro Pontificio tom. 3. Annal. Minorum, & vitæ S. Petri Thomæ Carmelitæ.* Ducheſnius *in eius vita*, Ruffi *in hiſtoria Maſſilienſi*, Maſſiliæ anno 1642. fol. Gallicè edita, Andreas Victorellus *addit. ad vitam Vrbani V.* Ioannes Pagæus *lib. 3. Bibliothecæ Præmonſtratenſis.*

VRBANVS VI. antea Bartholomæus Prignanus, aliàs Tuczillus, Neapolitanus, Papa 201. anno 1378. die 8. Aprilis Romæ creatus, & die 18. eiuſdem menſis & anni coronatus ad gradus S. Petri, ſcripſit

Hiſtoriam Epiſcoporum Barenſium ad ſua vſque tempora.

Formulas precum. Prodierunt Dilingæ in Germania 1567. vulgari idiomate, vnà cum indulgentiis, quas ipſe conceſſit.

Epiſtolas quaſdam. Extant *tom. 7. Conciliorum*, Seuerini Binij. Ei ſcripſit 8. *Epiſtolas* S. Catharina Senenſis.

Conſtitutiones Eccleſiaſticas. Leguntur *in Collectione* Romæ 1579. edita.

Litteras Apoſtolicas ſeu Bullas, habes *in Magno Bullario*, Laërtij Cherubini.

Romæ obiit anno 1389. die 15. Octobris, ſepultus in Vaticano cum ſequenti Epitaphio:

Hoc animo magnus, ſapiens, iuſtuſque Monarcha,
Parthenopæus adeſt Vrbanus ſextus in arca,
Feruebat fidei latebras conferre Magiſtris,
O decus, his fretus ſemper poſt prandia ſiſtris,
Schiſmatibus magnis animo maiore regebat:

Omne ſimoniacum tanto ſub Patre tremebat,
Quid iuuat hunc terris mortali tollere laude?
Pro meritis, cæli ſplendet tibi gloria valde.

Sedit annos 11. menſes 6. & dies 13. Vacat Sedes dies 18.

De Vrbani VI. geſtis Angelus Acciaiuolus, Bertramus, Gallus, Bertrandus Lagerius, Gerardus Magnus, Gualterus, Diſſæus, Petrus Corſinus, Petrus Boninſegnius, Theodorus Niemus.

De ſcriptis Guilielmus Eyſingrenius, Coccius *in Theſauro.* Apparatus ſacer *Poſſeuini*, Rupipozæus *in Nomenclatura Cardinalium.* Bibliotheca abbreuiata *Geſneri.*

VRBANVS VII. antea Ioannes Baptiſta Caſtaneus, Romanus, Papa 229. anno 1590. 16. Septembris creatus, ſcripſit dum adhuc Epiſcopus Roſſanenſis eſſet,

Epiſtolas ad diuerſos, Romæ in Bibliotheca Barberina cum eius diarijs. MSS. aſſeruatas, & ibidem à me viſas, ſingulari humanitate eruditiſſimi viri Caroli Moroni, eiuſdem Bibliothecæ Præfecti.

Obiit Romæ anno 1590. 27. Septembris, ſepultus eſt in Baſilica Vaticana. Sedit dies 13. Vacat Sedes menſes 2. & dies 8.

De rebus geſtis Vrbani VII. edidere Pompeius Vgonius, Ioannes Petrus Roſſi, Antonius Cicarella, Auguſtinus Valerius, Laurentius Arrigho, Filliucius, Ciaconius, Laurentius Beyerlinck & alij.

VRBANVS VIII. antea Maphæus Barberinus, patria Florentinus, Papa 235. anno Chriſti 1623. die 6. Auguſti creatus, & 29. Septembris Romæ in Baſilica Principis Apoſtolorum coronatus, ſcripſit

In aliquot Pſalmos, & Cantica noui & veteris Teſtamenti Paraphraſim.

In Chriſti Domini, Beatæ Virginis & aliorum Sanctorum dies feſtos, Hymnos & Odas.

In viros Illuſtres Epigrammata.

Poëmata varia eius Latina. Prodierunt Romæ in Ædibus Collegij Romani Societatis Ieſu, typis Vaticanis 1631. & 1640. in 4. & 8. & Antuerpiæ 1634. in 4. *In ea ſcripſerunt*, Iulius Cæſar

Cæsar Capaccius Neapolitanus, Neapoli in 4. typis Lazari Scorrigij 1633. Henricus Dormalius Prodromicus, Romæ 1641. typis Franciſci Monetæ in 4. Thomas Campanella Calaber Stylenſis, Dominicanus, qui obiit Pariſiis 1639. Magnus Perneus, Ioannes Hieronymus Kapſperger Muſicus ea muſicis modis aptauit. Romæ apud Lucam Antonium Soldum 1624. in fol. & 1633. in fol. apud Paulum Maſottum *vol.* 11. Hieronymus de Corral Commentaria Iulij Cæſaris Capaccij *Hiſpanicè* reddidit.

Odem exhortatoriam ad virtutem, Franciſco Cardinali Barberino fratris filio dicatam, quam carmine Pindarico Græco exprimere conatus eſt Cl. V. Leo Allatius. Extat Græcè *ante Apes Vrbanas*, dicti Allatij Romæ apud Ludouicum Grignanum 1633. in 8. excuſas.

Poëſias Etruſco idiomate editas, Romæ apud Typographos Camerales 1640. in 12.

Vitam Roberti Cardinalis Bellarmini, S. I. incœperat verſu Heroico, teſte R. P. Hilarione Coſtæo Pariſino Minimo *in elogio dicti Bellarmini.*

Decreta Eccleſiaſtica varia, quorum illa *de celebratione Miſſæ.* Prodierunt Pariſiis in 8. Illa verò *de canonizatione Sanctorum*, Lugduni 1634. in 8. apud Laurentium Durand à Felice Contelorio I C. Romano, relata ad calcem operis *de Sanctorum canonizatione.*

Conſtitutiones Eccleſiaſticas & litteras Apoſtolicas, quarum collectionem habes *tom. 4. magni Bullarij*, Laërtij Cherubini ab eius filio D. Angelo Maria Cherubino Monacho Caſſinenſi Romæ 1638. fol. editam. Vide etiam Martinum Bonacinam vtriuſque ſignaturæ Referendarium Apoſtolicum *de cenſuris in Bulla Cœnæ à S. D. N. Vrbano VIII. editis*, &c. Lugduni 1629. fol. ſumptibus Claudij Landry.

Hymnos ſacros expurgari iuſſit; etiam *Breuiarium ceremoniale Epiſcoporum ac Martyrologium*, eius auctoritate recognita, & denuò edita habemus.

De laudibus Vrbani VIII. Leuinus Hielius, Theodorus Amydenus, Stephanus Simonius, Lælius Guidiccionus, Andreas Turellus, Gabriel Naudæus, Lucas VVadingus,

Gregorius Portius, Andreas Baianus, Ioannes Ciampolus, Iulius Rospigliosus, Andreas Victorellus, Ioannes Imperialis, Abel San-Marthanus, Alexander Raynaldi, Augustinus Mascardus, Augustinus Terfagus, Balduinus de Montesimo mello, Marcus Guadalajarra, Ferdinandus Carolus, Franciscus Bracciolinus, Gaspar de Simeonibus, Ignatius Braccius, Octauius Baronius, Ioannes Baptista Spadius, Iustus Rickius, Laurentius de Franchis, Laurentius Smiecouicius, Rodulphus Botterus, Stephanus Bubalus, Dionysius Petauius, Dionysius Saluagnius Boëssius, Bartholomæus Viassius, Gregorius Holinius, Rainerus Zenus, Bartholomæus de Castro, Ioannes Baptista Viues.

De scriptis Vrbani VIII. loquuntur Cæsar Ripa, Perusinus *in sua Iconologia, seu descriptione diuersarum Imaginum*, Romæ apud Lepidum Facium 1603. in 4. *pag. mihi* 32. Italicè edita, Claudius Robertus *in sua Galliæ diuisione*, Claudius Clemens, Ornanensis, Sequanus S. I. *l. 1. de Musei exstructione sect. 3. pag.* 60. Thomas Dempsterus *lib.* 12. *hist. Scotorum V. Maria Stuarta pag.* 463. Iacobus Auzolius Peyrius *in sua S. Chronologia.* Giuniparus à Drepano, Franciscanus *in disputationibus commentarijs pro iuris Pontificij defensione.* Lugduni apud Laurentium Durand 1637. in 4. Latinè editis, Hippolytus Maraccius *in Bibliotheca Mariana*, Hermannus Hugo S.I. *in Epistola dedicatoria Emblematum ad Vrbanum VIII.* Ioannes Baptista de Lezana, Carmelita *in summa quæstionum Regularium.* Thomas Campanella *de proprijs libris, art. 2. de Poëtis*, Ioannes Eusebius S. I. *lib. Stromatum sacrorum pag.* 165. Dionysius Saluagnius Boëssius *in oratione ad Vrbanum VIII.* Andreas Victorellus *addit. ad vitam Sixti IV. & in vita Vrbani.* Ioannes Pagæus *lib. 2. Bibl. Præmonstratensis.*

Z.

SANCTVS ZACHARIAS, Græcus, Monachus, Papa 93. anno 741. die 5. Decembris creatus, Ciaconio die 1. Decembris creatus, & die 3. consecratus, scripsit

Epistolas

Epistolas, quarum quatuordecim refert Binius *tom. 5. Concil.* ex Codice MS. & Nicolao Serrario S.I. Iacobus Gretserus varias *in sua Collectione.* Ioannes à Bosco & Ioannes Lieuræus *unam ad Austrobertum Archiepiscopum Viennensem.* Consule Posseuini *Apparatum* de Epistola Zachariæ ad Bonifacium.

Decreta varia apud Iuonem, Burchardum, Gratianum, Carranzam, Augustinum Barbosam, & alios.

Dialogorum libros S. Gregorij Magni è Latino in Græcum vertit. Prodierunt Romæ 1590. cum S. Gregorij operibus Græcè & Latinè, & Ingolstadij 1603. *studio Cl. viri Henrici Canisij tom. 3. Antiquæ lectionis.* Extant MSS. Græcè Romæ in Vaticano. Viennæ Austriæ in Bibliotheca Imperiali, Augustæ Vindelicorum, Hildebergæ, Patmos Insulæ in Mari Ægeo, iterum Romæ in illa S. Mariæ in Vallicella.

Duo eius Concilia Romana extant *tom. 5. Concil.* cum Notis Binianis ex Laurentio Surio, & Codice Vaticano desumpta.

Obiit anno 752. die 15. Martij, sepultus in Vaticano. Sedit annos 10. menses 3. & dies 10. Vacat Sedes dies 12.

De vita Zachariæ Anastasius Bibliothecarius, Platina, Onuphrius, Ciaconius & alij.

De scriptis S. Bonifacius *in Epist. ad Zachariam*, Cudbertus Mageselus *ibid.* Egbertus, vel Cuthbertus Archiepiscopus 11. Cantuariensis *ibid.* S. VVilibaldus *ibid.* S. Abel, Scotus, Coadiutor S. Rigoberti Archiepiscopi 27. Remensis *ibid.* Virgilius Soliuagus, Hibernus *ibid.* Metellus Monachus Tegerensis, Lupus Abbas Ferrariensis *Epist.* 81. Photius *tom. 2. suæ Bibliothecæ*, Sixtus Senensis, Coccius, Trithemius, Posseuinus, Baronius, Sigebertus, Genebrardus, Gualterus, Fronto Ducæus, Bellarminus *l. 4. de Rom. Pont.* Hadrianus I. *in Epist. ad Constantinum & Irenem*, Franciscus Forreblanca *l. 1. de Magia, cap. 37.* Adreualdus, Gallus, Monachus Floriacensis *l. 1. cap. 15. de miraculis S. Benedicti.* Philippus Gamachæus *in primam secundæ quæst. 104. & 105. cap. 2.* Petrus de Marca, Marinus Mersenius *in commentarijs in Genesim.* Bibliotheca Gesneri, Andreas Victorellus *addit. ad vitam S. Zachariæ Papæ.*

S. Zephe

S. ZEPHERINVS, *Cherubino Abundius Zepherinus*, Romanus, Papa 16. anno 203. die 8. Augusti creatus, scripsit

Epistolas Decretales duas. Extant *tom.* 1. *Concil.* cum Notis Seuerini Binij, *tom.* 1. *Epist. Pontif. tom.* 2. *Annal.* Baronij, apud Iouerium, & Gruterum.

Decreta apud Isidorum, Cresconium Episcopum, Iuonem, Gratianum & alios.

Obiit anno 221. die 26. Augusti: sepultus viâ Appia iuxta Callisti cœmeterium. Sedit annos 18. & dies 18. Vacat Sedes dies 6.

De scriptis *Apparatus sacer* Possevini, Genebrardus, Coccius, Tertulianus *lib. de Pudicitia, cap.* 1. Eusebius *in Chronol.* Bellarminus *l.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 14. Ioannes Ekius *de Primatu Petri, l.* 3. *cap.* 18. Thomas VValdensis *tom.* 1. *lib.* 2. *art.* 3. *cap.* 33. Petrus Cotton *l.* 2. *Institut. Cathol. cap.* 33. Coriolanus *in annotat. ad Canones Apostolorum, Bibliotheca* Gesneri, Baptista Platina *in Zepherino*, Ioannes Franciscus Bordinus *ibid.* Alphonsus Ciaconius *ibid.* Baptista à Glano *ibid.* Andreas Ducheſnius *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.*

S. ZOSIMVS, Græcus, Cæsariensis, Cappadox, aliis Reatinus ex magna Græcia, nunc Calabria, Papa 42. anno 417. die 19. Augusti creatus, & consecratus Romæ, scripsit

Epistolas Decretales tredecim. Extant *tom.* 1. *Concil.* cum Notis Binianis, partim apud Baronium ex Codicibus Vaticano & Arelatensi, & partim apud Iouerium & alios *Epistolarum Pontificiarum* Collectores. Item

Epistolam ad Gallicanos Episcopos, de vita & conuersatione S. Trophimi Archiepiscopi 1. Arelatensis; quam refert Benedictus Gononus, Cœlestinus Lugdunensis *in suo tom.* 2. *de vitis Sanctorum part.* 1. ex antiquo Breuiario Arausiensi, à Cardinali Baronio diu desideratam, cuius beneficio legi in hoc opere ad vmbilicum perducto.

Decreta apud Isidorum, Cresconium, Iuonem, Burchardum, Gratianum, Carranzam, Barbosam & alios Decretorum Collectores.

De Paschate librum ad Hilarium Episcopum, vt puto, Narbonensem, ex Trithemio, ad quem scripsit Epistolã octauam.

De

De Sacerdotio ad Esycium lib. 1. *Exigit dilectio tua*, &c. ex eodem.

Obiit anno 418. die 26. Decembris: sepultus est viâ Tiburtinâ iuxta corpus B. Laurentij Martyris. Sedit annum 1. mens. 4. & dies 7. Vacat Sedes dies 2.

De Zozimo M. Antonius Cappellus, Baronius, Anastasius, Platina & alij.

De scriptis Zosimi loquuntur S. Augustinus *de peccato originali cap.* 5. 6. 8. & 22. *Epistolâ* 157. & *lib.* 2. *contra Epistolam Pelagij, cap.* 3. S. Prosper Episcopus Regiensis *in Chron.* & *contra Collatorem*, S. Cœlestinus I. Papa *Epist. ad Episcopos Galliæ.* Possidonius *in vita S. Augustini, cap.* 18. Trithemius, Gennadius, Coccius, Posseuinus, Baronius, Gualterus, Bibliotheca Floriacensis, Ioannes Lieuræus *in Antiq. Viennæ pag.* 113. vbi refert Epistolam Zosimi, Simplicio Archiepiscopo directam, quæ deest *tom.* 1. *Conciliorum* Binij, Carolus Sausseyus *in Annalibus Ecclesiæ Aurelianensis*, *l.* 1. Claudius de Rubys *l.* 1. *c.* 4. *hist. Lugd.* Petrus Saxius *in Chronologia Archiepiscoporum Arelatensium.* Bellarminus *l.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 14. Petrus de Marca *l.* 2. *cap.* 15. Gesneri *Bibliotheca*, Anastasius Bibliothecarius *in Zozimo*, Baptista Platina *ibid.* Alphonsus Ciaconius *ibid.* Andreas Duchesnius *ibid.* Papyrius Massonus *ibid.* Thomas VValdensis, Carmelita *tom.* 4. *cap.* 166. Marcus Antonius Cappellus *de appellationibus Ecclesiæ Africanæ ad Romanam sedem librum Parisijs* 1622. *editum.*

CENTVRIA PSEVDOPONTIFICVM, QVI SCRIPTIS CLARVERVNT.

ANACLETVS II. antea Petrus Leonis cognominatus, patriâ Romanus, ex S. R. E. Diacono Cardinali tit. SS. Cosmæ & Damiani à Paschali II. & Presbytero Cardinali S. Mariæ trans Tiberim tit. Calliſti Pſeudopontifex contra Innocentium II. anno Domini 1130. in ſchiſmate creatus eſt, ſcripſit

Epiſtolas ad diuerſos. Extant MSS. Romæ in celeberrima Bibliotheca Eminentiſſimi Principis Franciſci Cardinalis Barberini litterarum & litteratorum Patroni celeberrimi, nec non etiam in illa monaſterij Montis-Caſſini; quas Eminentiſſimus Cæſar Cardinalis Baronius *Annalibus ſuis nunquam ſatis laudatis*, inſeruit.

Obiit Romæ anno poſtquam Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, 1138. ſepultus eſt in Eccleſia Conſtantiniana, ſeu Lateranenſi.

De Anacleti II. Epiſtolis conſule, ſi lubet, Cardinalem Baronium *ab anno* 1130. *vſque ad* 1138.

BENEDICTVS XIII. antea Petrus de Luna nuncupatus, Arrago, Hiſpanus, V.I. Doctor ac Profeſſor publicus in Gymnaſio Montis-Peſſulani, Archidiaconus Cæſar Auguſtanus, deinde S. R. E. Diaconus Cardinalis tit. Sanctæ Mariæ in Coſmedin, ac Hiſpaniarum & Galliarum Legatus, poſtremò Auenione 4. Kalendas Octobris ann. 1394. electus Pſeudopontifex, & 5. Idus Octobris ibidem coronatus aduersùs Bonifacium IX. Innocentium VII. Gregorium XII. Alexandrum V. Ioannem XXIII. & Martinum V. Pontifices Maximos legitimos, ſcripſiſſe compertum habeo.

De poteſtate ſummi Pontificis & Concilij librum. Extare perhibetur MS. Romæ in Bibliotheca Pontificia Vaticana.

Vita

Vitæ humanæ aduersùs omnes casus consolationes. Extat Hispanicè.

Et alia quædam, sed mihi hactenus ignota.

Decessit Penischolæ, oppido Regni Valentiæ munitissimo, diœcesis Dertusensis, octuagenario maior, vsque ad vltimum vitæ spiritum in sua obstinatione permanens, anno post Christi natiuitatem 1424. Antipontificatus sui anno 30. mense Septembri, sub Martino V. Pontifice Optimo Maximo: eius cadauer ibique sepultum est, quod postea translatum est Igluecam Arragoniæ oppidum, ibique intra arcem loco profano repositum, quo in loco integrum hodie perseuerat, in ditione Comitis Moratæ.

De rebus gestis Benedicti XIII. Pseudopontificis consule Platinam, Onuphrium Panuinum, Andream Billium, Hieronymum Ochonem Carmelitam, Ioannem Gersonem, Henricum Langesteyn, Ioannem Coltonum, Alphonsum Ciaconium, Andream Ducheſnium & alios.

CLEMENS VII. antea Robertus ex Comitibus Gebennensibus, Sabaudus, ex Episcopo 44. Morinensi, nunc Bononiensi in Picardia, Archiepiscopus 61. Cameracensis, & S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. SS. duodecim Apostolorum, postremò aduersùs Vrbanum VI. anno 1378. die 20. Septembris Fundis in Campania creatus Pseudopontifex, ibidémque die 1. Nouembris in Ecclesia Cathedrali coronatus, scripsit

Epistolas varias.

Obiit Auenione, ibidémque sepultus in Ecclesia Cœlestinorum ad pontem Sorgiæ, cum sequenti Epitaphio:

Hic requiescit Dominus Clemens Papa VII. Primus huius Cœnobij Fundator, ex patre Amedeo Comite Gebennensi, matre verò Mathilde de Bolonia genitus, qui fuit Protonotarius, Morinensis & Cameracensis Episcopus, deinde Cardinalis, demum ad Papatum inuitus assumptus, & curia tunc incolumi reducta, Dominum Petrum Cardinalem de Lutzemburgo miraculis coruscantem in hoc cœmeterio sepultum ad Cardinalatum assumpsit, & in fine anno 17. sui Pontificatus migrauit ad Christum die 17. Septembris 1394. cuius anima requiescat.

De rebus gestis habes Theodoricum Niemum, Platinam,

Onuphrium, Alphonsum Ciaconium, Andream Duchesnium & alios.

NICOLAVS V. antea Petrus Corbarius, vel de Corbario, cognomento Rainalluccius, corruptè Remalutius in agro Reatino ex humili loco natus, Pseudopontifex à Cæsare Ludouico Bauaro Romæ anno 1327. die 12. Maij aduersùs Ioannem XXII. creatus, Ordinis Minorum, scripsit

Gloſſulam ſuper Chriſti imitatione lib. 1.

Abdicationem Antipapatus ſui inter manus Ioannis XXII. Papæ, Auenione in publico Conſiſtorio factam, quæ habetur in vita Ioannis XXII. ab eruditissimo D. Francisco Bosqueto edita, nec non in Elencho Cardinalium, à Felice Contelorio, publicato, etiam apud Ciaconium.

Abdicauit Auenione die 23. Augusti 1330. Obiit Auenione anno salutis 1333. mense Septembri, sepultus est in Ecclesia Minorum.

De scriptis Ioannes Balæus Apostata *in Catalogo*, Conradus Gesnerus Hæreticus in Bibliotheca *v...*

NOVATIANVS ex Romanæ Ecclesiæ Presbytero Pseudopontifex aduersùs S. Cornelium Pontificem Romanum, scripsit

De Paſcha lib. 1. *De cibis Iudaicis* lib. 1. *De Sabbatho* lib. 1. *De Inſtantia* lib. 1. *De Circunciſione* lib. 1. *De Attalo* lib. 1. *De Sacerdote* lib. 1. *De ſancta Trinitate* lib. 1. *De oratione* lib. 1. *Epiſtolas plures ad diuerſos, & alia nonnulla.*

Claruit anno salutis 250. ex S. Hieronymo, sed ex Ciaconio occisus Romæ tempore Sixti II. Papæ.

De scriptis Abbas Trithemius *in Catalogo*, Conradus Gesnerus *in Bibliotheca v. N.* Antonius Possevinus *in Apparatu ſacro*, & alij.

PASCHALIS ex S.R.E. Archidiacono Pseudopontifex aduersùs Sergium I. Papam creatus, scripsit

Litteras ad Ioannem Exarcham Rauennatem, ex Alphonso Ciaconio *in vita Canonis Papæ.*

Mortuus est anno gratiæ 687. sub Sergio I. Papa.

BIBLIO

BIBLIOTHECÆ PONTIFICIÆ

LIBER SECVNDVS.

A.

SANCTVS ABBO, Gallus, Benedictinus, Abbas Floriacensis, diœcesis Aurelianensis, Martyr, scripsit

Vitarum Romanorum Pontificum Epitomen. Prodiit Moguntinæ anno 1602. apud Albinum.

Martyrio coronatur anno Christi 1003. Idibus Nouembris, tunc Sede Romana vacante ob Ioannis XVI. Papæ mortem.

Abdelmessias, aliàs *Gabriel* Patriarcha Ægypti, Legatus Patriarchæ Alexandrini, edidit

Legationem ad Clementem VIII. Romanum Pontificem, & professionem fidei. Extant ad finem *tom. 6. Annalium Ecclesiasticorum* Cæsaris Cardinalis Baronij.

Abdias Apostolorum discipulus, Episcopus I. Babyloniæ, Hebræus, scripsit *Hebraicè*

Vitam S. Petri Apostoli, vnâ cum aliorum Apostolorum vitis, quas ex Hebræo in Græcum vertit *Eutropius* eiusdem Abdię discipulus. Prodierunt Parisiis 1551. *studio Ioachimi Perionij Benedictini* in 16. & 1571. curâ *Thomæ Beauxamis Parisini Carmelitæ*

melitæ Concionatoris Regij. Basileæ apud Operinum in fol. Coloniæ 1555. & 1569. in 12. apud Maternum Cholinum, & denuò Parisiis *in Historia Christiana* Laurentij de la Barre Doctoris Parisiensis.

Claruit sub S. Petro Apostolorum Principe, & primo Iesu Christi Vicario.

Abelius Sanmarthanus, *de Sancte Marthe*, Pictauus, in sacro Regis Consistorio Consiliarius, edidit *Latinè*

De laudibus S.D.N. Vrbani VIII. Pont. Max. carmina. Leguntur *lib.* 1. *Carminum* dicti Sanmarthani, Parisiis 1633. in 4. apud Iacobum Villery edit. Viuebat Parisiis sub Pontificatu Vrbani VIII. Rom. Pont.

Abrahamus Bzouius, Polonus, Ordinis Prædicatorum sacræ Theologiæ Doctor, ac Annalium Ecclesiasticorum Baronianorum Continuator, edidit *ad Vrbanum VIII. Papam.*

Paulum V. Pontificem Maximum, hoc est, *Pauli V. vitam.* Romæ 1626. fol. apud Stephanum Pantinum.

Romanum Pontificem in 3. tomos distinctum, hoc est, *de præstantia, officio seu auctoritate, virtutibus, felicitate, rebusq; præclarè gestis Summorum Pontificum à S. Petro vsque ad Paulum V. Commentarium.* Coloniæ apud Antonium Boëlzerum anno 1619. in fol. vbi de Pij V. sanctitate.

Tomos 9. Annalium Ecclesiasticorum, pro continuatione Baronij. Coloniæ fol.

Obiit Romæ anno Domini 1637. sepultus in Ecclesia Dominicanorum S. Mariæ super Mineruam, sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Max.

Achilles Statius, Lusitanus, Orator Romanus Regis Lusitaniæ, & Rhodiorum Equitum; edidit *Latinè*

Orationem obedientialem ad Gregorium XIII. Rom. Pont. habitam nomine Sebastiani I. Lusitaniæ Regis. Romæ apud Hæredes Antonij Bladij 1574. in 4.

Orationem alteram ad Pium V. nomine Equitum Rhodiorum.

Vixit Romæ anno salutis 1574. sub Gregorio XIII. Papa.

Acta Bonifacij VIII. Benedicti XI. Clementis V. Romanorum Pontificum & Philippi Pulchri Francorum Regis Christianissimi

nissimi edita primò fuerunt anno 1613. in 4. deinde verò auctiora 1641. in 8.

Acta Concilij Basilienſis, item eius *Decreta*, & *Summa*. Extant MSS. Florentiæ in Bibliotheca Medicęa apud S. Laurentium, *pluteo* 16.

Acta Concilij Constantienſis M S S. Romæ in Bibliotheca Vaticana.

Acta Consistorij publicè exhibiti à Gregorio XIII. Papa Regum Iaponiorum Legatis Romæ. Augustæ Treuirorum apud Emundum Hatorum 1585. in 4.

Acta Legationis Petri tit. S. Stephani in Cælio Monte Presbyteri Cardinalis de Fuxo *de Foix*. Extant MSS. in Vaticano.

Acta Legationum Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium. Romæ MSS. in celeberrima Bibliotheca Vaticana.

Adam Abbas Monachorum Orientis, scripsit

Sermonem de fide Domini Papæ Romæ Magnæ, & Domini Eliæ Patriarchæ Orientis. cap. 1. *Excellentiam doctrinæ fidei, quam profitetur S.R.E. & Principatum Summi Pontificis in Ecclesia S. Catholica ex comparatione Abrahæ & B. Petri Principis Apostolorum ostendit.*

Adam Archidiaconus Cameræ Patriarchalis Babylonis, Archimandrita Monachorum Chaldæorum Orator Romanus, scripsit

Orationem habitam ad Paulum V. Pont. Max.

Adam Delphinus Theologus edidit

Orationem de Ecclesia & Romano Pontifice.

A. de Shinucijs Episcopus Suanensis Orator Senensium ad Summum Pontificem scripsit

Orationem, quam habuit Romæ ad Innocentium VIII. Romanum Pontificem, nomine Senensium.

Adamus Estonus, Eston, Anglus, patriâ Herfordiensis, ex Monacho Benedictino Episcopus Londinensis, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ, scripsit

De potestate Ecclesiæ lib. 1.

De electione Summi Pontificis lib. 1.

Defensorium Ecclesiæ.

Obiit Romæ anno à partu virgineo 1397. 13. Kalend. Nouembris,

uembris, id est; die 20. Octobris ex Ciaconio; sed verò ex Epitaphio ad eius sepulchrum marmoreum in suo titulo, apposito, mense Septembri, sepultus est in Ecclesia S. Cæciliæ.

Adamus Tannerus, natione Germanus, OEnipontanus, S.I. Theologus, edidit

De iudice controuersiarum fidei, seu de Romano Pontifice.

Defensionem Ecclesiasticæ libertatis, contra Venetos. Floruit anno Christi 1606. sub Pont. Max. Paulo V.

Adamus Victorinus, seu *de S. Victore*, Gallus, Canonicus Regularis Augustinianus S. Victoris Parisiensis, scripsit

De S. Petro Apostolorum Principe prosam.

Obiit Parisiis anno gratiæ 1177. die 8. Iulij sub Alexandro III. Papa.

S. Adelarius, natione Scotus, Ordine Benedictus, Episcopus Herefordensis, scripsit

Ad Romanos Pontifices lib. 1.

Viuebat tempore Pontificatus Stephani III. Rom. Pont.

S. Ado Archiepiscopus Viennensis, Gallus, scripsit

De Romanis Pontificibus, in Chronico de sex ætatibus mundi, ab orbe condito vsque ad annum Christi 879.

Claruit sub Ioanne VIII. non *fabulosâ Papissa*, sed legitimo Romano Pontifice.

Adolphus Schulkenius, Germanus, Theologus, edidit

Apologiam pro libello Roberti Cardinalis Bellarmini de potestate Papæ in rebus temporalibus aduersùs Reg. VVeidbrechtenum. Coloniæ 1613. 8.

Floruit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

Adrianus, vel *Hadrianus Castellensis*, natione Italus, patriâ Cornetanus, S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Chrysogoni, scripsit

Orationem de fœdere inter Alexandrum VI. Romanum Pontificem, & Regem Hispaniarum.

Itinerarium Iulij II. Rom. Pont. carmine conscriptum. Extat tom. 2. vitarum Romanorum Pontificum & Cardinalium Alphonsi Ciaconij, in Iulio II. *pag.* 1364. & 1365. edit. vlt.

Hic coniuratione Petruccianæ reus factus anno salutis 1517. effugerat, Cardinalatu, & omnibus dignitatibus priuatus, obiit 1518.

Ægidius

Ægidius Albertinus, natione Germanus, edidit *suo vulgari idomate,*

De secretis Antichristi 1. *&* 2. *part.* Monachij 1604. apud Georgium V Villerum in 4.

Vixit sub Paulo V. summo Pontifice anno Christi 1605.

Ægidius Bucherus, S.I. Theologus, patriâ Atrebas, edidit

Romanorum Pontificum indicem.

Viuebat sub Clemente VIII. Rom. Pont.

Ægidius Columna, patriâ Romanus, ex Priore Generali 6. Augustinianorum Archiepiscopus 75. Bituricensis, ac S. R. E. Cardinalis à Bonifacio VIII. destinatus. scripsit *in gratiam Bonifacij VIII. ob renunciationis Pontificatus S. Cœlestini V. controuersiam.*

De renunciatione Papæ lib. 1. incipit, *Non ei placebit vecordia sua.*

De excellentia summi Pontificis lib. 1. Extat MS. Veronæ in Bibliotheca Augustinianorum.

De gratiarum actione ad Bonifacium VIII. librum.

De Ecclesiastica potestate libros 3.

Quæstionem in vtramque partem, pro & contra Pontificiam potestatem, seu *litteram, siue Bullam Bonifacij Papæ ad Philippum Pulcrum Francorum scriptam.* Extat *tom. 2. Monarchiæ S. Romani Imperij*, Francofordiæ 1614. fol. edit. studio Melchioris Goldasti Auctoris prohibiti à *pag. 95. vsque ad* 107.

Obiit Auenione anno Christi 1316. die 22. Decembris sub Ioanne XXII. Papa. Corpus eius postea Parisios delatum & sepultum apud Augustinianos cum Epitaphio in Bibliotheca nostra Cardinalitia appositio, vbi nulla prorsus mentio de Cardinalatu.

Ægidius Diepenborrius, natione Brabantinus, Canonicus Regularis monasterij septem Fontium.

De incarceratione & liberatione D. Petri Apostoli lib. 1.

Quando vixerit hic auctor, nullibi reperio.

Ægidius, Raphaël & Ioannes Sadeler, fratres Antuerpienses Calcographi, vulgarunt, æríque inciderunt, *teste Francisco Svvertio.*

Symbola diuina & humana Romanorum Pontificum, Imperatorum,

torum, &c. ex Musæo *Octauiani de Strada C. R.* Pragæ anno 1600. fol.

Floruit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

Ægidius Richardus Gandauensis, Flander, Carmelita, S. Th. Doctor, ac totius Ordinis sui Procurator Generalis Romanus, edidit

De Romano Pontifice, in oratione habita Romæ ad Paulum III. Pont. Maximum & Eminentissimos Cardinales in Sacello Pontificio, ex Abrahamo Bzouio *in Pontifice Romano.*

Ægidius Viterbiensis, seu *de Viterbio*, ex Priore Generali 43. Augustinianorum, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Matthæi, post S. Marcelli, scripsit

De Romanis Pontificibus, in historia 20. sæculorum Romæ MS. in Bibliotheca Angelica Augustinianorum.

Obiit Romæ anno Christi 1532. die 12. Nouembris: sepultus est ad S. Augustinum, sub Clemente VII.

Æneas Syluius. Vide lib. 1. *v.* Pius II.

Agapeti Papæ vita in Menologio Græcorum MS. Romæ asseruato in insigni Bibliotheca Eminentissimi Principis Franciſci Cardinalis Barberini.

Agathonis Papæ vita, ex variis auctoribus collecta. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina, *ac in Menologio Græcorum ibidem MS. asseruato*, die 20. Februarij, vt habeo ex relatis eruditissimi D. Caroli Moroni huius Bibliothecæ Præfecti à chariſſimo D. meo Gabriele Nudæo è Roma Lugdunum ad me transmissis.

Agatius de Summa IC. Cathacensis, scripsit *Italicè*

Pij V. Romani Pontificis vitam.

Viuebat Romæ anno Domini 1632. sub S. D. N. Vrbano VIII.

S. Agobardus, Archiepiscopus 52. Lugdunensis, scripsit

De comparatione vtriusque regiminis Ecclesiastici & Politici, & in quibus Ecclesiæ dignitas præfulgeat Imperiorum maiestati, lib. 1. Extat *tom.* 9. Bibliothecæ Patrum, *tom.* 2. *Monarchiæ S. Romani Imperij, à pag.* 37. *vsque ad* 43. *& inter opera* Papyrij Massoni, quæ prohibita sunt in edicto 16. Decembris 1605. nisi corrigantur.

Obiit

Obiit in Santonibus anno Christi 840. 8. Idus Iunij sub Gregorio IV. Romano Pontifice.

Alanus Copus, Anglus, Sacerdos, Theologus, edidit

Aduersùs summi Pontificis oppugnatores, lib. 1. Antuerpiæ apud Christophorum Plantinum Typographum Regium 1573. in 4.

Claruit tempore Pontificatus Gregorij XIII. Pont. Max.

Albericus Monachus Cassinensis, ac S.R.E. Diaconus Cardinalis à Stephano IX. creatus, scripsit

De electione Romani Pontificis lib. 1.

Albertus Crantzius, natione Germanus, edidit

De Romanis Pontificibus, & præsertim *de Victore II. Papa*, aliàs *Episcopo Aistetensi*.

Vixit anno Christi 1504. sub Iulio II. Pont. Max.

Albertus Monachus, scripsisse compertum habeo *ex Apparatu sacro* Antonij Possevini v. A.

Romanorum Pontificum vitas. Citatur *à Cuspiniano*.

Quando vixerit, incertum est auctoribus & mihi.

Albertus Pighius, natione Belga, patriâ Campensis, Theologus, edidit

Apologiam indicti à Paulo III. Concilij. 1538.

De Romano Pontifice lib. 3. 4. *&* 5. *Ecclesiasticæ Hierarchiæ*. Coloniæ anno 1572. in fol.

Epistolam ad Leonem X. Papam, Parisiis 1520.

Obiit Vltraiecti anno Domini 1543. 4. Kal. Ianuarij, sepultus est in Ecclesia S. Ioannis Baptistæ cum Epitaphio à *Ioanne Latino* conscripto, sub Pontificatu Pauli III.

Albertus Pius Carporum Comes, Italus, scripsit inter alia

De Primatu S. Petri lib. 1.

Floruit anno gratiæ 1530. sub Clemente VII. summo Pontifice.

Albertus Præsul Vesprimensis & Ioannes Thurz, Matthiæ Hungarorum & Boëmorum Regis Oratores, scripserunt

Orationem habitam Romæ ad Sixtum IV. Romanorum Pontificem, nomine Matthiæ Regis.

Albertus Suiecickius, Polonus, edidit

In Columnam à Paulo V. Pont. Max. è veteri Pacis templo in

Exquilinum translatam, Carmina Latina. Extant apud Bzouium *in Pontifice Romano.*

Viuebat Romæ tempore Pontificatus Pauli V. Papæ.

Alcuinus, seu *Albinus Flaccus*, Anglus, Monachus Benedictinus, Abbas S. Martini Turonensis in Gallia, ac Caroli Magni Præceptor, inter eius opera reperitur

De laudibus Leonis III. Rom. Pont. Poëma. Extat apud Andream Ducheſnium poſt dicti Leonis vitam.

Obiit anno Chriſti 803. ſub præfato Leone: ſepultus apud S. Paulum de Cormariaco, à Carolo Magno Imperatore, anno 782. erectum.

Aldus Manutius Pauli filius, edidit

Orationem habitam in Academia Bononienſi ad Sixtum V. Pont. Max. anno 1585.

Alexander, Anglus, Abbas S. Auguſtini Cantuarienſis, ſcripſit

De ceſſatione Papali lib. 2. prohibetur.

De poteſtate Vicaria lib. 1.

Vixit anno Domini 1217. ſub Honorio III. Pontifice Maximo.

Alexander Bolognetus, Orator Bononienſium, ad Romanum Pontificem ſcripſit

Orationem habitam Romæ ad Paulum V. Papam, nomine Bononienſium.

Alexander Burgius, Italus, Epiſcopus Burgi S. Sepulchri, ſcripſit

Orationem, quam habuit Romæ in Vaticano ad Eminentiſſimos Cardinales, poſt funera Leonis XI. de ſubrogando Pontifice die 8. Maij 1605.

Claruit ſub Paulo V. Pontifice Maximo.

Alexander Campegius, ciuis, & Archiepiſcopus Bononienſis, tandem S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Luciæ in Silice, ſcripſit

De auctoritate Romani Pontificis lib. 1.

Obiit Romæ anno Chriſti 1554. 12. Kal. Octobris, ſub Iulio III. Iacet in Eccleſia S. Mariæ trans Tiberim.

Alexander Carrerius, Patauinus, Iuriſconſultus, ſcripſit

De

De potestate Romani Pontificis aduersùs impios Politicos. Patauij anno 1599. apud Franciscum Bolzettam, & Coloniæ 1601. 8. Prohibetur in Edicto 7. Augusti 1603. Donec corrigatur.

Floruit sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

Alexander Cochrane, natione Scotus, Theologus, scripsit

Pro vero Papa lib. 1.

Vixit sub Eugenio IV. Summo Pontifice.

Alexander à S. Elpidio, natione Vmber, ex Priore Generali 11. Augustinianorum Archiepiscopus Rauennas à Ioanne XXII. Papa designatus, scripsit *ad dictum Ioannem XXII.*

De potestate Ecclesiastica lib. 1. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij Emanuelis *vol. 1. n. 10.*

De auctoritate Romani Pontificis lib. 1. Lugduni anno 1498. apud Claudium Giboletum. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Vaticana, & in Angelica Augustinianorum.

Claruit anno Christi 1330. sub Ioanne XXII. Papa.

Alexander Leonardi, Italus, edidit *ad S. Carolum Borromæum Cardinalem*, instante Petro Antonio Alciato,

Orationem de laudibus Pij IV. Romani Pontificis. Patauij anno 1565. 4. Latinè & Italicè.

Alexander Lysca Iurisconsultus Veronensis, scripsit

Epistolam de Romanæ Curiæ rapacitate, perfidia, & tyrannide, contra Cardinalem Baronium. Extat *tom. 3. Monarchiæ prohibitæ* Melchioris Goldasti Hæretici, *à pag. 391. vsque ad 396.*

Vixit sub Pontificatu S.D. Papæ Pauli V.

Alexander Raynaldus, Italus, I.V. Doctor, ac Bibliothecæ Vaticanæ Custos, edidit

De Syluestro II. Romano Pontifice,

Triumphum sanctissimi Vrbani VIII. ad Lateranum equitantis.

Paræneticon ad Leonem Allatium, quo eum hortatur ad vlteriorem defensionem Romanæ Apostolicæ Sedis super impostura Ioannæ Papissæ.

De Romani Pontificis temporali potestate à B. Petro vsque ad Paulum V. cui librum obtulit.

Viuebat Romæ ann. salutis 1632. sub S.D.N. Vrbano VIII.

Alexander Turrianus, vel *A Turre*, Italus, patriâ Cremensis, ex Canonico Regulari Lateranensi Episcopus Sithiensis, edidit

De Romano Pontifice, in sua Hierarchia Ecclesiastica libris 10. *distincta.* Venetiis 1604. ex Officina Societatis edita.

Claruit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

Alexander Villadeus, vel *De Villa Dei*, natione Armoricus, patriâ Dolensis, Franciscanus, Doctor Sorbonicus, scripsit *Leoninis hexametris versibus*

Acta S. Petri Apostoli, in suis Apostolorum Actis.

Claruit anno Christi 1240. sub Gregorio IX. Romano Pontifice.

Alexander Vindocinensis Princeps, Henrici IV. Galliarum & Nauarræ Regis filius naturalis, & Ludouici XIII. Regis Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ anno 1615. *ad Paulum V. Pont. Max. nomine Ludouici XIII.* ex Abrahamo Bzouio *in Pontifice Romano.*

Obiit sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Alfredus Anglorum Rex, scripsit

De S. Gregorij Magni laudibus, in fine versionis Dialogorum.

Obiit circa annum Domini 900. sub Stephano VII. Papa.

Aloysius Iuglaris, Niciensis, S.I. Theologus, & Poëta, edidit

Elogium, Petrum respiciens salutares soluit in lachrymas. Extat inter Elogia, 52. *pag.* 112. 113. & 114. Lugduni apud Iacobum du Creux 1642. edita Latinè in 4.

Viuit hoc anno 1642. sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Aloysius Lipomanus, natione Italus, patriâ Veronensis, Ordinis Carthusianorum, Episcopus Veronensis, edidit

Vitas quorundam Sanctorum Romanorum Pontificum, in vitis Sanctorum, Venetiis 1556. editis, & *tomis* 8. *distinctis.*

Vixit anno à natiuitate Christi 1560. Obiit Veronæ, ibidémque sepultus in Ecclesia Cathedrali, cum inscriptione sepulchrali.

Aloysius Nouarinus, Italus, Veronensis, Clericus Regularis, S.Th. Professor, edidit

De S Petro Apostolo, in Adagiis Sanctorum Patrum, Lugduni fol. apud Laurentium Durand editis.

Viuit Veronæ anno Christi 1642. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Alphonsus Aluarez Guerricus, Hispanus, Consiliarius Regius, edidit

Speculum Sacrorum ac Summorum Pontificum, Imperatorum, &c. Venetiis 1559. Coloniæ 1581. & 1586. in 8. apud Petrum Horst. *Latinè*.

Floruit sub Paulo IV. Pontifice Maximo.

Alphonsus Ciaconius, natione Hispanus, patriâ Biacensis, Ordinis Prædicatorum, Pœnitentiarius Apostolicus, edidit

Vitas & res gestas Pontificum Romanorum, & S. R. E. Cardinalium, ab initio nascentis Ecclesiæ, vsque ad Clementem VIII. cum eorundem insignibus. Romæ 1601. fol. apud Stephanum Paulinum, & 1602. apud Franciscum de Franciscis, cum continuatione *Francisci Cabreræ Morales*, sed auctiores prodierunt ibidem typis Vaticanis 1630. fol. *tom.* 2. studio *Andreæ Victorelli* Bassanensis D. Th. & *Ferdinandi Vghelli* Abbatis Ord. Cistercienſis Theologi.

Apologiam pro historia Traiani, quem precibus S. Gregorij Magni Papæ ex inferno aiunt quidam in cœlum ascendisse; quam tamen Apologiam, vti & historiam, validis refutat argumentis Cardinalis Bellarminus *tom.* 1. *controuersia* 6. *lib.* 2. de purgatorio *cap.* 8. Porrò & Melchior Canus Dominicanus *lib.* 11. *de Sanctis, cap.* 2. antea eandem improbauerat historiam, vt confictam.

Pro Cardinalatu S. Hieronymi Ecclesiæ Doctoris librum.

Floruit Romæ anno Verbi Incarnati 1601. sub Clemente VIII.

Alphonsus de Castro, Hispanus, patriâ Zamorensis, Ordinis Minorum, Theologus, edidit

De Romano Pontifice lib. 12. contra hæreses.

Viuebat anno salutis 1550. sub Iulio III. Pont. Max.

Alphonsus Gonzales Mendoza, Hispanus, Augustinianus Theologus, scripsit

De Romani Pontificis auctoritate, in relectione de regno

&

& dominio Christi, Coloniæ Agrippinæ in Officina Birckmannica anno 603. edita, quæ antea excusa fuerat in Hispania.

Alphonsus Salmeron, Hispanus, patriâ Toletanus, Societatis Iesu Presbyter & Theologus, edidit

Tractatum, in quo de vita, doctrina, & gestis B. Petri Apostolorum Principis, ac simul de mortis genere, quo Dominum glorificauit, ex Patrum sententijs, ac fide dignis Historicorum testimonijs disseritur. Extat *tom.* 12. *operum* præfati auctoris, *tract.* 60. *edit.* Colon. apud Antonium Hierat & Ioannem Gymnicum, sub Monocerote anno 1614. *à pag.* 384. *vsque ad* 404.

Ex hac vita migrauit Neapoli anno à partu virgineo 1595. die 13. Februarij, ætatis suæ 70. sub Clemente VIII. Papa. Vixit annos 69. menses 5. & dies 5.

Alphonsus Tostatus, Hispanus, Episcopus Abulensis, & Magnus Regis Hispaniarum Cancellarius, scripsit

De potestate Papæ libellum.

Claruit anno gratiæ 1440. sub Eugenio IV. summo Pontifice.

Alphonsus Villegas, natione Hispanus, edidit *Hispanicè Sanctorum quorundam Romanorum Pontificum vitas*, in Flore Sanctorum. Venetiis 1592. apud Guerræos Typographos in folio.

Amalricus Augerius, Auxitanus, patriâ Biterrensis, scripsit *Romanorum Pontificum vitas.* Extant MSS. & à variis Auctoribus citantur, sed hactenus videre non potui.

De tempore, quo vixit, nihil certi habeo.

Amatus Monachus Cœnobij Cassinensis, ac deinceps Episcopus, scripsit *ad Gregorium VII. Papam.*

De gestis SS. Apostolorum Petri & Pauli, carmine lib. 4.

De laudibus Gregorij VII. librum.

Vixit anno Domini 1073. sub præfato Gregorio.

S. Ambrosius, Gallus, patriâ Arelatensis, Archiepiscopus 13. Mediolanensis, Ecclesiæ Doctor, scripsit inter alia,

De negatione S. Petri Apostoli sermonem.

Epistolas de potestate Imperiali & Episcopali. Habentur *lib.* 5. *Epist.*

Epist. & in Monarchia S. Romani Imperij, à Melchiore Goldasto *edita tom. 2. à pag. 1. die 19.*

Obiit Mediolani anno Christi 397. die 4. Aprilis nocte inter Sabbathum & Dominicam Paschatis, ætatis suæ 64. sub Pontificatu Siricij Papæ.

Ambrosius Spinola, Genuensis, eiusdemque Reipublicæ Orator Romanus, scripsit

Orationem habitam Romæ ad Pium IV. Papam, nomine Genuensium.

Ambrosius de Vignate, Orator ad Sedem Apostolicam, scripsit

Orationem Romæ habitam Salandi nomine ad Paulum II. Pont. Max. quæ cum Philelphi *Epistolis* fuit excusa.

Floruisse sub Paulo II. Papa satis constat.

Amedeus Pacificus, seu *de Eugenij IV. & Amedei Sabaudiæ Ducis Felicis V. Papæ nuncupati controuersijs.* Taurini 1624. in 4.

Ammonius, Alexandrinus, Græcus, scripsit

De Passione S. Petri, libro de passionibus Apostolorum Coloniæ Agrippinæ edito.

Claruit anno Incarnationis 230. sub S. Vrbano I. Papa.

Anastasius, Abbas Romanus, ac S. R. E. Bibliothecarius, seu Cancellarius, scripsit

Romanorum Pontificum vitas, à S. Damaso, vsque ad Stephanum VI. quæ omnes è Bibliotheca V. C. Marci VVelseri prodierunt in lucem Moguntiæ apud Albinum 1602. in 4. *curâ Ioannis Busæi S. I. Theologi.* Postea Parisiis 1620. apud Sebastianum Cramoisy, *studio Iacobi Sirmundi senioris, eiusdem Societatis Theologi, ac Confessarij Regij, hoc anno 1642. viuentis.*

Decessit Romæ sub Stephano VI. Pontifice Maximo.

Andreas Baianus, genere Lusiada, patriâ Goanus, Sacerdos, S. Th. Baccalaureus Conimbricensis, edidit

Elogium in coronationem Vrbani VIII. Romæ apud hæredem Zanneti 1623. & postmodum *in Collectaneis* Augustini Barbosæ I. C.

Poëma vnum ad Paulum V. ter Acrostichum initio, medio, & fine, tria contexens carmina. Romę apud Mascardum 1610. in fol.

Carmina in Columnam & Sacellum Paulinum. Leguntur *in Romano Pontifice* Bzouij.

Viuebat Romæ anno Christi 1632. sub Vrbano VIII. Pont. Max.

Andreas Barbatias, natione Siculus, Iurisconsultus, scripsit *ad Cardinalem Bessarionem*

De præstantia Cardinalium Tractatum. Extat *inter tractatus iuris.*

De Cardinali Legato à latere alterum. Extat *inter tractatus iuris Venetijs editos, tom.* 13. *part.* 2. *fol.* 63. *&* 131.

Floruit sub Leone X. Romano Pontifice.

Andreas Bauria, Monachus, scripsisse comperio apud Antonium Possevinum *in Appendice in* 1. *tomum Apparatus sacri,*

De potestate Papæ librum.

Andreas Bilius, Mediolanensis, Augustinianus, Theologus, scripsit

Panischolaria ad Alphonsum Arragoniæ Regem aduersùs schisma Benedicti XIII. Pseudopontificis, aliàs Petri de Luna lib. incipit, *Nullo pacto adduci possum*, &c.

Obiit Senis in Hetruria. Vixit anno Christi 1430. sub Martino V. Pontifice Maximo.

Andreas Blancus, Lygur, patriâ Genuensis, S. I. Presbyter, edidit

De S. Damaso I. Romano Pontifice poëma. Legitur inter eius poëmata edita.

Claruit sub Paulo V. summo Pontifice.

Andreas Duchesnius, Dionysio Saluagnio *Chesneus*, aliis *Quercetanus*, vulgò *du Chesne*, Gallus, patriâ Turonensis, Historiographus Regius, edidit Gallicè *ad Simonem Marquemontium Archiepiscopum* 113. *Lugdunensem, postea S. R. E. Cardinalem.*

Romanorum Pontificum vitas, à S. Petro, vsque ad Paulum V. duobus tomis in 4. *editas*, Parisiis 1616. Reperio *in Indice Romano*, Historiam Paparum à S. Petro vsque ad Paulum V. in duos tomos diuisam, & *Gallicè* conscriptam, esse prohibitam in Decreto 3. Iulij 1623. sed an sit ista Duchesnij, nihil hactenus certi habeo. Expectatur noua editio à D. Duchesnio Aduocato Magni consilij, Andreæ filio.

Historiam

Historiam Cardinalium Gallorum affectam & effectam reliquit, quæ auidissimo ab omnibus expectatur. Extat apud charissimum filium.

Epistolas varias Romanorum Pontificum hactenus ineditas, penes se MSS. habebat, & prælo tradere optabat. Extant apud eundem.

Interiit anno Domini 1640. sepultus Parisiis, sub Vrbano VIII. Papa.

Andreas Du-Valius, vulgò *Du Val*, Gallus, Academiæ Sorbonicæ Decanus, & Professor Regius, edidit

S. Cœlestini V. Romani Pontificis vitam. Legitur *Gallicè in Flore Sanctorum*, Petri Ribadeneiræ S.I. Parisiis & Lugd. fol. edit.

De potestate Papæ librum Parisiis in 8. editum, *& in summa Theologica.*

Obiit Parisiis anno Incarnationis Dominicæ 1638. die 9. Septembris ex nota Cl.V. D. *Chartonis*, Maioris Pœnitentiarij Parisiensis, *huius Bibliothecæ* Approbatoris iussu Illustriss. D. Petri Seguierij Magni Cancellarij Galliarum, sub Vrbano VIII. Rom. Pont.

Andreas Eudæmon Ioannis, natione Græcus, patriâ Cidonius, S. I. Presbyter & Theologus, edidit *aduersùs Roberti Abbatis Oxoniensis*

De Antichristo Sophismata disputationis, lib. 3. Monachij anno 1609. in 4. apud Georgium VVillerum.

Floruit sub Paulo V. Romano Pontifice.

Andreas Hoyus, natione Belga, patriâ Brugensis, Academiæ Duacensis Professor, scripsit

Apologiam pro S. Gregorio Magno, aduersùs Q. Septimum Florentem Christianum, super Phoca Imperatore.

Romanorum Pontificum vitas, versu Heroico.

Viuebat anno Incarnationis 1625. sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Andreas Iacobatius, edidit

Adriano VI. Pontifici Maximo Reipublicæ Christianæ congratulationem & desiderium. Prodiit in 4.

Andreas S. Michaëlis Bambergæ Abbas Ordinis S. Benedicti, natione Germanus, scripsit

Magnum opus Canonizatorum ex Ordine S. Benedicti Pontificum, Archiepiscoporum, &c. *cum singulorum rebus gestis.*

Claruit anno Domini 1483. sub Sixto IV. Pont. Max.

Andreas Saussayus, du Saussay, Parisinus, Doctor Sorbonicus, S.R.E. Protonotarius, Concionator Regius, necnon SS. Lupi, & Ægidij in Vrbe Pastor, edidit

Elogia Gregorij X. 10. *Ianuarij, Benedicti XII.* 26. *Aprilis, Vrbani V.* 19. *Decembris, Clementis I.* 23. *Nouembris, Gelasij II.* 29. *Ian. Vrbani II.* 29. *Iulij, Marcelli I.* 16. *Ian. Cornelij*, 4. *Martij, &* 14. *Septembr. Alexandri III.* 27. *Augusti, Vrbani IV.* 4. *Octobr. Leonis I.* 11. *Aprilis*, in Supplemento *Calixti I.* 14. *Octobr. Marcellini* 26. *Aprilis, Gregorij VII.* 25. *Maij, Leonis IX.* 19. *Maij, & Lini* 23. *Septembris.* Hæc *in suo Martyrologio Gallicano*, Parisiis 1637. fol. *edito.*

Viuit Parisiis hoc anno 1642, sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Andreas Turellus, vulgò *Tourel*, vel *Toureau*, natione Burgundus, patriâ Diuionensis, Iurisconsultus, in Academia Pontificia Bononiensi linguarum Græcarum Professor publicus, edidit *ad Senatum Bononiensem*

Heroëm diuinitatis, seu *de rebus gestis in sacro principatu Vrbani VIII. Panegyricum*, in quo continentur Elogia prædicti *Vrbani, & Cardinalium* ab ipso creatorum. Bononiæ 1639. fol. Latinè.

Viuit hoc anno 1642. Bononiæ in Italia sub Vrbano VIII. Papa.

Andreas Victorellus, Italus, patriâ Bassanensis, Presbyter, & Theologus, edidit

Ad vitas Pontificum & Cardinalium Alphonsi Ciaconij Additamenta. Item

Vitas Summorum Pontificum Leonis XI. Clementis VIII. Pauli V. Gregorij XV. & Vrbani VIII. & multorum Cardinalium. Leguntur in vltima editione Ciaconiana.

Obseruationes ad nonnullas Romanorum Pontificum vitas.

Vitas, seu *Elogia historica nonnullorum Cardinalium sacræ Rom. Eccles.*

Exemplorum Cardinalium virtutes exprimentium, librum.

Bonifa

Bonifacium VIII. Pontificem Maximum ex bonæ notæ ſcriptoribus defenſum.

Cardinalium exercitibus præfectorum defenſionem.

De Sacello Exquilino à Paulo V. Pont. Rom. extructo lib. 1.

Viuit Romæ anno 1642. ſub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Androinus de Rocca, vel *de Rupe*, vulgò *de la Roche*, natione Burgundus, profeſſione Benedictinus, S. Theolog. Doctor, Abbas S. Sequani, deinde 34. Cluniacenſis, tandem S.R.E. Presbyter Cardinalis, tit. S. Marcelli, ac Ordinis Seruorum S. Mariæ Protector, ſcripſit

Relationem de ſtatu rerum Sedis Apoſtolicæ in Italia à die 13. *Aprilis vſque ad* 23. *Auguſti anni* 1357. *ab Androino Abbate Cluniacenſi ad Innocentium VI.* Extat MS. apud Cl. V. Ioſephum Mariam Suarezium Epiſcopum Vaſionenſem.

Obiit Viterbij peſte tactus 4. Kal. Nouembris 1369. ibique in Eccleſiâ, & habitu Seruorum ſepultus, poſtea tamen Cluniacum corpus reportatum, iuxta Sacellum S. Dionyſij repoſitum eſt.

Angelus Acciaiuolus, ciuis & Epiſcopus Florentinus, deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. Laurentij in Damaſo, pòſt Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus, Collegij Decanus, & S.R.E. Cancellarius, ſcripſit

Apologeticum librum de Vrbani VI. electione, in quo non tam diſſerendo diſputatur, vtrùm Clemens VIII. Pſeudopontifex potuerit extraordinariâ ſuffragatione legi, quàm ea exquiritur viâ quæ naſcentium malorum eſſe extinctura facem.

Obiit Piſis pridie Idus Iunij die Iouis, hora inter 14. & 15. ann. 1407. Pontificatus Gregorij XII. ſecundo, ſepultus primò in Cathedrali Piſana, deinde corpus Florentiam delatum in Carthuſiana Eccleſia, ab Acciaiola familia fundata ſepulturam accepit; cuius Epitaphium ibidem legi, & *in noſtra Bibliotheca Cardinalitia parata*, appoſui.

Angelus Anachoreta, ſeu Monachus Ordinis Vallis-vmbroſæ, Theologus, ſcripſit

Orationem, quam habuit ad Iulium II. Papam anno 1512. *pro Concilio Lateranenſi, contra conuenticulum Piſanum.*

Angelus Bargæus, Italus, ſcripſit

Commentarium de Obeliscis Romæ à Sixto V. Pontifice Maximo erectis.

Angelus Fundius, natione Italus, scripsit

Orationem ad Iulium II. Pontificem Maximum Senatus Senensis nomine habitam. Lipsiæ 1504. apud Iacobum Tanier.

Angelus Manrique, natione Hispanus, patriâ Burgensis, Doctor ac Professor Salmanticensis, Concionator Regius, ac Cisterciensis familiæ in alma Hispaniarum Obseruantia Generalis, edidit

De rebus gestis Eugenij III. & Alexandri III. Romanorum Pontificum, tom. 1. & 2. Annalium Cistercienſium. Lugduni 1642. apud hæredes Gabrielis Boissat & Laurentium Anisson fol.

Viuit in Hispania hoc anno 1642. sub Vrbano VIII. Pont. Max.

Angelus Politianus, Nobilis Italus, scripsit

De potestate Papæ orationem.

De laudibus Innocentij VIII. Rom. Pont. in Epistola ad Ioannem Petrum Vrbinatem Episcopum.

Orationem pro Senensibus habitam Romæ ad Alexandrum VI. Rom. Pont. dum apud eum pro eis fungebatur officio Oratoris.

Vixit sub Alexandro VI. Papa.

Angelus Rocca, Italus, patriâ Camerinus, Augustinianus, Doctor Theologus, ex Apostolici Sacrarij Præfecto Episcopus Tagastensis, scripsit opera varia *ad Historiam Pontificiam* pertinentia, quorum tituli sunt:

Bibliotheca Vaticana, quæ omnes Bibliothecas insigniores, tam antiquas, quàm recentes; Conciliorum item Generalium præcipua, & potiora, linguarúmque ferè omnium alphabetica, & in ea Commentarios: cunctáſque Sixti V. res gestas, dum varia in parietibus Bibliothecæ Vaticanæ per Pictores repræsentata declarantur; multóque tandem plura scitu digna comprehendit. Romæ anno 1591. typis Vaticanis.

Commentarius de sacrosancto Christi corpore, summis Pontificibus iter conficientibus præferendo; antiquissimi ritus causam & originem, variasque summorum Pontificum sacratissimam secum hostiam

hostiam in itinere deferentium, profectiones. Itinerarium autem Societatis sanctissimi Sacramenti, Clemente VIII. Pontifice Maximo Ferrariam proficiscente, eiusdemque Pontificis solemnem in eam ciuitatem ingressum, & ibidem res gestas, atque in Vrbem Romam reditum, nec non breuissimas ciuitatum, & oppidorum, per quæ transeundum erat, discriptiones complectens. Romæ anno 1599.

Commentarius de canonizatione Sanctorum, hoc est, *de diffinitione, auctoritate, & antiquitate, deque causis, & ordine iudiciario canonizandi Sanctos. De miraculis item, ac de rebus, quæ veram declarant sanctitatem, nec non de honoribus, qui Sanctis canonizatis, & nondum canonizatis debentur; déque infallibili Catholicæ Ecclesiæ certitudine, ad canonizationem pertinere, additis cæremonijs in ea obseruari consuetis, ac declaratis; Sanctorúmque omnium canonizatorum catalogo accedente*, &c. Romæ anno 1601. postea 1610. auctior.

Scholia in S. Gregorij Magni, eiusque parentum imagines ære incisas, & à Ioanne Diacono diligentissimè descriptas, atque in eorumdem vestimenta, & calceamenta, præsertim verò in Sandalia S. Gregorij, hoc est, in calceos Pontificios cruce insignitos, ad summi Pontificis pedes osculandos; nec non in Pallium Pontificium, ac denique in tabulam quadratam ad occiput eiusdem Sancti effictam. Hæc autem omnia à Ioanne Diacono ad amussim conscripta, scholijs explicantur ad pleniorem intelligentiam rerum antiquarum. Scholia quoque in Sacramentorum librum, nec non in tabulis Donariorum, hoc est, prædia, vel possessiones permultas Oliuetis refertas, Beatissimis Apostolis Petro & Paulo pro lampadibus eorundem Sanctorum accendendis, ab eodem Gregorio dicatas. Commentario addito de Ferraria à Clemente VIII. Pont. Max. Apostolicæ Sedi recuperata, quam olim Comitissa Mathilda Basilicæ S. Petri ex testamento pro Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli lampadibus accendendis donauit. Index denique in vitam eiusdem Sancti à Ioanne Diacono conscriptam. Quæ sanè omnia vno libro in folio sunt impressa Romæ anno 1595. deinde Parisiis *cum operibus S. Gregorij* anno 1605.

Oraculum Heroico versu Latino de auspicata salute, vrbi Venetæ diuinitus reddita tempore pestis, aduentante aurea rosa à summis

summis Pontificibus tempore quadrageſimali ſolemniter benedici conſueta, ad Venetos à Gregorio XIII. miſſa conſcriptum. Venetiis anno 1577.

Commentariolus de Nuce ad Innocentium IX. Stemma eiuſdem Gentilium myſticè repræſentante. Romæ anno 1591.

Commentarius de ſacra Romani Pontificis communione Miſſam ſolemniter celebrantis. Romæ anno 1610. In quo continentur ſequentia.

Cur ſummus Pontifex quando ſolemniter celebrat, ad altare conſecret, & ad ſolium communicet.

Cur in ſolemni communione ſummus Pontifex è ſiniſtro ſolij latere ſacratiſſimæ hoſtiæ allatæ ſibi partem; pretioſiſſimi verò ſanguinis partem è latere dextro ſibi porrecti aſſumat.

Cur ſacroſanctæ Euchariſtiæ medietas, hoc eſt, *Chriſti corporis & ſanguinis pars à ſummo Pontifice, altera eorumdem pars inter Diaconum Cardinalem, & Subdiaconum Apoſtolicum diſpertita in ſolemni communione ab ijſdem ſumantur.*

Cur ſummus denique Pontifex calamum in ſumendo Chriſti ſanguine adhibere ſoleat; nec non miniſtri, Cardinalis videlicet Diaconus, & Subdiaconus Apoſtolicus inter ſolemniter communicandum calamo eodem vtantur. Hæc ibi.

Commentarius de ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli prælatione, ſiue imaginibus eorumdem, vtra ſcilicet inter eas collocandas, aut pingendas præferenda ſit, cùm in antiquiſſimis præſertim muſiuis, & alijs in locis imago S. Pauli, ad S. Petri dextram collocata inueniatur.

Commentarius de Romani ac ſummi Pontificis nominibus ac muneribus, nec non de miniſterijs, vel obſequijs eidem preſtandis.

Commentarius de ſummi ac Romani Pontificis poteſtate ſpirituali, ac temporali iuxta Conciliorum Generalium, nec non ſanctorum Patrum, & veterum ac recentiorum Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſtarum doctrinas, ac ſententias, atque item iuxta hiſtorica exempla, præuijs Scripturæ ſacræ locis; donatione inſuper Conſtantini Magni, tam ſanctorum Patrum, & inſignium Doctorum, quàm infenſiſſimorum Eccleſiæ ſanctæ hoſtium, cæterorúmque ſcriptorum monimentis vndequaque comprobata; additis

denique

denique cunctis Ecclesiæ patrimonijs, tam ad Orientalem, quàm Occidentalem plagam locatis.

Vixit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

Anglicani Romani Collegij Commentarius *de persecutione Anglicana*, anno 1582. in Vrbe editus, & iam denuò Ingolstadij recusus, *additis lectionibus Gregorij XIII. Rom. Pont. hortatorijs ad subueniendum Angliæ*, ex Officina VVeissenhorniana apud VVolfgangun Ederum anno 1582. in 12.

Annibaldus Ceccanus, vel *de Ceccano*, [Aquinatis diœcesis, Hernicus, Campanus, ex Archiepiscopo Neapolitano S. R. E. Episcopus Cardinalis Tusculanus à Ioanne XXII. creatus, scripsit

Vitas Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Heroico versu.

Obiit mense Iulio ann. 1350. in Campaniæ oppido sancti Maximi in legatione Neapolitana, corpus Romam delatum in Basilica S. Petri sepultum est.

Annibaldus Crancius, Philosophus & Capitaneus Dalmata, scripsit

Sententiam super quæstione, an iniurias à Paulo V. Papa Venetæ Reipublicæ illatas, liceat bello & armis propulsare. Extat *tom. 3. Monarchiæ*, Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag. 557. ad 565.*

Anonymi varij scripserunt

De potestate Papæ opera, quæ extant MSS. Cantabrigiæ in Bibliotheca publica *vol. 140. num. 3.* In illa S. Benedicti *vol. 85. num. 21.* In illa Collegij Emanuelis *vol. 1. num. 9. & 21.* Rursus in illa S. Benedicti *vol. 230. & 345. num. 1.*

Anonymus, scripsit

Adriani IV. Romani Pontificis vitam MS. in Vaticano.

Anonymus, scripsit

Alexandri III. Papæ vitam. Extat MS. in Vaticano.

Anonymus alter, scripsit

Alexandri Papæ historiæ Fragmentum cum figuris antiquis. Extat MS. Patauij in Museo Illustriss. D. Dominici Molani Senatoris Veneti, *ex Bibliothecis Patauinis manuscriptis*, Cl. V. Iacobi Philippi Tomassini, nunc Episcopi Ciuitatis Nouæ *pagin. 87.*

Anonymus Auctor, Germanus ni fallor, edidit

De ætatibus Ecclesiæ, contra Primatum & superioritatem Papæ Romani, tractatum. Incipit, *Cogitanti mihi, & cum animo meo*, &c. Extat *tom.* 1. *Monarchiæ*, Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 25. *vsque ad* 30.

Viuit anno Christi 1350. sub Clemente VI. Pont. Max.

Anonymus, scripsit

Chronicon Romanorum Pontificum & Imperatorum, &c. *ac de septem ætatibus mundi.* Prodiit Romæ anno 1476. in 4.

Anonymus, scripsit

Chronicon Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Benedictum IV. qui factus est Papa anno Domini 905. incipit, *De vtraque dignitate*, &c. Extat MS. Patauij in Bibliotheca Diuæ Mariæ Prataleæ *num.* 20. *ex Bibliothecis Patauinis* Iacobi Philippi Tomassini.

Anonymus, scripsit

De S. Cœlestini V. Papæ conuersatione librum, quem possidet Cl. V. Gabriel Naudæus, MS.

Anonymus Italus, scripsit

De commissionibus & facultatibus à Iulio III. Papa datis M. Paulo Odescalco librum. Prohibetur in Indice Romano.

Anonymus, scripsit

Eugenij III. Romani Pontificis vitam. Extat MS. in Vaticano.

Anonymus Anglus, scripsit

De differentia vera Regiæ potestatis & Ecclesiasticæ, & quæ sit ipsa veritas ac virtus vtriusque, opus eximium. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ S. Romani Imperij*, Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 22. *vsque ad* 45. Prohibetur in Indice Romano.

Anonymus Gallus, scripsit

Commentationem ad Bellarmini librum, de temporali potestate Papæ. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ*, Melchioris Goldasti Caluinistæ, auctoris damnati *à pag.* 836. *vsque ad* 847. incip. *Libertatem, rem inæstimabilem*, &c.

Anonymus Gallus, edidit

De Ecclesiastica & Politica libertate, librum 1. Parisiis anno 1611. Prohibetur *in Decreto* Romæ 1613. & die 2. Decembris 1622.

Anonymus

Anonymus Anglus, edidit

Quæstionem in Thomam VVatsonum Episcopum Lincolniensem, aliosque nonnullos Anglos, super articulis quibusdam de Bulla Papali, quæ contra Reginam Elizabetham recèns exierat. Extat *tom. 3. Monarchiæ prohibitæ*, Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag. 60. vsque ad 68.*

Anonymus Gallus, sub nomine Doctoris Sarbonici, scripsit

Iudicium cuiusdam boni Sorbonistæ, non addicti Ligæ, super Monitoris Papæ contra Regem Christianissimum. Extat *tom. 3. Monarchiæ S. Romani Imperij*, Melchioris Goldasti Caluinistæ, *à pag. mihi 127. vsque ad 131.* incipit, *Monitorium Papæ factum Henrico III. Regi Christianissimo*, &c.

Claruit anno Christi 1588.

Anonymus, scripsit

S. Gelasij I. Romani Pontificis vitam. Extat Romæ in Bibliotheca Baroniana, vt ipsemet Baronius testatur *in Notis ad Martyrologium Romanum die 21. Nouembris, S. Gelasij.*

Anonymus, scripsit

Innocentij III. Pont. Max. vitam. Extat Romæ in Bibliotheca Baroniana, vbi vidi anno 1640. beneficio R. P. Oderici Raynaldi Theologi, & Annalium Baronianorum continuatoris exitnij, & Tolosæ in illa Fuxiensi, quæ edita est *ante Registrum dicti Innocentij*, studio eruditissimi Francisci Bosqueti I.C. Narbonensis.

Anonymus, scripsit

Lucij II. Romani Pontificis vitam. Extat MS. in Vaticano.

Anonymus, scripsit

Pij II. Romani Pontificis vitam. Legitur ante operum editionem Basiliensem ann. 1575.

Anonymus, edidit

Pontificij Oratoris legationem in conuentu Noribergensi. Prohibetur in Indice Romano.

Anonymus Græcus, scripsit

Disceptationem cum Cardinalibus Romanis, de Primatu Petri. Extat *tom. 1. Monarchiæ S. Romani Imperij*, quæ prohibetur *in Indice Romano, pag. 242.*

Anonymus Hispanus, edidit

De Pontifice Romano & eius auctoritate, lib. Prohibetur *ex Decreto* 12. Decembris 1624.

Anonymus, sub nomine Theologorum Venetorum, edidit

De interdicto Pauli V. Papæ contra Rempublicam Venetam, tractatum, incip. *Requirit sanè, quo*, &c. Paulus Venetus Seruita est huius libri Auctor. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ*, Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 325. *vsque ad* 340.

Anonymus, Theologus, scripsit

Responsionem ad litteras quasdam à reuerendo quodam eius amico ipsi scriptas, super censuris, seu excommunicatione Pauli V. Pontificis Romani publicatis, contra Sereniss. Remp. Venetam, &c. incipit, *Litteras tuas, Reuerende Domine, legi*, &c. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Auctoris damnati *à pag.* 368. *ad* 374.

Floruit anno Christi 1606. sub Paulo V. Romano Pontifice.

Anonymus, edidit

Simplicem narrationem indicantem & exponentem, meretriculam quandam Anglam nunquam Papam fuisse, neque vnquam in rerum natura extitisse, & vnde figmentum illud originem duxisse creditur. Prodiit anno 1588. in 4.

Anonymus, Italus, scripsit suo vulgari idiomate opus sic prænotatum:

Varie Imprese de Sisto V. hoc est, *Sixti V. designationes.* Extat MS. Patauij *cum miniaturis in* 4. *memb* in Museo Flaui Quærengi Comitis de Poiago, Canonici Patauij, *ex Bibliothecis Patauinis Manuscriptis* Cl. D. mei Iacobi Philippi Tomasini Episcopi Ciuitatis Nouæ in Istria, cuius liberalitate Patauij anno 1640. eas accepimus.

Anonymi varij Auctores, scripserunt

De Romanis Pontificibus MS. in Vaticano.

S. Anselmus, natione Burgundus, vel Italus, Augustæ Prætoriæ ad fauces geminarum Alpium natus, Benedictinus, Abbas Beccensis in Neustria, deinde Archiepiscopus 34. Cantuariensis in Anglia, scripsit

De laudibus S. Petri Apostoli, in suis colloquijs cælestibus, quæ prodierunt Lugduni anno 1630. fol. ex Officina Laurentij

tij Durand *cum alijs eius operibus*; studio Theophili Raynaudi S. I. Sabaudi, Theologi eximij.

Obiit anno Christi 1109. die 21. Aprilis sub Paschali II. Rom. Pont.

S. Anselmus, Mantuanus, Lucensis Episcopus, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis ab Alexandro II. creatus, scripsit

Libros duos ex Patrum sententijs, pro Gregorij VII. Decreto & rebus gestis contra Henricum Imperatorem, & contra Guibertum Antipapam. Qui leguntur apud Henricum Canisium *tom. 6. antiquæ lectionis.*

Decessit Mantuæ anno Domini 1086. die 18. Martij sub Gregorio VII. Eius corpus integrum & incorruptum vsque in hunc diem asseruatur magna cum admiratione & deuotione in D. Petri Ecclesia Cathedrali.

Anselmus Episcopus Marsicanus, scripsit

Vaticinia super statu summorum Pontificum Romanæ Ecclesiæ explanata, & Coloniæ 1570. edita, studio Pauli Scalichij.

Anselmus Remensis, Gallus, Monachus Benedictinus, scripsit

Itinerarium S. Leonis IX. Romani Pontificis ex Vrbe in Germaniam & Gallias.

Claruit anno à partu virgineo 1050. sub prædicto Leone IX.

S. Antoninus ciuis & Archiepiscopus Florentinus, Ordinis Prædicatorum, scripsit

De Romanis Pontificibus in Chronico. Item

De Romano Pontifice 3. part. tit. 22. summæ Theologiæ.

Obiit anno Domini 1452. die 2. Maij sub Pio II. Papa. Iacet Florentiæ apud Dominicanos in sacello marmoreo eius nomini dicato.

Antonius Artusinus, Forolouiensis, I. V. Doctor, edidit

Orationem, habitam in publico Consistorio ad S. D. Vrbanum VIII. Pont. Opt. Max. 16. Kalend. Maij 1624. dum Illustrissimi Heluetiorum Legati nomine vniuersæ Heluetiorum Catholicorum Reipublicæ debitum eidem Pontifici obsequium redderent. Romæ typis Iacobi Mascardi anno 1624. in 4.

Antonius Auberius, Aubery, patriâ Parisinus, edidit *Gallico idiomate*

Historiam Generalem Cardinalium, duobus tomis distinctam, quorum prior est, *ab anno* 1049. *vsque ad annum* 1402. Parisiis apud Ioannem Iost 1642. in 4. Alter verò paratur.

Viuit Parisiis hoc anno 1642. sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Max.

Antonius Bostius, natione Italus, Iurisconsultus, edidit *Latinè*

Vrbani & Lucij Pontificum & Martyrum vitas, atque Paschalis I. litteras, de eorundem Sanctorum corporum inuentione, & in Vrbem translatione, quæ leguntur in historia passionis S. Cæciliæ ab ipso edita, Romæ apud Stephanum Paulinum anno 1600. in 4.

Claruit Romæ sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

Antonius Buccapadulus, scripsit

Orationem de translatione corporis Pij V. in Sacellum Sixtinum. Prodiit Romæ.

Floruit Romæ anno Christi 1586. sub Sixto V. Pontifice Romano.

Antonius Caracciolus, patriâ Neapolitanus, Clericus Regularis, Theologus, edidit

Pauli IV. Pontificis Maximi vitam. Coloniæ Vbiorum ex Officina Ioannis Kinkij 1612. in 4. Hic differt ab Antonio Caracciolo, Amalphitano, Abbate Victorino Parisiensi, & Episcopo 82. Trecensi, postea hæretico. De quo Posseuinus *in Apparatu sacro v. A.* Antonius Sanderus, Gandauensis *lib. 3. de Claris Antonijs*, Nicolaus Camusatus, Thesaurarius Ecclesiæ Trecensis *in Promptuario Antiquitatum Tricassinarum.* Claudius Robertus *in Catalogo Episcoporum Trecensium, n. 42.* & alij.

Vixit sub Paulo V. summo Pontifice.

Antonius Caraffa, Neapolitanus, S. R. E. Diaconus, postea Presbyter Cardinalis, ac Bibliothecarius, scripsit

Notas Apologeticas in relat. B. N. de Pauli IV. vita. Coloniæ Vbiorum apud Kinkium anno 1612. in 4. vnâ cum Carocciolo.

Obiit Romæ anno Christi 1591. sub Innocentio IX. Rom. Pont. sepultus est in æde S. Syluestri in Monte Quirinali.

Antonius Cicarella, Platinæ continuator, edidit

Romano

Romanorum Pontificum vitas, nempe à Pio V. vsque ad Clementem VIII. inclusiuè. Prodiit Coloniæ Agrippinæ 1600. postea alibi.

Antonius Cordubensis, Hispanus, Ordinis Minorum Theologus, edidit

De potestate Papæ q. 8.

Vixit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

Antonius Cornelius Lynnichanus, Theologus, edidit

Orationem, quâ ostendit cuiusmodi Principes, Pontifices, Sacerdotes & Pastores esse debent, habitam Coloniæ 1521. ibidem excusam 1535. *in Fasciculo* Ortuini Gratij.

Antonius Florebellus, Italus, patriâ Mutinensis, Theologus, edidit

De auctoritate Summi Pontificis Ecclesiæ capitis lib. 1. Prodiit in Italia. ex Antonio Sandero Gandauensi Presbytero *lib. 3. de Claris Antonijs.*

Vixit sub Paulo III. Pontifice Maximo.

Antonius à Fonte Maiori, Hispanus, edidit *Sermone Hispanico*

Pij V. Pontificis Maximi vitam.

Romanorum Pontificum historiam.

Antonius Franciscus Rainerius, patriâ Mediolanensis, edidit

De creatione Iulij III. Rom. Pont. librum. Romæ 1550. in 4.

Claruit sub prædicto Iulio Papa.

Antonius Galeacius Bentiuolus, Italus, Orator Senatus Bononiensis ad Sedem Apostolicam, edidit

Orationem obedientialem, quam habuit Romæ ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem, sub quo vixisse constat.

Antonius Gallonius, Romanus, Presbyter Congregationis Oratorij de Vrbe, scripsit *aduersùs Constantinum Bellotum Monachum Cassinensem.*

Apologeticum librum pro assertis in Annalibus Ecclesiasticis Baronianis de monachatu S. Gregorij Magni Papæ. Romæ ex Typographia Vaticana anno 1604. in 4.

Obiit Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1605.

Antonius Gentius, Belga, Monachus & Prior Monasterij Rubeæ-vallis Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, edidit

Quorum

Quorundam sanctorum Romanorum Pontificum vitæ, quæ leguntur *in sua Sanctorum historia tomis* 8. *distincta*, quâ Laurentius Surius Carthusianus Colonienſis vſus eſt.

Obiit anno Chriſti 1543. die 17. Iulij, ſub Paulo III. Romano Pontifice.

Antonius Geòrgius, natione Italus, patriâ Bononienſis, Archipresbyter S. Mariæ Rotundæ de Vrbe, edidit

S. Petri Apoſtolorum Principis vitam. Romæ apud Hæredes Antonij Bladij anno 1570. in 4.

Vixit ſub Iulio III. Summo Pontifice.

Antonius Giraldinus, Protonotarius Apoſtolicus, & Poëta Laureatus, edidit *Latino idiomate*

Orationem habitam Romæ anno 1486. *in obſequio canonicè exhibito per illuſtrem Comitem Tendillæ, & Protonotarium Metinenſem, & ipſum Geraldinum, nomine Ferdinandi Regis, & Elizabeth Reginæ Hiſpaniæ, Innocentio VIII. Pontif. Max.* Prodiit Romæ.

Vixit ſub prænominato Innocentio VIII. Pontifice Romano.

Antonius Motta Vlyſſiponenſis, Luſitanus, Regis Luſitaniæ Orator Romanus, ſcripſit

Orationem habitam Romæ ad Gregorium XIII. Papam.

Antonius Nigrinus, ſcripſiſſe comperio

Cæleſtini IV. Romani Pontificis Elogium.

Antonius Petri, ſcripſit

Alexandri V. Papæ Diarium. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Vaticana, & in illa Eminentiſſimi Franciſci Cardinalis Barberini.

Antonius Polus, patriâ Venetus, edidit

Lucidarium poteſtatis Papalis. Prohibetur *in Indice Romano.*

Antonius Poſſevinus, Mantuanus, Societatis IESV Theologus, edidit

De Romano Pontifice in ſcripto Magno Duci Moſcouiæ tradito. Ingolſtadij anno 1583. in 12

Gregorij XIII. Romani Pontificis Elogium. Legitur *in Apparatu ſacro.* Coloniæ, Venetiis, & Romæ edito.

Obiit Romæ ſub Paulo V. Summo Pontifice.

Antonius

Antonius Pratus, vel *à Prato*, vulgò *du Prat*, Aruernus, I.C. ex Aduocato Regio Tolosano, & Proto-præside Parisiensi Episcopus Albiensis & Meldensis 91. Archiepiscopus 98. Senonensis, deinde S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Anastasiæ, Franciæ Legatus ac Cancellarius, scripsit

Orationem, quam habuit Bononiæ ad Leonem X. Papam anno 1515. præsente Francisco I. Galliarum Rege Christianissimo.

Obiit in suo Castello de Nantouillet anno Domini 1535. die 9. Iulij, ætat. 68. sub Paulo III. Papa; eius corpus postea Senonas delatum & conditum in Ecclesia Metropolitana, Epitaphio Gallico.

Antonius Puccius, Clericus Apostolicus, habuit

Orationem in Concilio Lateranensi ad Leonem X. Pontificem Maximum 3. Nonas Maij 1515. *sess.* 10. ad Historiam Pontificiam pertinentem.

Antonius Quærengus, Patauinus Canonicus, Pontificius Referendarius, scripsit Hetrusco idiomate

Relationem de electione Pauli V. Papæ.

De qualitatibus Nuntiorum à Papa ad diuersos Principes destinatorum.

De Columna à Paulo V. Pont. Max. ex veteris Pacis templo in Exquilinum translata, carminæ.

Obiit sub S.D.N. Vrbano VIII. Pontifice Maximo.

Antonius Quirinus, Senator Venetus, edidit *ad Rempublicam Venetam*

Monitionem rationum Serenissimæ Reipublicæ Venetæ, circa difficultates inter eam & Paulum V. Pont. Max. ortas. Prohibetur *in Decreto* 20. Septembris 1606. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ*, Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 312. *ad* 324.

Antonius Rebbe, scripsit

De potestate Ecclesiæ & Romani Pontificis, lib. 1.

Antonius Rossellus, natione Tuscus, Patauij iuris vtriusque Professor, Consiliarius Cæsareus, scripsit

Tractatum de potestate Imperatoris ac Papæ & Concilij: & an apud Papam sit potestas vtriusque gladij, & de materia Conciliorum. Venetiis anno 1483. Prohibetur *in Indice Romano.*

Extat *tom.* 1. *Monarchiæ Goldastinæ pag.* 252. *ad* 564.

Claruit anno salutis 1467. sub Paulo II. Pontifice Maximo.

Antonius Ruffius, de Ruffy, Consiliarius Regius præfecturæ Massilienſis, edidit

Vrbani V. ſummi Pontificis elogium. Legitur *in hiſtoria Maſſilienſi*, hoc anno 1642. fol. Massiliæ *edita* Gallicè, *pag.* 350. 351. & 352.

Viuit Massiliæ sub S. D. N. Vrbano VIII. Pontifice ter Maximo.

Antonius Sanctorellus, Societatis Iesu Presbyter & Theologus, natione Italus, edidit ad Principem Mauritium Cardinalem à Sabaudia,

Tractatum de auctoritate Romani Pontificis in delictis hæreſis, ſchiſmatis, Apoſtaſiæ, &c. *puniendis.* Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneti 1625. in 4.

Viuebat Romæ anno Christi 1640. sub Vrbano VIII. Romano Pontifice.

Antonius Sanderus, Flander, Gandauensis, Presbyter, edidit *Latinè*

Elogia Cardinalium S. R. E. magis illuſtrium, nec non Hadriani IV. Ioannis XXIII. & Pij II. Romanorum Pontificum. Louanij apud Cornelium Cœnesteynium anno 1626. in 4.

Florebat Gandaui anno Domini 1629. sub Vrbano VIII. Papa.

Antonius Saxanus, vulgò *du Saix*, Sabaudus, Beneficiarius S. Antonij Burgensis apud Sebusianos, Abbas Cheseriaci, diœcesis Geneuensis, in Beugesio, ac Caroli Ducis Sabaudiæ Præceptor ac Eleemosynarius, edidit

Orationem ad Clementem VII. Papam, ſuper ipſius in Galliam aduentu, Lugduni apud Griphium 1534.

Claruit anno Domini 1559. sub Pio IV. Romano Pontifice.

Antonius Scappus, Italus, edidit

Tractatum de birreto rubeo S. R. E. Cardinalium dando, Romæ in 4.

Antonius Thomaſius, Collegij Romani Græcorum Alumnus, Monachus Ordinis S. Basilij, edidit

In

In Columnam & Sacellum Exquilinum Pauli V. Pont. Max. carmina Græca,& Latina, quæ leguntur apud Bzouium *in Pontifice Romano.*

Vixit Romæ sub Paulo V. Papa.

Antonius Tibaldeus, Ferrariensis Patricius, scripsit

In laudem Leonis X. Pontificis Maximi Epigramma.

Obiit Romæ anno post Christi natiuitatem 1537. sub Paulo III. Papa.

Antonius Tylesius, Consentinus, scripsit

De Clemente VII. Rom. Pont. ex Abrahamo Bzouio *in Pontifice Romano.*

Antonius Viperescus, Vicarius Basilicæ Lateranensis, scripsit

Orationem habitam ad Paulum V. dum claues Laterani ei præsentaret.

Orationem alteram eiusdem argumenti ad Leonem XI. Pont. Max. habitam.

Vixit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

Arator S.R.E. Subdiaconus Cardinalis, scripsit *Hexametro versu S. Petri Apostoli res gestas ex actibus Apostolorum S. Lucæ desumptas.* Extant *in sua historia Apostolica duobus libris distincta*, quæ legitur *tom.* 8. *Bibliothecæ Patrum*, Margarini Bignæi Cœnomanensis Decani, Doctoris Sorbonici.

Floruit sub S. Vigilio Romano Pontifice.

Archangelus Caraccia, de Ripalta Montis Ferrati, Italus, Ordinis Prædicatorum, S. Theologiæ Doctor, ac Professor, edidit *ex Apibus Vrbanis* Leonis Allatij

Pij V. summi Pontificis vitam. Papiæ, per Iacobum Ardizzonum 1615.

Breuem narrationem gestorum Pij V. ex processibus canonizationis extractam. Romæ typis Guilelmi Facciotti 1629.

De gestis Pij V. prægrande opus parabat Romæ 1632.

Floruit Romæ 1632. sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Archangelus Spina, natione Italus, Monachus Camaldulensis, edidit *Italico idiomate*

In laudem Pauli V. Papæ Tessaradecasticha. Leguntur *in suis Rhythmis spiritualibus*, *num.* 217. & 218. qui prodierunt Neapoli.

Ardicinus de la Porta, iunior, Nouariensis, Episcopus Alerien-sis, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. SS. Ioannis & Pauli, scripsit

Epistolam ad Innocentium VIII. cur à curia recesserit. Extat *tom.* 2. Ciaconij *pag.* 1301. *&* 1302.

Obiit Romæ anno Domini 1493. die 5. Februarij: sepultus in Basilica Principis Apostolorum.

Armandus Ioannes Plessæus Richelæus, vulgò *du Plessis de Richelieu*, Pictauus, Gallus, & immortalis Gallorum gloria, natus anno Christi 1585. Episcopus 26. Lucionensis, Mariæ Mediceæ Reginæ matris Eleemosynarius, ac Vniuersitatis Sorbonicæ Prouisor, deinde S. R. E. Cardinalis, non solùm nomine, sed etiam re, ingenio, zelo & virtute eminentissimus, Dux & Par Franciæ, Ludouici XIII. Regis Christianissimi Consiliarius fidelissimus, & auctoritatis regiæ Gallicanæ Restaurator illustrissimus, sed maximè Hæreticorum Extirpator inclytus, aduersùs quos, non solummodo armis, sed etiam scriptis pugnauit; nam edidit, Gallicè,

Defensionem Romani Pontificis, in libro *de præcipuis punctis fidei Catholicæ aduersùs 4. Ministros Charentonij defensis, cap.* 8. multoties Parisiis editis, præsertim anno 1629. in 4. typis Sebastiani Cramoisy *pag.* 157. *& seqq.* Prodiit etiam Latinè.

Obdormiuit in Domino Parisiis in Palatio Richelæo die 4. Decembris ann. 1642. ætatis 58. horâ meridianâ, sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. sepultus est in Ecclesia Sorbonæ, quam munificentissimis impensis omnino restaurauit, in sepulchro marmoreo: orante Illustrissimo & eloquentissimo D. D. de Lingendes, Episcopo Sarlatensi. De pio eius obitu lege *Epistolam* R. P. Seraphini à Iesu, Carmelitæ, & Procuratoris Syndici Prouinciæ Turoniæ testis oculati, necnon R. P. Leonis à S. Ioanne Prædicatoris Regij, socij, Excellentissimo D. D. Marchioni de Fontenay Marueil Oratori Christianissimæ Maiestatis Romano directam, & Parisiis anno 1642. in 8. apud Ioannem Guillemot, deinde Lugduni eodem anno in 4. apud Ioannem Amatum Candy, Gallicè editam.

Arnoldus Pontacus Vasco, Episcopus Vasatensis, scripsit

De Romanis Pontificibus, in Chronographia à Christo nato

vsque

vsque ad sua tempora, deducta, quam postea auctam suæ Gilbertus Genebrardus inseruit.

Obiit in Castro *des Ioubertes* die 4. Februarij anno gratiæ 1605. sub Clemente VIII. Pont. Max.

Arnoldus VVion, Belga, Duacensis, Benedictinus, scripsit

De Romanis Pontificibus & S.R.E. Cardinalibus Ordinis S. Benedicti, in suo Ligno vitæ, Venetiis 1593. in 4.

Claruit ann. Domini 1595. sub Clemente VIII. Rom. Pont.

Ascanius Columna, Romanus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, deinde Presbyter tit. S. Crucis in Hierusalem, tandem Episcopus Prænestinus, scripsit

Iudicium de ijs, quæ Cardinalis Baronius de Monarchia Siciliæ scripsit. Extat *tom. 3. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag. 616. ad 618.* incipit: *Obtulisti mihi, ex Hispania redeunti, Vndecimum*, &c.

Allocutionem, cùm Paulo V. Rom. Pont. claues Basilicæ Lateranensis ex more traderet. In Romano Pontifice Bzouij.

Obiit Romæ anno Verbi incarnati 1608. die 17. Maij, ætatis 49. sepultus in Basilica Lateranensi.

Ascanius Valentinus, natione Italus, edidit carmine

Sacellum Gregorianum in Maiore Æde D. Petri, quæ est Romæ ad Vaticanum ex ipso Sacelli opere augusto, quale à Gregorio XIII. Pont. Max. inter alia opera insignia extructum est. Prodiit Romæ, postea Ingolstadij in Bauaria apud VVolfgangum Ederum anno 1584. in 4.

Claruit sub Gregorio XIII. Summo Pontifice.

Astulphus Seruatius, scripsit

Diarium Concilij Tridentini sub Pio IV. Papa. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Eminentissimi Francisci Card. Barberini.

Attilius Marcellinus, edidit

Ad sepulchrum Principum Apostolorum pro Vrbano VIII. Romam vouentem, carmen. Romæ apud Ludouicum Grignanum anno 1630. in 4.

Floruit Romæ ann. Christi 1632. sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Aubertus Miræus, Belga, patriâ Bruxellensis, Decanus B. Mariæ Antuerp. Principũ Alberti & Isabellæ Bibliothecarius, edidit

Adriani VI. Romani Pontificis Elogium. Legitur inter *Elogia* illustrium Belgij scriptorum, quæ prodierunt Antuerpiæ anno 1609. typis Martinij.

Viuebat anno 1630. sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

S. Augustinus, natione Afer, Episcopus Hipponensis, Ecclesiæ Doctor, scripsit

Romanorum Pontificum Catalogum à S. Petro vsque ad S. Anastasium I. Legitur *in Epistola* 165.

De S. Petro reprehenso à Paulo Epistolam.

Obiit anno salutis 433. die 28. Augusti sub Sixto III. Pontifice Maximo.

Augustinus Aueldensis, Ordinis Minorum, Theologus, scripsit

De Apostolica Sede, an sit de iure diuino, necne, lib. 1.

Vixit in Germania sub Clemente VII. Romano Pontifice.

Augustinus Barbosa, Lusitanus, patriâ Vimanarensis, I.V. Doctor, Protonotarius Apostolicus, insignis Ecclesiæ Vimanarensis Thesaurarius Maior, & S. Congregationis Indicis in Vrbe Consultor, edidit

Gregorij IX. Summi Pontificis Elogium. Extat *tom.* 1. Collectaneorum Doctorum, tam veterum, quàm recentiorum in ius Pontificium vniuersum, Lugduni ex Officina Laurentij Durand 1636. fol.

Viuit Romæ anno 1642. sub Vrbano VIII. Rom. Pont.

Augustinus Bontemps, Atrebas, Gallo-belgicus, Monachus Laubiensis, Congregationis Bursfeldensis, scripsit Heroico carmine

Leonis IX. Summi Pontificis vitam.

Floruit sub Clemente VIII. Papa ex Arnoldo VVione, & Antonio Possevino *in Apparatu sacro. v. A.*

Augustinus Buccius, Primarius Taurinensis Gymnasij Philosophus, scripsit

Orationem habitam Romæ ad Sixtum V. Papam nomine Amedæi à Sabaudia S. Ramberti Marchionis Oratoris Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis 1586.

Augustinus Fiuizanius, Hetruscus, Augustinianus, Doctor Parisiensis, Ægidio Viterbiensi Generali postea Cardinali charus, scripsit

De

De sancta Cruce summo Pontifici præferenda, lib. 1.

Claruit sub Leone X. Romano Pontifice.

Augustinus Mascardus, Italus, Cubicularius Pontificius, edidit Italicè

Trophæum Campidolij pro sanctitate D.N. Vrbani VIII. quando possessionem adipiscitur. Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneti 1624. in 4. Mediolani apud Bidellum 1625. in 8. Venetiis apud Fontanam 1625. & 1630. Hispanica etiam lingua apud plerosque legitur.

Orationem habitam ad Eminentissimos S. R. E. Cardinales, *de subrogando Pontifice.* Romæ ex typographia Alexandri Zanneti 1621. in 4.

Viuit Romæ 1642. sub D.S.N. Vrbano VIII. Romano Pontifice.

Augustinus Oregius, Italus, Pontificiis eleemosynis Generalis Præfectus, S.D.N. Vrbani VIII. Theologus, intimus Cubicularius, Canonicus Vaticanus, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Sixti, & Archiepiscopus Beneuentanus, edidit

De Romano Pontifice, lib. de Hierarchia Ecclesiastica *p.* 2. operis Theologici. Romæ anno 1637. fol. apud Manelphum Manelphij.

Obiit sub S.D.N. Vrbano VIII. summo Pontifice.

Augustinus Patritius, Italus, Episcopus Pientinus, scripsit

De Romani Pontificis consecratione, lib. 1. cap. 3. sect. 2. Rituum S.R.E. Prodiit Venetiis, & extat MS. in Bibliotheca Vaticana.

Vixit sub Innocentio VIII. Pontifice Maximo.

Augustinus Philippus, Florentinus, Ordinis Seruorum B.V. Mariæ, Theologus, scripsit

Orationem, quam habuit ad Leonem X. Pont. Max.

Augustinus Romanus, Augustinianus, Theologus, Episcopus Nazianzenus, & Cæsennas, scripsit

De potestate Papæ lib. 1.

Obiit anno Christi 1445. sub Eugenio IV. Romano Pontifice.

Augustinus Steuchus, natione Vmber, patriâ Eugubinus, ex Canonico Regulari S. Saluatoris, Episcopus Kisani, & Apostolicus

cus Bibliothecarius, scripsit aduersùs Laurentium Vallam.

De falsa donatione Constantini Imperatoris ad Syluestrum I. Papam libros 2. Lugduni 1547. in 4.

Floruit anno gratiæ 1540. sub Paulo III. Romano Pontifice.

Augustinus Tersagus, Canonicus Mediolanensis, edidit Latinè

Carmen Panegyricum Vrbani VIII. virtutum & actionum schema. Mediolani anno 1624.

Vixit sub S. D. N. Vrbano VIII. Pontifice Maximo.

Augustinus Triumphus, patriâ Anconitanus, Augustinianus, Doctor Sorbonicus, scripsit

De potestate collegij, mortuo Papa librum.

De sacerdotio, & regno, ac donatione Constantini Imperatoris librum.

De potestate Ecclesiastica summam. Romæ anno 1584. in fol.

Obiit Neapoli anno Domini 1328. ætatis suæ 85. sub Ioanne XXII. Papa, sepultus est apud Augustinianos cum inscriptione sepulchrali.

Augustinus Triuulsius, Mediolanensis, ex Episcopo Tolonensi & Baiocensi in Gallia, S.R.E. Cardinalis Diaconus S. Hadriani, scripsit

Historiam Romanorum Pontificum per succiduam successionem ad Paulum III. deductam, quam morte præuentus typis mandare non potuit, qua plurimum vsus est Onuphrius Panuinus, qui Pontificum historiam densissimis obsessam tenebris illustrauit, ex Rupipozæo *in Nomenclatura Cardinalium*, Claudio Roberto *in Catalogo Episcoporum Tolonensium*, & Andrea Victorello *additione* ad August. Triuulsij Cardinalis Elogium.

Obiit Romæ anno Christi 1548. sub Paulo III. Rom. Pont. sepultus est in Ecclesia Augustinianorum S. Mariæ de Populo.

Augustinus Valerius, Patricius Venetus, Episcopus Veronensis, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Marci, postea Episcopus Prænestinus, edidit

Somnium in Conclaui, quando creatus fuit Vrbanus VII. Pontifex Maximus.

De

De postremo sermone Gregorij XIV. Pont. Max. ad Cardinales habito.

Soliloquium in Conclaui, in quo creatus fuit Clemens VIII. Pont. Max.

Commentarium visitationis Clementis VIII. Pont. Max.

De paterna charitate Clementis VIII. summi Pontificis erga amplissimum Galliæ Regnum.

De eximia Clementis VIII. humanitate & indicijs plurimis paterni amoris erga Rempublicam Venetam, ad Bernardum Valerium.

Homiliam in festo S. Clementis I. Papæ & Martyris.

Obiit anno Incarnationis 1606. die 24. Maij, sub Paulo V. PP. Corpus eius postea Veronam delatum in sua Ecclesia Cathedrali sepultum est, vbi Senatus ei erexit statuam marmoream cum Epitaphio à nobis hîc anno 1640. collecto, & *in Bibliotheca nostra Cardinalitia*, apposito.

Auminus Keldeus, natione Scotus, Episcopus electus, scripsit

Querimoniarum ad Papam librum 1. ex Thoma Dempstero *lib. 1. hist. Gentis Scotorum.*

Obiisse creditur Mutinæ in Italia anno Domini 1298. sub Bonifacio VIII. Papa, ibidemque sepultus.

Aurelius Prudentius Clemens, Hispanus, patriâ Cæsar-Augustanus, Poëta Christianus, scripsit

Petri & Pauli Apostolorum passionem. Extat *in suo Peristephano*, seu *libro de coronis.*

Floruit anno Domini 390. sub S. Siricio Pontifice Maximo.

Aurelius Vrsus, edidit culto carmine

De exquilinis Sixti V. Romani Pontificis hortis, sub quo vixisse puto.

Auxilius, Auctor antiquus, scripsisse comperio ad Leonem Episcopum Nolanum.

Obiectiones triginta, & totidem defensiones pro Formosi Papæ ordinationibus, aduersùs Stephanum Papam. Extant apud Cardinalem Baronium *in additionibus* ad tomum 12. *pagin. mihi* 957.

B.

BALDVINVS DE MONTESIMONCELLO, natione Italus, edidit

Ad S.D.N. Vrbanum VIII. Pontificem Maximum, Panegyricum. Mantuæ anno 1624. in 4. apud Aurelium & Ludouicum Osannam fratres Ducales Typographos.

Vixit sub prædicto Vrbano VIII. Papa.

Baldus Cataneus, natione Italus, edidit

Orationem ad Eminentissimos S.R.E. Cardinales de eligendo Pontifice, anno 1590.

Orationem funebrem Sixti V. Pont. Max. 1590. *Romæ habitam.*

Claruit sub Clemente VIII. Summo Pontifice.

Balthasar Nardus, Italus, patriâ Aretinus, edidit

Expunctiones locorum, qui in libro de Papatu Romano ignoti Auctoris deprauantur, mutilantur, &c. Parisiis anno 1618. in 4.

Viuebat sub Paulo V. Pontifice Maximo.

Balthasar Porrero, Hispanus, scripsit

Cardinalium Hispanorum Elogia, ex eruditissimo D.meo Iosepho Mariæ Suarezio Episcopo Vasionensi *in Vindicijs sanctæ Domitillæ.*

Baptista Fulgosius, Dux Genuæ, litteris & armis clarissimus, edidit

Martini V. Romani Pontificis res gestas. Leguntur *lib.* 8. *rerum memorabilium.*

Vixit sub Xisto IV. Pontifice Maximo, ex Antonio Verdero *in Bibliotheca Gallicana v. B.*

Baptista Guarinus, iunior, Nobilis Ferrariensis, Orator Pontificius, edidit Latinè

Orationem in præstanda D. Paulo V. Pont. Max. pro ciuitate Ferrariæ obedientia. Venetiis 1606. apud Ioannem Baptistam Ciotum.

Claruit sub præfato Paulo V. Papa.

Baptista Guarinus, senior, Alphonsi Atestini Ferrariæ Ducis Orator Romanus, scripsit

Orationem,

Orationem, quam habuit Romæ ad Gregorium XIII. Pont. Max. nomine Ducis Ferrariæ.

Baptista Hispaniolus, patriâ Mantuanus, Theologus, ac Poëta Christianus, Ordinis Carmelitarum Prior Generalis 30. edidit carmine

De martyrio SS. Petri & Pauli lib. 6. Fastorum.

Epigramma de S. Gregorio Magno Romano Pontifice.

Epigramma de Iulio II. Papa.

De Innocentio VIII. Papa lib. 1.

Obiit Mantuæ anno Christi 1616. die 20. Martij sub Leone X. Papa. Eius corpus integrum vsque in hunc diem ibi asseruatur *apud Carmelitas*, in Sacello B. Mariæ de Monte Carmelo, ad sinistram altaris, vbi vidimus anno 1640. mense Augusti. Eius Epitaphia reperies *in nostra Bibliotheca vniuersali Carmelitana.*

Baptista Malatesta, prima Galeatij Malatestæ Pisauri Flaminiæ Principis filia, & Guidonis Montisfeltrensis Vrbinatum Comitis vxor, scripsit

Orationem de Martini V. Romani Pontificis ab omnibus optato.

Floruit anno post Christum natum 1417. sub prænominato Martino V. Papa.

Baptista Pizzacarus, edidisse Latinè comperio

De electione Clementis VII. Orationem. Prodiit in 4.

Floruit anno Domini 1524. sub prædicto Clemente VII. Papa.

Baptista, aliis *Bartholomæus Platina*, Lombardus, patriâ Cremonensis, Secretarius, & Bibliothecarius Apostolicus, edidit

Vitas Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Sixtum IV. Coloniæ 1529. 1568. 1574. apud Maternum Cholinum in fol. 1593. 1599. 1610. & 1612. in 4. *cum annotationibus* variorum. Accesserunt demùm *omnium Pontificum veræ effigies.* Francofurti 1615. fol. Germanicè, & antea Monachij 1604. fol. Extant MSS Florentiæ apud S. Laurentium in Biblioth. Medicea *plut.* 65.

Orationem ad Paulum II. Papam de pace Italiæ componenda, & de bello Turcis inferendo.

Obiit Romæ anno Christi 1481. sub Sixto IV. Pont. Max.

Barlaam, Monachus Græcus, scripsit

De Primatu Romani Pontificis libros 2. incipiunt, *Qui scientiarum Franciſce, cognitione*, &c. Prodierunt ſtudio Ioannis Luydi, & *tom.* 1. *Monarchiæ* Melchioris Goldaſti *à pag.* 243. *ad* 248. Extant MSS. Græcè Viennæ Auſtriæ in Biblioth. Cæſarea. Prohibentur *in Indice Romano*, in edicto 14. Nouembris 1609. & 30. Ianuarij 1610.

Floruit anno Chriſti 1440. ſub Eugenio IV. Pontifice Romano.

Barnabas Montalbus, Monachus Ordinis Ciſtercienſis, ſcripſit

De rebus geſtis Eugenij III. & Benedicti XII. Rom. Pont. in hiſtoria Ciſtercienſi.

Bartholomæus Carrança è Miranda, Hiſpanus, Dominicanus, S. Th. Doctor, ac Archiepiſcopus 92. Toletanus, edidit

Summam Conciliorum & Pontificum à S. Petro vſque ad Paulum III. Venetiis anno 1546. ad ſignum Fidei. Lugduni 1587. in 16. ex Officina Iuntarum, Pariſiis 1624. & alibi.

Obiit Romæ ann. ſalutis 1576. die 2. Maij, ætatis ſuæ 72. ſub Gregorio XIII. Papa: ſepultus eſt apud Dominicanos S. Mariæ ſupra Mineruam.

Bartholomæus de Caſtro, Hiſpanus, Canonicus Burgenſis, edidit

Orationem, quam habuit Romæ ad Vrbanum VIII. nomine Ducis Alcalæ, Oratoris Regis Catholici.

Vixit & forſan viuit ſub S. D. N. Vrbano VIII. Romano Pontifice.

Bartholomæus Dionyſius, natione Italus, edidit ſuo vulgari idiomate

Vitas Romanorum Pontificum Platinæ, Panuini & Ciacarellæ, eaſque auxit. Venetiis 1613. in 4.

Claruit tempore Pontificatus Pauli V.

Bartholomæus Oſa, natione Italus, patriâ Bergomenſis, ſcripſit

Hiſtoriam Romanorum Pontificum & Imperatorum libris 16. *diſtinctam*, ſed an prodierit in lucem, hactenus eſt mihi in obſcuro.

Viuebat anno gratiæ 1340. ſub Benedicto XII. Pontifice Maximo.

Bartho

Bartholomæus Picernus de Monte Arduo, è Græco in Latinum vertit

Constantini Magni donationis priuilegium in Vaticano repertum, vt ipse ait ad Iulium II. Papam. Prodiit Coloniæ 1635. *in Fasciculo* Ortuini Gratij.

Floruit sub Iulio II. Romano Pontifice.

Bartholomæus Ruræmundanæ Carthusiæ Prior, scripsit

De auctoritate Concilij supra Papam lib. 1.

Obiit in Carthusia Colonienſi anno Domini 1446. 4. Idus Iulij, sub Eugenio IV. Romano Pontifice.

Bartholomæus Scala, Orator Florentinorum ad Summum Pontificem scripsit

Orationem, quam habuit Romæ ad Innocentium VIII. nomine Florentinorum, sub quo floruisse constat.

Bartholomæus de Spina, siue *Spinæus*, Pisanus, Ordinis Prædicatorum, Magister sacri Palatij, edidit

Declarationem de potestate Papæ super coniugijs in gradibus lege diuinâ prohibitis. Extat *volumine* 4. eius operum Venetiis anno 1535. apud Stephanum Sabium edit.

Vixit sub Pontificatu Pauli III. Papæ.

Bartholomæus Tortolettus, patriâ Veronensis, S. Theolog. Doctor, edidit

In insigne Gentilium Clementis VIII. Carmen. Veronæ apud Hieronymum Discipulum anno 1596. in 4.

Bartholomæus Tridentinus, Historicus, scripsit

Quorundam sanctorum Romanorum Pontificum vitas. Leguntur *libro suo de Sanctorum vitis.*

Quando vixerit, hactenus reperire non potui.

Bartholomæus Viaßius de Vias, Massilienſis, edidit

Panegyrim ad S. D. N. Vrbanum VIII. Pont. Max. anno Domini 1628. carmine.

Bartholomæus Vgolinus, è Montescutulo, Italus, Iurisconsultus, edidit

Responsum ad Tractatum septem Theologorum pro causa Veneta scribentium, per quod eorum rationes & conclusiones refelluntur. Moguntiæ anno 1606. Typis Albinianis.

Claruit sub Paulo V. Romano Pontifice.

Bartholomæus Vrbinas ciuis & Episcopus, Italus, Augustinianus, Theologus, scripsit

De Romani Pontificis Christi Vicarij auctoritate librum, ex Antonio Possevino *in Apparatu sacro v. Pontifex.*

Vixit anno Verbi Incarnati 1410. sub Ioanne XXII. Papa.

Bartolus Lucanus, patriâ Vtinensis, edidit

Orationem ad Innocentium VIII. Pont. Max. Prodiit typis Eucharij Argyrij.

S. Basilius Magnus, Helenopontanus, Græcus, Episcopus Cæsariæ Cappadocum, Ecclesiæ Doctor, scripsit

De Constantino Magno Imperatore à S. Syluestro Papa baptizato lib.

Viuebat anno Christi 370. sub S. Damaso I. Pontifice Maximo.

Beatus Rhenanus, Selezestadiensis, Germanus, edidit

De Primatu S. Petri Epistolam, quæ prohibetur vbicumque reperiatur, siue seorsim, siue libro 10. operis ad Fridericum Nauseam *ex Indice Romano.*

Inuectiuam in Papæ Romani vsurpationes, seu *in Marsilij Patauini pro Ludouico Bauarico Imperatore Romanorum Apologiam, aduersùs mendaces historias quorundam, Præfationem Licentij Euangeli Sacerdotis nomine olim publicatam, anno Domini MDXXII.* incipit, *Cùm diligenter meum*, &c. Extat *tom. 1. Monarchiæ prohibitæ*, Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag. 647. ad 653.*

Vixit anno Christi 1522. sub Hadriano VI. Romano Pontifice.

S. Beda cognomento *Venerabilis*, Anglus, Benedictinus, scripsit

De rebus gestis S. Gregorij Magni Papæ, in historia Anglicana lib. 2. cap. 1.

Obiit anno gratiæ 762. *alijs* 766. die 26. Maij sub Paulo I. Romano Pontifice, sepultus est apud Benedictinos Dunelmenses.

De Benedicti XII. aliàs XIII. schismate tractatus, eiusdem schismatis processus, allegationes iuris, &c. *tom. 7. fol.* Item *eiusdem schismatis acta diuersa.* Hæc extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Benedictus,

Benedictus, Abbas Massilienſis, ſcripſiſſe comperio

De fide Catholica & poteſtate Eccleſiæ librum, qui aſſeruatur MS. Venetiis in Bibliotheca Cardinalis Beſſarionis apud S. Marcum, & Patauij in illa S. Ioannis in Viridario.

Quando vixerit, hactenus eſt mihi ignotum.

Benedictus Gononus, Burgenſis, Sebuſianus, Monachus Cœleſtinus Lugdunenſis, edidit

S. Cœleſtini V. Papæ vitam. Legitur *in vitis Patrum Occidentis, Lugduni apud Laurentium Durand folio editis.*

S. Gelaſij I. Papæ vitam. Legi *apud tomum* 2. nondum editum, ſed ad vmbilicum perductum, ſingulari erga nos amicitiâ.

Viuit Lugduni hoc anno 1642. ſub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Benedictus Iuſtinianus, Italus, S.I. Theologus, edidit

Orationem habitam in funere Innocentij IX. Pontificis Maximi anno 1592. 6. *Idus Ianuarij.*

Claruit ſub Clemente VIII. Romano Pontifice.

Beneuenutus de ſancto Georgio, Italus, Orator Romanus Marchionis Montisferrati, edidit

Orationem obedientialem Alexandro VI. Pontifici Maximo nomine dicti Marchionis dictam.

Benignus, aliis *Bartholomæus Milletot*, Burgundus, Conſiliarius Parlamenti Diuionenſis, edidit Gallicè,

Tractatum de delicto communi & caſu priuilegiato, vel de legitima Iudicum ſæcularium poteſtate in perſonas Eccleſiaſticas. Prohibetur *in Indice Romano in Decreto* 3. *Iulij* 1623. Extat Latinè *tom.* 3. *Monarchiæ prohibitæ*, Melchioris Goldaſti Caluiniſtæ *à pag.* 774. *vſque ad* 797.

Obiit Diuione ſub Pontificatu S.D.N. Vrbani VIII. Papæ.

Benno, Pſeudo-Cardinalis, natione Germanus, venenoſo calamo ſcripſit

Gregorij VII. Pontificis Maximi vitam. Prohibetur *in Indice Romano.* Viuebat ſub Victore III. Papa.

Berardus, Monachus Cœleſtinus, S. Petri Cœleſtini diſcipulus, ſcripſit *cum tribus alijs ſuis confratribus*, de quibus ſuo loco inferiùs,

De

De rebus gestis S. Cœlestini V. Pontificis Maximi librum. Extat M S. apud Cl. V. Gabrielem Naudæum Parisinum, mihi amicissimum, vt ab eo viuæ vocis oraculo accepi.

Claruit sub Bonifacio VIII. Romano Pontifice.

Bernaldus, quis & qualis sit iste Auctor, altum est silentium apud Auctores, scripsisse tamen compertum habeo

Apologiam pro Gregorio VII. Pontifice Maximo.

Bernardinus Caruaial, Hispanus, Episcopus Carthaginensis, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis & Episcopus Ostiensis, scripsit

Orationem ad Eminentiss. Cardinales de eligendo Pontifice, Innocentio VIII. demortuo Romæ anno 1492. *habitam in Basilica S. Petri, & ibidem excusam* 1492.

Orationem alteram ad Sixtum IV. & Cardinalium collegium in Sacello Pontificio habitam.

Obiit Romæ anno Christi 1523. 17. Calendas Ianuarij sub Hadriano VI. Romano Pontifice, sepultus est in Basilica Monachorum Bernardinorum S. Crucis in Hierusalem cum Epitaphio *in nostra Bibliotheca Cardinalitia* relato.

Bernardinus Iobinus, natione Germanus, edidit Latinè & Germanicè,

Pontificum aliquot Icones, cum breui eorum vitæ descriptione. Argentorati in fol.

Bernardinus Iustinianus, Venetus, Orator Reipublicæ Venetæ, edidit

Orationem habitam Romæ nomine Venetorum ad Sixtum IV. Pontificem Romanum. Prodiit Venetiis anno 1495. in fol. cum aliis eiusdem orationibus.

Alteram ad Paulum II.

Floruit sub Sixto IV. Papa.

Bernardinus Lonati, vel *de Lunate*, Papiensis, Lombardus, S.R.E. Diaconus Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis, & Legatus à Latere, scripsit

Prognosticon ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem. Extabat M S. in Bibliotheca Cardinalis Sirleti ex Rupipozæo *in Nomenclatura Cardinalium*, & Florauante Martinello *Additionibus ad Ciaconium.*

Obiit Romæ anno Domini 1497. 6. Idus Augusti sub Alexandro

xandro VI. sepultus est in Ecclesia Augustinianorum S. Mariæ de Populo cum Epitaphio alibi relato.

Bernardinus Rosergius, vel *de Rosergio*, Gallus, ex Canonico Regulari Archiepiscopus Tolosanus, scripsit

De potestate Cardinalium tractatum. Extat in Bibliotheca Scoriaci Regis Catholici, & in illa Cardinalis Sirleti postea Ascanij Columnæ.

Vixit anno Christi 1460. sub Pio II. Romano Pontifice.

Bernardinus Rutilius, natione Italus, Iurisconsultus, scripsit

Pro Pontifice Romano Clemente VII. ad Carolum Imperatorem Augustum Orationes tres, Romæ ad 7. Calendas Augusti 1536. apud Antonium Bladum Asulanum *excusas.*

S. Bernardus Abbas 1. Claræuallensis, Burgundus, patriâ Fontanus apud Æduos, Diuionensis Ecclesiæ Doctor, scripsit

Homilias de S. Petro Apostolo.

Homiliam de S. Clemente I. Papa & Martyre.

S. Melchiadis Papæ vitam. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti *vol.* 363. *num.* 2.

Epistolas de iuribus Imperij & Sacerdotij ad Lotharium Imperatorem, & Conradum Regem Romanorum. Extant inter Epistolas S. Bernardi, & *tom.* 2. *Monarchiæ*, Melchioris Goldasti Caluinistæ *pag.* 66. 67. & 68.

Libros 5. *de consideratione ad Eugen. III. Papam.* Extant MSS. in Biblioth. Cistercienſi, Patauij in illa Ecclesiæ Cathedralis, ibidem in illa S. Ioannis in Viridario, ibidem in illa S. Antonij, ibidem in illa Augustinianorum, Oxoniæ in Bibliotheca Collegij Balliolensis *vol.* 131. & 149. Merton. 237. Cantabrigiæ in illa S. Petri *vol.* 197. Bened. 363. in Archiuis Collegij Caij 207. Priuat. in Bibl. Lunl. 50. Florentiæ in Bibliotheca Medicæa *pluteo* 16. Romæ in Vaticano. Extant *inter eius opera* Parisiis & alibi edita, etiam *tom.* 2. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ.

Obiit Claraualle anno Domini 1153. die 20. Augusti ætatis suæ 63. sub Anastasio IV. summo Pontifice.

Bernardus è Castro S. Vincentij, Italus, Ordinis Prædicatorum, scripsit

Annales ſummorum Pontificum & Imperatorum à S. Petro vſque ad Ioannem XXII. Ex Leandro Alberto Bononienſi *libro* 4.

Floruit anno Incarnationis 1316. ſub Præfato Ioanne Papa.

Bernardus Guidonis, Lemouicenſis, Aquitanus, Ordinis Prædicatorum, ex Inquiſitore Toloſano Epiſcopus Lodeuenſis, ſcripſit

Chronicon Romanorum Pontificum. Aſſeruatur Romæ in Bibliotheca Baroniana, vbi vidi beneficio R. P. Oderici Raynaldi Presbyteri Congregationis Oratorij de Vrbe, Toloſæ in Bibliotheca Fluxienſi, Patauij in illa S. Iuſtinæ *in folio*, Matiſcone in illa D. de Chandon Canonici, Claromonte in Aruernia in illa Carmelitarum Excalceatorum, Romæ in illa Cardinalis Barberini, & alibi. Cl. V. Franciſcus Boſquetus quaſdam vitas Romanorum Pontificum è Gallia oriundorum *ex Manuſcripto Fuxienſi*, Pariſiis 1632. in 8. edidit.

Claruit tempore Pontificatus Ioannis XXII. Papæ.

Bernardus Naugerius, Senator Venetus, apud Franciſcum II. Galliæ Regem, & Paulum IV. Papam Legatus, Epiſcopus Veronenſis, S. R. E. Presbyter Cardinalis, & Concilij Tridentini Legatus, ſcripſit Italico idiomate

Relationem de reditu legationis ſuæ Romanæ. Extat MS. Patauij in Bibliotheca Nicolai Treuiſani, *ex Bibliothecis Patauinis* Iacobi Philippi Tomaſini *pag.* 112.

Obiit Veronæ anno Chriſti 1565. Pridie Calend. Iunij, & in Eccleſia Cathedrali ſepultus cum breui Epitaphio.

Bernardus Paxillus, natione Polonus, Dominicanus, Theologus, ſcripſit

De Primatu Romani Pontificis, ex Simone Starouolſco *libro de Centum illuſtribus Poloniæ ſcriptoribus*, Venetiis apud hæredes Damiani Zenarij anno 1627. in 4. *edito.*

Bertramus, natione Gallus, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Thefelicenſis, & Suffraganeus Metenſis, ſcripſit

Tractatum de ſchiſmate Vrbani VI. & Clementis VII. Pſeudopontificis.

Obiit anno Domini 1383. 13. Calendas Februarij, ſepultus Confluen

Confluentiæ apud Dominicanos sub Vrbano VI. Pontifice Romano.

Bertrandus de Cura, S. R. E. Cardinalis Episcopus Tusculanus, vt colligo ex eius operibus editis, tamen deest apud Ciaconium, scripsit

De S. Petro Apostolo Sermones tres. Leguntur inter eius *Sermones de Sanctis*, Argentinæ anno 1502. Latinè *editos.*

Bertrandus Lagerius de Figiaco, non verò *de Chanaco*, vel *Caniliaco*, Gallus, Ordinis Minorum, Theologus, Episcopus Glandatensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Priscæ, postea Episcopus Ostiensis & Veliternus, tandem in Hispaniam à Gregorio XI. ablegatus, scripsit

De schismate contra sui temporis hæreses librum, seu *schismate Vrbani VI. & Clementis VII. Pseudopontificis.*

Obiit Auenione anno Domini 1392. 6. Idus Nouembris, sepultus in Ecclesia Minorum.

Blasius Cæsenas, natione Italus, Rituum Pontificij Sacelli Magister, scripsit

Diaria Pontificia, Romæ MSS. in Vaticana Bibliotheca asseruata.

Bonifacius VIII. Papa. consule *librum primum huius Bibliothecæ v. B.*

Bonifacij IX. Diarium. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

S. Bonifacius Quiritinus, Legatus Apostolicus in Scotia, scripsit

De prærogatiua S. Petri Apostoli librum, ex Thoma Dempstero *lib. 2. historiæ Gentis Scotorum.*

Vixit sub S. Gregorio Magno Romano Pontifice.

Bonifacius Simoneta, Mediolanensis, Abbas Coruu Ordinis Cistercensis, diœcesis Placentinæ, edidit

Historiam Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Innocentium VIII. vnâ cum commentarijs persecutionum Christianorum. Vidi MS. in Bibliotheca Cistercensi. Prodiit Mediolani anno 1492. apud M. Antonium Zarotum Parmenium.

Vixit sub prædicto Innocentio Papa.

Boninus de Boninis, Italus, scripsisse comperio

De Papatu libros 4.

Boninus Mombritius, Mediolanensis, scripsit

SS. Romanorum Pontificum Confessorum & Martyrum vitas.

Leguntur *in suis Sanctorum vitis.*

Boso, natione Anglus, Benedictinus, ex Scriptore Apostolico S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Pudentianæ, ac Legatus in Lusitania, Hadriani IV. nepos, scripsit

Hadriani IV. Romani Pontificis vitam.

Obiit Romæ circa annum Christi 1181. sub Lucio III. Papa, ibidémque sepultus.

C.

CÆLIVS CALCAGNINVS, Italus, Ducum Ferrariensium Orator Romanus, edidit

Orationes duas ad Leonem X. Papam, pro Alphonso I. Duce Ferrariæ tertio.

Orationem ad eundem Papam pro Hercule II. Duce Ferrariæ quarto.

Orationem pro Oratoribus Fauentinis ad Romanum Pontificem.

Orationem ad Iulium II. Papam, pro Alphonso I. Duce Ferrariæ tertio.

Vixit sub Leone X. Summo Pontifice.

Cæsar Baronius, Soranus, Italus, ex Presbytero Congregationis Oratorij de Vrbe, S.R.E. Presbyter Cardinalis, & Bibliothecarius, scripsit

De Romanis Pontificibus, à S. Petro videlicet vsque ad Cœlestinum III. in suis Annalibus Ecclesiasticis. Quorum *continuationem* parat Romæ super propriis scriptis R. P. Odericus Raynaldi Presbyter eiusdem Congregationis, pietate & doctrinâ insignis, cuius beneficio vidimus anno 1640.

Paræneſim ad Rempublicam Venetam.

Obiit Romæ anno Domini 1607. pridie Calend. Iulij, sub Paulo V. Papæ: sepultus est in Æde S. Mariæ de Vallicella cum Epitaphio marmoreo, ei & Francisco Mariæ Taurusio Cardinali, communi.

Cæsar

Cæsar Becillus Vrbinas, Italus, Presbyter Congregationis Oratorij de Vrbe, edidit

Annotationes marginales in Ciacconum, & collationes Ciacconianæ historiæ cum Baroniana, suppresso tamen nomine.

Acta S. Caij Papæ & Martyris, quibus suas adiecit *Notas* ad historiæ cognitionem apprimè necessarias. Romæ 1628. Vrbano VIII. Meditabatur opera sequentia *ex Apibus Vrbanis* Leonis,

Vitæ Romanorum Pontificum cum perpetuis Notis.

Historiæ Ecclesiasticæ Baronianæ continuatio.

Viuebat Romæ anno 1633. sub Vrbano VIII. Papa.

Cæsar Grolerius, Lugdunensis, scripsit

Historiam expugnatæ & direptæ vrbis Romæ per exercitum Caroli V. Imperatoris die 6. Maij 1527. *Clemente VII.*

Francisci I. Regis Christianissimi epistolam ad Clementem VII. Pontificem.

Cardinalium Eboracensis, de Borbonio, de Saluiatis, de Lotharingia, & Senonensis epistolam ad Clementem VII. Pontificem.

Capitulationem inter sanctitatem D. N. Papæ, & Agentes Maiestatis Cæsareæ, in nomine Dei, à die 5. Iunij 1527. Italicè. Hæc prodierunt Parisiis anno 1637. in 4. Latinè apud Sebastianum Cramoisy, curâ Cl. V. Nicolai Camuzati Thesaurarij Ecclesiæ Trecensis, vt nos monuit per *epistolam*.

Viuebat Romæ anno 1527. vt colligitur ex eius opere.

Cæsar Nuptius, scripsisse comperio

De Pontificis Maximi electione, & de officio optimi Prælati Tractatum. Extat MS. Pisauri in Biblioth. Sereniſſimi Ducis.

Cæsar Petrus Michaël Delphinus, Parmensis, Theologus, edidit

De summo Romani Pontificis Principatu, & de proportione Papæ ad Concilium librum. Venetiis anno 1573.

Claruit sub Gregorio XIII. Pontifice Maximo anno salutis 1573.

Caij Papæ *vita*. Extat *in Menologio* Græcorum Romæ MS. in Bibliotheca Barberina asseruato, *die* 18. *Decembris.*

Caius Batius, Italus, scripsit *ex Apparatu sacro* Antonij Posseuini

Hadriani VI. Romani Pontificis vitam.

Vixit sub Clemente VII. Summo Pontifice.

Caius Syluanus, edidit

De Pontificatu Clementis VII. Panegyrim primam.

In statuam Leonis X. Romani Pontificis Syluam. Romæ 1524.

Claruit sub Leone X. Papa.

Calixti III. Papæ *Conclaue, creatio, & Diaria*, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Callya Carion, edidit

Apologiam pro S. Gregorio Magno Papa. Prodiit anno 1603. in 8.

Vixit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

Camillus Peregrinus, Italus, vtriusque Signaturæ Referendarius, edidit Latinè & Italicè

Vitas summorum Pontificum à S. Petro vsque ad Clementem VIII. simul cum eorundem effigiebus. Romæ apud Hieronymum Franzinum anno 1596. Quibus addidit *Leges de electione summi Pontificis.*

Floruit sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

Camillus Portius, Italus, edidit

De bello Innocentij VIII. Vrbeque à Calabrum Duce obsessa libros 3. Romæ editos.

Cannachius Rossius, Nauplius, Collegij Romani Græcorum Alumnus, edidit

In Columnam & Sacellum Pauli V. Rom. Pont. Carmina Græco-Latina, quæ leguntur apud Abrahamum Bzouium in Pontifice Romano.

Floruit Romæ sub Paulo V. Papa.

Capitula Cardinalis Camerarij cum *stipendiarijs*, MSS. in Bibliotheca Vaticana, asseruata

S. Carolus Borromæus, Mediolanensis Nobilis & Archiepiscopus 125. deinde S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis, scripsit inter alia

Modum visitandi Basilicam S. Petri Apostolorum Principis de Vrbe.

Obiit Mediolani anno Christi 1584. die 3. Nouembris, ætatis 47. horâ 3. noctis inter Sabbathum & Dominicam sub Gregorio XIII. Papa. Refertur in numero Sanctorum à Paulo V. anno 1610.

Carolus

Carolus Gonzaga Cleuius, Dux Niuernensium & Rhetelensium, par Franciæ, Companiæque Prorex, ac Henrici IV. Galliarum & Nauarræ Regis Christianissimi Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ ad Paulum V. Papam, nomine Henrici Magni Regis Christianissimi anno 1608.

Obiit sub S.D.N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Carolus Hemard, Gallus, Episcopus 68. Matisconensis, & 67. Ambianensis, Orator Regius ad summum Pontificem, deinde S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S.Matthæi, scripsit

De legationibus suis librum.

Obiit Ambiani anno 1540. die 23. Augusti. Iacet in Cathedrali, eius Epitaphium habes *in nostra Bibliotheca Cardinalitia, & Vniuersali Gallicana.*

Carolus V. Imperator, Belga, patriâ Gandauensis, edidit

Ad duo Clementis VII. Romani Pontificis Breuia, Responsionem, quâ ab ipso Pontifice appellat, petitque Generalis Christianorum omnium Concilij congregationem. Adiunctæ sunt etiam ipsius Clementis litteræ.

Epistolam Caroli V. ad collegium Cardinalium, quâ petit, vt negante, seu differente Pontifice Generalis Concilij indictionem, ipsi indicant.

Instrumentum præsentationis litterarum Cæsaris ad Pontificem Maximum, & Cardinales, ipsis in Vrbe factæ.

Pro Carolo V. ad ea, quæ per Oratores Clementis VII. Pontificis Maximi, & Francisci I. Regis Christianissimi, & Venetorum ad generalem pacem componendam nuper proposita fuerunt, Responsionem. Basileæ apud Cratandrum.

Obiit anno Domini 1558. 11. Kal. Octobris in Monasterio S. Iusti Ordinis Heremitarum D. Hieronymi. Eius Epitaphia habes *in nostra Bibliotheca Cæsareo-Regia parata.*

Carolus Sigonius, Mutinensis, Italus, scripsit

De S. Gregorio Magno Papa lib. 1. de Regno Italiæ, & de alijs Romanis Pontificibus.

Elogia Innocentij VII. & Iulij II. Romanorum Pontificum antea Episcoporum Bononiensium, lib. *de Episcopis Bononiensibus*, Gabrieli Paleoto Cardinali dicato.

Obiit

Obiit Bononiæ anno Christi 1584. sub Gregorio XIII. Papa.

Cataldinus Boncompagnius de Visso, edidit

De translatione Concilij Basilienſis librum. Extat inter *tractatus iuris tom.* 13. *fol.* 15. Venetiis postremò impressos.

Celsus Mansinus, Rauennas, ex Canonico Regulari Lateranensi Episcopus Alexani in Apulia, edidit

De potestate Romani Pontificis & Principum lib. Romæ apud Guilielmum Facciottum anno 1596.

Viuebat sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

Censurarum Pauli V. in Rempublicam Venetam *libri omnes & scripturæ*. Prohibentur *in edicto* 22. Octobris 1606.

Centius Sabellus, S. R. E. Camerarius, postea *Honorius III.* Papa. Consule librum 1. v. *Honorius III.*

Ceremoniale summorum Pontificum. Asseruatur MS. Pisauri in Bibliotheca Sereniſſimi Ducis.

Christianiſſimi Regis Caroli VI. cognomento Beneamati *epistola* iustificatiua substractionum fractarum à Petro de Luna: non obstante obedientia suo prædecessori, & sibi quandoque præstita. Extat *tom.* 2. *Monarchiæ*, Melchioris Goldasti Caluiniſtæ *pag.* 1506. & 1507.

Chryſoſtomus Henriques, Hiſpanus, Monachus & Ordinis Cisterciensis, edidit

Eugenij III. & Benedicti XII. Romanorum Pontificum Ordinis Ciſtercienſis vitas in *Fasciculo* Sanctorum dicti Ordinis.

Obiit circa annum Domini 1633. sub Vrbano VIII. Pontifice Maximo.

Christianus Berchtholdus, Germanus, edidit suo vulgari idiomate

Historiam Romanorum Pontificum. Gorlicij anno 1580. in 8.

Floruit sub Gregorio XIII. Pontifice Maximo.

Christophorus Besoldus, natione Germanus, edidit

Romanorum Pontificum seriem & vitas. Argentorati anno 1633. in 12. apud hæredes Zetzneri. Varia eius opera *in Indice Romano*, idcirco cautè legendus est.

Christophorus Marcellus, Patricius Venetus, Archiepiscopus Corcyrensis, edidit

Orationes

Orationes de auctoritate summi Pontificis aduersùs impia dogmata Martini Lutheri. Florentiæ anno 1521. apud hæredes Philippi Iuntæ.

Vixit sub Hadriano VI. Romano Pontifice.

Christophorus Rotiniacus Cosagæus, Præses & Consiliarius Regis Christianissimi, edidit

De re sacerdotali, seu Pontificia commentationem libris 4. exaratam. Parisiis anno 1557. apud Pontium le Preux.

Floruit sub Paulo IV. Romano Pontifice.

Christophorus Seyniarmayn, aliis *de Sancto Germano*, Anglus, scripsit

De vtraque potestate Dialogum.

Concilia Romanorum Pontificum.

Obiit Londini anno Domini 1539. sub Paulo III. Papa.

Christophorus Sarceuicius Masouita, Polonus, Canonicus Cracouiensis, scripsit

Encomium S. Gregorij Magni Papæ. Legitur *in suis Encomijs*, quatuor Doctorum Ecclesiæ.

De Christi fide & Petri Sede librum, ex Simone Starouolscio *libro de scriptoribus Polonicis.*

Vixit sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

Cincionius Comes Philippi II. Hispaniarum Principis Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ ad Paulum IV. Pont. Max. nomine Philippi II. Neapolis Regis & Hispaniarum Principis.

Claudius de Cantiuncula, Iurisconsultus, scripsit

De potestate Papæ, Imperatoris, & Concilij.

Floruit anno Christi 1537. sub Paulo III. Romano Pontifice.

Claudius Robertus, Oniacensis, Sequanus, Societatis Iesu Theologus, edidit Latinè

Clementem IV. hoc est, *Librum de eruditione, vitæ sanctimoniâ, rerum gestarum gloriâ, & pontificatu Clementis IV.* Lugduni apud Ioannem Iulieron 1624. in 12.

Viuit Matriti in Hispania hoc anno 1642. sub Vrbano VIII. Papa.

Claudius Goustæus, Iurisconsultus, & Prætor Senensis, scripsit ad Carolum IX. Francorum Regem.

De potestate regia in Ecclesia Tractatum. Extat *tom.* 1. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluiniſtæ *à pag.* 655. *vsque ad* 673.

Floruit anno Domini 1561. sub Pio IV. Romano Pontifice.

Claudius Marius Aretius, Patricius Syracusanus, edidit

Summi Pontificis liberationem. Venetiis anno 1544.

Floruit sub Paulo III. Romano Pontifice.

Claudius Martinus Baiardus, edidit

De Legato Cardinali à Latere misso Tractatum.

De Cardinalatus officio & origine alterum.

Claudius Picquetus, *Picquet*, Delphinas, Franciscanus, S. Theol. Doctor, scripsit

Vitam Clementis IV. Papæ, quam possidet MS. Lugduni Emblematum facilè Princeps, Renatus Gros à S. Ioyrio, Eques Michaëlinus, incipit: *Cùm aliæ sint Cæsarum leges*, &c. Legi beneficio dicti Equitis mihi amicissimi, de quo in *Clemente IV.*

Floruit sub Paulo V. Romano Pontifice.

Claudius Rapinus, Parisiensis, Cœlestinus, scripsit

Sermonem de S. Cœlestini V. Romani Pontificis translatione.

Obiit Parisiis anno Christi 1494. sub Alexandro VI. Papa, vt constat *ex historia Cœlestinorum*, quam vidi apud R. P. Benedictum Gononum MS.

Claudius Robertus, Lingonensis, Campanus, Canonicus, Maior Archidiaconus, & Vicarius Generalis Cabilonensis, edidit

Romanorum Pontificum Catalogum à S. Petro vsque ad Vrbanum VIII. Legitur ante eius opus nunquam satis laudatum, nuncupatum *Gallia Christiana*, Parisiis 1626. fol. apud Sebastianum Cramoisy *edita.*

Obiit Cabilone in Palatio Episcopali anno Incarnationis 1637. die 16. Maij, circa horam meridianam, sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa: sepultus est in Ecclesia Cathedrali S. Vincentij propè Cathedram prædicatoriam, absque vlla inscriptione.

Claudius Rota, Gallus, Dominicanus Lugdunensis, edidit

Quorundam sanctorum Romanorum Pontificum vitas, libro de

de Sanctorum vitis, edito Lugduni 1519. cum *historia Lombardica* Iacobi de Voragine, Dominicani, Archiepiscopi Genuensis.

Vixit sub Leone X. Romano Pontifice.

S. Clementis I. vita. Extat *in Menologio Græcorum* die 24. Nouembris. Romæ MS. in Bibliotheca Barberina asseruato.

Clementis V. Conclaue, & Tractatus de eiusdem, & Benedicti XIII. schismate. Asseruantur MSS. Romæ in eadem Bibliotheca Barberina.

Clementis VII. Conclaue, Diarium & Itineraria, MSS. Romæ in eadem Bibliotheca Barberina, necnon in Vaticana.

Clementis VIII. Conclaue & Diaria MSS. in Bibliotheca Vaticana, & in illa Eminentissimi Principis Francisci Card. Barberini, Litteratorum Patroni munificentissimi.

Clementis VIII. Ferrariam petentis & ingredientis *Apparatus & forma.* Prohibetur *in Decreto* 12. Decembris 1624.

Cœlestinus V. Papa. vide *lib.* 1. huius Bibliothecæ *v. C.*

Cœlestinus Telera, Sipontinus, Abbas Ordinis Cœlestinorum, edidit Latinè

S. Cœlestini V. Papæ vitam, legitur ante opera dicti Cœlestini Papæ, quæ prælo mandauit Neapoli anno 1640.

Viuebat anno 1640. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

S. Cœllachus, natione Scotus, Benedictinus, Merciorum Episcopus, scripsit

De prærogatiua S. Petri Apostoli librum.

Claruit anno Domini 657. sub S. Vitaliano Romano Pontifice.

Compendiosa Chronica de gestis Romanorum Pontificum, Regum Francorum & Anglorum. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti *vol.* 367 *n.* 4.

Concilia Generalia & Prouincialia Seuerini Binij Parisiis 1636. in fol. *tom.* 9. Græco-Latina apud Carolum Morellum edita.

Conclauia tria, id est, *tres historiæ narrationes*, de tribus trium Pontificum Romanorum, nempe Vrbani VII. Gregorij XIV. & Clementis VIII. electionibus ex Italico, in quo primùm fuerant *conscriptæ*, sermone in Latinum fideliter *translatæ*. Francofurti typis Palthenij 1617. in 4.

Concordata inter Leonem X. Papam, & Franciſcum I. Francorum Regem Chriſtianiſſimum, in 8.

Concordata nationis Germanicæ cum ſancta Sede Apoſtolica, pro ipſius Eccleſiæ vnione, ac pace & tranquillitate inter eandem & nationem prædictam perpetuò confouendis inita, concluſa, & accepta. Coloniæ apud Gymnicum 1586. Acceſſit *Declaratio* Gregorij XIII. Pontificis Maximi. Coloniæ 1590.

Concordiæ inter Alexandrum III. & Federicum Imperatorem Venetiis confirmatæ *Narratio*. Pariſiis in fol.

Conradus Clingius, Germanus, edidit

De Romano Pontifice lib. 3. *de locis communibus* contra Hæreticos. Eius opera prohibentur *in Indice Romano*, donec expurgentur.

Conradus à Mure, Germanus, Cantor & Canonicus Tigurienſis, ſcripſit

Romanorum Pontificum & Imperatorum catalogum.

Vixit anno Chriſti 1273. ſub Gregorio X. Romano Pontifice.

Conradus Tregarius, Heluetius, Auguſtinianus, ſacræ Theologiæ Doctor, ac Superioris Germaniæ Prouincialis, ſcripſit ad Fabianum de Montefalcone Epiſcopum Lauſanenſem.

De Eccleſiæ, Papæ & Conciliorum auctoritate librum Argentinæ excuſum.

Floruit anno Domini 1525. ſub Clemente VII. Romano Pontifice.

Conradus Vegerius, ſcripſit Latino ſermone

De Aduentu Hadriani VI. Papæ ad Vrbem librum.

Orationem funebrem Hadriani VI. Romani Pontificis in Reuerendiſſ. S.R.E. Cardinalium conſeſſu Romæ habitam.

Viuebat ſub Clemente VII. Summo Pontifice.

Conſiſtoria, ſeu *Diaria Romanorum Pontificum*, MSS. in Vaticano aſſeruata.

Conſtantinus Bellottus, natione Italus, Monachus Caſſinenſis, edidit aduersùs Cardinalem Baronium.

Apologeticum monachiſmi S. Gregorij Magni Papæ.

Viuebat

Viuebat sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

Constantinus Caietanus Syracusanus, Siculus, Abbas S. Baronti Congregationis Cassinensis S. Benedicti, & Præsidens Collegij Gregoriani in Vrbe, edidit

Libros 2. pro Ioanne Diacono S. R. E. Cardinali, *de S. Gregorij Magni, eiúsque discipulorum monachatu Benedictino*, Paridi Londrouio Archiepiscopo Salzburgensi, Salzburgi 1620. in 4.

Sanctissimi D. N. Gelasij Papæ II. sacri Montis Cassini Monachi, ex Caietanis vrbis Caiettæ Ducibus, Campaniæ Principibus, vitam, à Pandulpho Pisano eius familiari *conscriptam*, nunc primùm *editam, & Commentarijs illustratam*, à Domino Constantino Caietano, &c. Romæ ex Officina Typographica Caballina 1638. in 4. Latinè. Possideo beneficio Auctoris.

Acta S. Gregorij Magni Papæ.

Acta S. Petri Cœlestini V. Papæ.

Vitam Bonifacij VIII. Papæ ex eadem familia Caietana, cum Apologia pro eiusdem Bonifacij ingressu ad Pontificatum legitimo, prudenti regimine, & glorioſa morte.

De sacrosancta Basilica Vaticana.

De erectione Collegij Gregoriani in Vrbe, Epistolam Encyclicam. Romæ ex Typographia Cameræ Apostolicæ 1622. in 4.

Viuit Romæ senex hoc anno 1642. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Constantinus Cominatus, Achaiæ & Macedoniæ Dux, Philippus Dux Burgundiæ, & alij Maximiliani I. Imperatoris & Caroli Principis Hispaniarum Oratores scripserunt

Orationes habitas Romæ ad Iulium II. Pont. Max. ex Abrahamo Bzouio *in Pontifice Romano.*

Constantinus Ebulus, Theologus, edidit

Orationem de virtute clauium, & Bulla condemnationis Leonis X. Romani Pontificis contra Lutherum Hæresiarchum. Prodiit in 4.

Vixit tempore Pontificatus Leonis X.

Constantinus Magnus, Imperator Christianissimus, edidit

Dogma, seu Decretum Regium, scriptum, factum, & traditum sacræ & sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ. Extat MS. Græcè Romæ in Vaticano, Florentiæ in Bibliotheca San-Laurentiana Medicæa, & Heildebergæ in Germania, & alibi. Reperiuntur verò editæ Constantini Magni & Othonis III. Imperatorum *Donationes* Sylvestro Romano Pontifici, & Ecclesiæ Romanæ, factæ, Græcè & Latinè cum *Notis*, typis Hottardi Vœgelij in 4.

Obiit anno Domini 337. die 21. vel 22. Maij, sub Iulio I. Papa.

Constantius Cangenus, Cæsenas, edidit

Panegyricum Gregorio XIII. Pont. Max.

Controuersia Ferrariensis, *Responsum iuris feudale*, in causa Sereniſſimi D. Cæsaris Ducis Ferrariæ contra Clementem VIII. Romanum Pontificem, Francofurti 1606. in 4. sumptibus & typis Ioannis Spiesſei.

S. Cornelij Passio, incipit, *Temporibus Decij Cæsaris Maximi persecutio*, &c. Extat Romæ in Bibliotheca Barberina *in Sanctuario Magno*, MS signato 925. *fol.* 254. ad diem 18. Kalend. Octobris.

Cornelius Aurelius Goudanus, Batauus, Canonicus Regularis S. Augustini, scripsit *ex Athenis Belgicis* Franciſci Svvertij

De S. Cornelio Papa & Martyre.

Floruit sub Leone X. Romano Pontifice.

Cornelius Crocus, Amstelodamus Batauus, S. I. Theologus, edidit

De Romano Pontifice, in libro de Ecclesia, Coloniæ typis Kymnici, edito.

Obiit Romæ anno salutis 1550. sub Iulio III. Papa, vt puto.

Cornelius Frangipanus, edidit Italico sermone.

Historiam Alexandri III. Papæ contra narrationem Baronianam tom. 12. Annalium insertam. Venetiis in 4.

Vixit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

Cornelius Luminæus à Marca, Belga, Monachus Benedictinus Monasterij S. Petri in Monte Blandino, scripsit

Corollarium Apostolicum, seu Panegyrim sacram, Apostolorum Principibus, adornatam.

Floruit

Floruit anno Domini 1625. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Cornelius Musius, Delphensis, Batauus, Presbyter & Theologus, edidit

Hymnum de S. Cornelio Papa & Martyre.

Martyrio coronatur Lugduni Batauorum anno Domini 1572. die 10. Decembris, sub Gregorio XIII. Romano Pontifice.

Cosmas Facellius, Hetruscus, Carmelita Pisanus, scripsit Italicè

S. Dionysij Papæ vitam. Legi *in suo Nouo Legendario* vitarum Sanctorum & Sanctarum, Beatorum & Beatarum, Ordinis Carmelitarum, asseruato MS. in fol. Pisis in Bibliotheca nostra Carmelitana.

Obiit Pisis anno Christi 1632. die 16. Septembris, sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa: sepultus est apud suos.

Cunerus Petrus, Zelandus, Episcopus Leouardiensis, scripsit

De Romano Pontifice, in vera Christi Ecclesiæ designatione Louanij anno 1568. in 8. Coloniæ 1567. edita.

Obiit Coloniæ anno gratiæ 1580. die 15. Februarij, sub Gregorio XIII. Papa.

Cynus Campanus, Auximas, Italus, edidit

Orationem de laudibus Pauli IV. Romani Pontificis. Prodiit Latinè Coloniæ Vbiorum apud Ioannem Kinkium ann. 1612. in 4. cum aliis Auctoribus, qui de Paulo IV. scripserunt, sub quo vixisse constat.

Cyprianus Benetus, Arragonius, Dominicanus, Theologus, edidit

Hortatoriam vehementem Hadriano VI. Papæ ad accelerandum suum iter. Prodiit in 4.

De Pontificis Maximi potestate, de Papæ dominio, deque prima Orbis Sede.

Vixit sub Hadriano VII. summo Pontifice.

S. Cyprianus, Carthaginensis Episcopus Græcus, Martyr, scripsit inter alia

De electione S. Cornelij Papæ in epistola 52.

De vnitate Ecclesiæ librum.

Martyrij palmam adeptus anno Domini 259. Baronio 261. 18. Calendas Octobris, sub S. Dionysio Papa.

Cyprianus

Cyprianus Rudniſchus, Ruthenus, Monachus Ordinis S. Baſilij, & Collegij Romani Græcorum Alumnus, edidit

In Sacellum Paulinum, Carmina Latina, quæ leguntur apud Bzouium *in Pontifice Romano*.

Vixit Romæ ſub Paulo V. Papa.

S. Cyrillus, Epiſcopus Hieroſolymitanus, Græcus, ſcripſit

De S. Petro Apoſtolo, & Simone Mago, Catecheſi VI.

Floruit ſub Pontificatu S. Damaſi I. Papæ.

S. Cyrillus, Græcus, Conſtantinopolitanus, Prior Generalis 3. Ordinis Carmelitarum, ſcripſit

De quindecim Romanis Pontificibus Vaticinia, quæ *commentarijs* illuſtrauit Ioachimus Abbas Florenſis, Calaber.

Obiit in Monte Carmelo circa annum ſalutis 1225. die 6. Martij, ſub Honorio III. Pontifice Maximo.

D.

DAMASVS Epiſcopus Portuenſis, S. Hieronymo æqualis, ſcripſit rudi ſtylo

Romanorum Pontificum vitas; quæ falsò tribuuntur S. Damaſo Papæ, vt diximus lib. 1. *huius Bibliothecæ, v. Damaſus*.

Claruit ſub S. Damaſo Papa.

Damianus, Religioſus, Arnoldi Abbatis Niniuenſis Ordinis Præmonſtratenſis frater, compoſuit

Sanctorum Cornelij & Cypriani Martyrum officium, quod adhuc hodie Religioſi Niniuenſes per octauam decantant, vt teſtatur Franciſcus Svvertius *in Athenis Belgicis, v. D.*

Floruit ſub Alexandro III. Romano Pontifice.

Dauid Bettonus, San-Andreanus, Scotus, Orator Iacobi Regis Scotorum ad Franciſcum I. Regem Chriſtianiſſimum miſſus, Epiſcopus Mirapicenſis in Gallia, Archiepiſcopus San-Andreanus in Scotia, tandem S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Stephani in Cælio monte à Paulo III. creatus, ſcripſit

De Primatu S. Petri librum, ex Thoma Dempſtero *lib. 12. hiſtoriæ Gentis Scotorum*.

Martyrium paſſus eſt die 8. Maij, anno ſalutis 1546. furore hære

hæreticorum Caluinianorum, sub Paulo III. Papa.

Dauid Camerarius, vulgo *Chalmer*, natione Scotus, patriâ Aberdonensis, scripsit Gallicè

Epitomen Romanorum Pontificum, &c. librum 1. ex Thoma Dempstero *lib. 3. historiæ Ecclesiasticæ Gentis Scotorum. v. C.*

Claruit in Gallia anno Domini 1572. sub Gregorio XIII. Papa.

Dauid Crinitus, Nepomucæus, scripsit

SS. Apostolorum vitas, quas Germanicè vertit Ioannes Auenarius, Auctor damnatus, anno 1582. in 12.

Dauid Kineardus, Scotus, Societatis Iesu Theologus, scripsit

De capite Ecclesiæ, librum 1.

Viuebat sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Max.

Decius Memmolus, Presbyter Beneuentanus, Patritius Arianensis, Pauli V. à secretis ad Principes, & Canonicus Ecclesiæ Liberianæ, edidit Italicè

De Basilica S. Mariæ Maioris Dialogum.

Obiit Romæ anno Domini 1631. 13. Kal. Iulij, ætatis 51. sepultus est in Basilica Liberiana in tumulo marmoreo cum Epitaphio in *in Apibus Vrbanis*, Leonis Allatij, relato.

Decreta sacræ facultatis Theologiæ Parisiensis, *de potestate Ecclesiastica, & Primatu Romani Pontificis, contra Sectarios huius seculi.* Extant *tom. 2. Monarchiæ prohibitæ*, Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 1524. *vsque ad* 1527.

Decreta Concilij Turonensis, *contra plenitudinem Papalis potestatis in temporalibus.* Habentur *tom. 2. Monarchiæ*, Goldasti Auctoris prohibiti *à pag.* 1651. *ad* 1654.

Decretum Concilij Constantiensis, *super futuris Concilijs celebrandis, & prouisione aduersùs futura schismata.* Habetur *tom. 2. Monarchiæ*, Goldasti Cauinistæ *à pag.* 1459. *vsque ad* 1461.

Desiderius Erasmus Roterodamus, scripsit

De S. Petro. Varia eius *opera*, prohibentur *in Indice Romano.*

Obiit Basileæ Heluetiorum anno Christi 1536. 4. Idus Iulij, iam septuagenarius, sub Paulo III. Papa: sepultus est in Cathedrali cum Epitaphio *in Athenis Belgicis* Franciſci Svvertij relato.

Dialogus de morte Iulij II. Papæ. Prohibetur *in Indice Romano.*

Diaria varia *Romanorum Pontificum*, MSS. in Vaticano, & in Bibliotheca Barberina.

Diarium rerum Florentinarum, MS. in Vaticano.

Didacus Lupi Galliciæ Vicerex, Gundisaluus Fernardi Archiepiscopus Tarraconensis, Bernardus Caruaial, & Ioannes Methina Episcopus Pacensis, Oratores Romani Ferdinandi Regis Hispaniarum, scripserunt,

Orationes habitas Romæ ad Alexandrum VI. Rom. Pont. ex Abrahamo Bzouio *in Pontifice Romano.*

Didacus Pacettus, Emanuelis Lusitaniæ Regis Orator, scripsit

Orationem habitam nomine Regis ad Iulium II. Romanum Pontificem.

Floruit sub dicto Iulio II. Papa.

Didacus de Roserio, Lusitanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, scripsit

Determinationes quorundam Doctorum de differentia inter Eugenium IV. Romanum Pontificem, & Concilium Basilicense. Extabant MSS. Romæ in Bibliotheca Cardinalis Ascanij Columnæ.

An sit ille, qui edidit Lusitanicè anno 1563. *vitas Sanctorum*, nihil explorati habeo.

S. Dionysius, Areopagita, cognomento Ionius Athenienſis, Græcus Proto-præsul Parisiensis, scripsit

De S. Petro, libro de diuinis nominibus.

Martyr effectus est Parisiis, anno salutis 120. die 9. Octobris, ætatis circiter 110. sub S. Anacleto summo Pontifice.

Dionysij epistola de morte Apostolorum Petri & Pauli.

Dionysius Faber, Gallus, Prior Cœlestinorum Parisiensium, scripsit tum prosâ, tum versu,

S. Cœlestini V. Romani Pontificis vitam. Prodiit Parisiis.

Obiit Parisiis anno Domini 1538. sub Paulo III. Papa.

B. Dionysius de Leeuuis, patriâ Rickelius, Ordinis Carthusianorum, Theologus Diuinus, scripsit

De auctoritate & officio summi Pontificis, librum 1.

De potestate & iurisdictione summi Pontificis librum alterum.

Obiit in Carthusia Ruræmundana anno Christi 1471. die 12. Maij, ætatis suæ 77. sub Paulo II. Papa.

Dionysius

Dionysius Petauius, Aurelianensis, Societatis Iesu, Theologus, edidit

De laudibus Vrbani VIII. Pontificis Maximi Odas 2. Leguntur *in sacra Poësia*, Parisiis apud Sebastianum Cramoysi 1642. edita.

Viuit Parisiis hoc anno 1642. sub Vrbano VIII. Papa.

Dionysius Saluagnius Boëssius, Gratianopolitanus, Delphinas, Eques, & Proto-præses Cameræ Computorum Delphinatus, Ludouici XIII. Regis Galliarum & Nauarræ Christianissimi, ad S. D. N. Vrbanum VIII. Pont. Max. Orator, edidit

Orationem obedientialem, quam habuit Romæ in Aula Regia Vaticana ad Vrbanum VIII. PP. die 25. *Iunij* 1633. *Carolo Crequio Lesdigueriarum Duce*, &c. Romæ 1633. in 4. etiam Gratianopoli apud Petrum Verderium 1633. in 4. Parisiis Gallicè 1633. apud Guilielm. Pelé, Interprete D. Pelletier.

Viuit Gratianopoli hoc anno 1642. sub Pontificatu Vrbani VIII. Papæ.

Dominicus Bannes, Hispanus, Dominicanus, Theologus Salmantinus, edidit

Romanorum Pontificum Catalogum. Legitur ante eius *opera Theologica.*

De Romano Pontifice, in secundam secundæ D. Thomæ *q.* 1. *art.* 10.

Viuebat sub Gregorio XIII. Romano Pontifice.

Dominicus Capranica, Romanus, Episcopus Firmanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, tit. S. Crucis in Hierusalem, Maior Pœnitentiarius, scripsit

Introductorium de Pontificatu regendo.

Obiit Romæ anno Christi 1458. paulo post obitum Calisti III. Papæ: sepultus in Basilica S. Mariæ super Mineruam, in Sacello S. Catharinæ Virginis marmoreo sepulchro muro affixo, cum insignibus & Epitaphio *in nostra Bibliotheca Cardinalitia*, apposito.

Dominicus de Dominicis, aliis *de Monte*, Venetus, Episcopus Torcellanus, deinde Brixiensis, scripsit

Tractatum de potestate Papæ. Incipit, *Gessit*, &c. Extat MS. Patauij in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis.

Tractatum alterum de poteſtate Papæ & Cardinalium, incipit, *Mortali*. Extat MS. ibidem.

De creatione Cardinalium Tractatum, ſeu Concluſionem, incipit, *Quia nonnulli manus Sampſonis*, &c. Extat MS. ibidem. Item in Bibliotheca Benedicti Saluatici Medici, & in illa S. Ioannis in Viridario, *ex Bibliothecis Patauinis* Iacobi Philippi Tomaſini.

Apparatus, ſeu *Gloſſas* factas ad requiſitionem Sereniſſimi D. Frederici Romanorum Imperatoris, dum eſſet apud eundem Imperatorem, Orator Apoſtolicus cum poteſtate Legati à Latere, incipit, *Concedit Papa Frederico Imperatori, & Leonoræ vxori eius indultum*, &c. Extant Patauij MSS. in Bibliotheca S. Ioannis in Viridario.

De Concilio & ipſius ac Summi Pontificis poteſtate Tractatum, incipit, *Sæpenumerò inter doctiſſimos viros de Summorum Pontificum, & generalium Conciliorum poteſtate certatum*, &c. Extat MS. ibidem.

De reformationibus Curiæ Romanæ, ad SS. D. Pium II. incipit, *Zelus domus tuæ comedit me*, &c. MS. ibidem.

Expoſitionem Pſalmi centeſimi ad propoſitum regiminis, quod D. Papa ſeruare debet, & quicunque alius Princeps. Pſalmus eſt, *Miſericordiam & iudicium cantabo*, incipit, *Vltimò proiſtis reformationibus offero D. N. Papæ.* MS. ibidem.

Tractatum de electione Cardinalium, incipit, *Gratia collationis & inquiſitionis pone infraſcriptam concluſionem.* MS. ibidem.

Floruit ſub Pio II. Pontifice Maximo.

Dominicus Fontana, natione Italus, profeſſione Architectus, edidit Italicè

De tranſlatione Obeliſci Vaticani & Fabricæ D. N. Papæ Sixti V. ſub quo floruit.

Dominicus Reccaneus, Anconitanus, Collegij Romani Græcorum Alumnus, edidit

In Sacellum Liberianum Pauli V. Papæ, Carmina Græca, quæ leguntur apud Bzouium *in Pontifice Romano.*

Floruit Romæ tempore Pontificatus Pauli V.

Dominicus Tempeſta, Romanus, edidit Latinè & Italicè

Vitas Romanorum Pontificum à S. Petro vſque ad S. D. N. Clementem

mentem VIII. Romæ apud Hieronymum Franzinum 1597. & 1599. in 8. & Leodij 1597. in 8. Typis Henrici Gouij.
Viuebat sub Pontificatu Clementis VIII.

Donatus Bosius, Mediolanensis, edidit
Elogia Vrbani III. & Alexandri V. Romanorum Pontificum, antea Archiepiscoporum Mediolanensium. Leguntur *in sua historia* Archiepiscoporum Mediolanensium.

S. Dorotheus, Græcus, Tyri Episcopus, scripsit
S. Petri vitam, in Synopsi *de vitis Apostolorum.*
Vixit sub S. Caio Romano Pontifice.

E.

EDMVNDVS RICHERIVS, natione Campanus, Doctor ac Syndicus Sorbonicus, edidit
De Ecclesiastica & Politica potestate librum. Parisiis 1611. & *tom. 3. Monarchiæ* Goldasti Caluinistæ. Prohibetur *in Decreto* 2. Decembris 1622.
Vixit Parisiis sub Paulo V. Romano Pontifice.

Egesippus, temporum Apostolorum Vicinus, scripsit sermone simplici
De rebus gestis S. Petri Apostoli lib. 3. cap. 11. de Excidio Hieroroſolymitano. Extant *tom. 7. Bibliothecæ Patrum edit. 2. & 4.* Censentur à Cardinali Bellarmino *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, alterius Egesippi. Item
De Summis Pontificibus à S. Petro vsque ad S. Anicetum, in sua historia Ecclesiastica.
Floruit anno Domini 177. sub S. Sotero Rom. Pont.

Elias de Bordeilles, Petragoricensis, Gallus, Franciscanus, ex Episcopo Petragoricensi Archiepiscopus 91. Turonensis, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Luciæ in Silice, scripsit
De potestate Papæ Tractatus plures.
Obiit anno Christi 1483. vel 1484. die 5. Iulij sub Sixto IV. Papa: sepultus est in sua Cathedrali Turonensi.

Elpis, Itala, vxor Seuerini Boëtij Martyris clarissima, scripsit
De SS. Petro & Paulo Apostolis Hymnum, quo vtitur Ecclesia.

Claruit sub Ioanne I. Romano Pontifice. Vide quæ dicemus de ea, *in nostra Bibliotheca Feminea.*

Elzear Doraizon, Dominus Dantrages, Prouincialis, aliàs Consiliarius, & Aduocatus Regius, postea ciuis Massilienſis, scripsit Gallico sermone

Summorum Pontificum Catalogum ab Adamo vsque ad Paulum V. Papam. Vnâ cum tractatu *de statu Ecclesiæ Militantis.* Lugduni typis Claudij Prost 1641. in 4.

Vixit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

Engelbertus, Monachus Benedictinus, S. Matthiæ Treuirensis, & Abbas Morellanus, scripsit

Vitam S. Petri Apostoli, in suis Apostolorum vitis.

Florebat anno Incarnationis Dominicæ 687. sub Ioanne X V. Papa.

Enguerrandus Monstreletus, Camæracensis, Gallo-Belgicus, scripsit

De ceremonijs electionis Ioannis XXIII. Papæ, volumine I. historiæ Gallicanæ, cap. 62.

Floruit anno Domini 1444. sub Eugenio I V. Romano Pontifice.

S. Ephræmus, Græcus, Archiepiscopus Chersonensis & Martyr, scripsit

De Martyrio S. Clementis I. Papæ, & de miraculo facto erga puerum, librum 1. Extat MS. Augustæ Vindelicorum in Bibliotheca publica *num.* 44. & Messanæ in Sicilia.

S. Epiphanius, patriâ Phœnicianus, Episcopus Salaminus, scripsit

De S. Petro & Simone Mago, lib. 1. *aduersùs hæreses, hæresi* 21. *per totum.*

Vixit sub S. Siricio Papa, obiit anno ætatis 115. & mensibus 3.

Eraſmus Eiſlek, Polonus, Episcopus Plocensis, scripsit

Expeditiones ad Leonem X. Papam nomine Regis Poloniæ. Extant MSS. Heildebergæ in Bibliotheca Palatina, nunc Romæ in Vaticano.

Claruit sub prædicto Leone X. Romano Pontifice.

Eraſmus Vitellius, Alexandri Magni Lituaniæ Ducis Orator, scripsit

Orationem

Orationem Alexandro IV. Pont. Max. nomine Ducis Lituaniæ dictam, Latinè.

Alteram Iulio II. Regis Poloniæ nomine, ex Bzouio *in Romano Pontifice.*

Euagrius Epiphanienſis, cognomento *Scholaſticus*, ſcripſit

De Romanis Pontificibus, in hiſtoria Eccleſiaſtica.

Vixit anno Chriſti 596. ſub S. Gregorio Magno Papa.

S. Eucherius, Epiſcopus 20. Lugdunenſis, ſcripſit inter alia

De S. Petro Apoſtolorum Principe Homiliam pereruditam. Legitur inter Homilias, quæ habentur *tom. 2. Bibliothecæ Patrum.*

Obiit anno Domini 449. *ex Chronico Maximi*, vbi perperam vocatur *Euſebius*, ſub S. Leone Magno Papa.

Eugenij IV. Oratoribus *Reſponſio Synodalis*, Baſileæ data. Prohibetur *in Indice Romano.*

Euſebius, ſcripſiſſe exploratum habeo

De Crucis Domini myſterio & Apoſtolorum, præcipueque Petri conſtantia, fidei virtute adepta.

Euſebius cognomento, Pamphilus, Græcus, Epiſcopus Cæſareæ in Cappadocia, ſcripſit Græcè

Sermonem in S. Syluestrum I. Papam de dogmate & in miracula & medelas Conſtantini Imperatoris. Extat M S. in Bibliothecis Scoriaci Regis Catholici, & Meſſanæ in Sicilia.

De S. Petro & Simone Mago, libro 2. *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap.* 12.

Vixit ſub S. Syluestro I. Romano Pontifice.

Euſtachius Boius, Philippolitanus, Collegij Romani Græcorum Alumnus, edidit

In Sacellum Liberianum Pauli V. Pont. Opt. Max. Carmina Latina, quæ habentur *in Pontifice Romano* Bzouij.

Vixit Romæ ſub Paulo V. Papa.

Eutropius, Presbyter, Longobardus, ſcripſit

Tractatum de iuribus ac priuilegijs Imperatorum in Imperio Romano. Incipit, *Priſcis temporibus Imperiale decus*, &c. Legitur *tom.* 1. *Monarchiæ*, Melchioris Goldaſti Caluiniſtæ *pag.* 8. 9. 10. & 11.

Claruit anno Domini 900. ſub Pontificatu Romani Papæ.

SANCTVS

F.

SANCTI FABIANI Papæ *vita.* Legitur *in Menologio Græcorum,* MS. Romæ asseruato in Bibliotheca Barberina, die 5. Augusti.

Fabianus Strada, Italus, Societatis Iesu Theologus, edidit

Orationem Latinam, quam habuit Romæ in Basilica Vaticana ad S. R. E. Cardinales in funere Gregorij XV. Pontificis Maximi. Romæ anno 1623. in 4. typis Alexandri Zanneti.

Vixit sub S. D. N. Vrbano VIII. Pontifice ter Maximo.

Fabius Leonida de S. Flora, Italus, Iurisconsultus, scripsit

In laudem D. Gregorij Magni Poëma Italicum, ex Leone Allatio *in Apibus Vrbanis, v. F.*

Viuebat anno Christi 1632. sub Vrbano VIII. Papa.

Fabius Paulinus, Vtinensis, edidit

In Sanctissimi ac Beatissimi Patris Clementis VIII. Pont. Opt. Max. ad receptam Ferrariam Augustissimo aduentu Eeridanum. Venetiis anno 1598. in 4.

Claruit sub Clemente VIII. Papa.

Fantinus Valaressus, Archiepiscopus Cretensis, ac Apostolicæ Sedis Legatus, scripsit

De auctoritate Sedis Apostolicæ librum 1. incipit, *De Ordine,* &c. Extat MS. Patauij in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis.

Claruit anno salutis 1442. sub Eugenio IV. Pontifice Maximo.

Federicus Albergatus, Italus, edidit Latinè

Orationem habitam Bononiæ 9. Kalend. Augusti 1624. in funebri commemoratione Gregorij XV. Pontificis Maximi. Bononiæ 1624. in 4.

Viuebat sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Felix Contelorius Cæsius, Iuris & S. Theologiæ Doctor, & ex Custode Bibliothecæ Vaticanæ Cameræ Apostolicæ Commissarius, edidit

Vitam Martini V. Papæ. Romæ anno 1641. in 4. apud Andream Phæum.

Elenchum

Elenchum Eminentißimorum & Reuerendißimorum S. R. E. Cardinalium ab anno 1294. *ad annum* 1430 *ex Bibliotheca Eminentißimi Cardinalis Barberini S. R. E. Vicecancellarij.* Romæ 1641. in 4. apud Andream Phæum.

Elenchum alterum Eminentiſſ. ac Reuerendiſſ. S. R. E. Cardinalium à Martino V. vſque ad hæc tempora.

De rebus geſtis Alexandri III. Papæ ab anno 1175. *vſque ad annum* 1178.

Notas & animaduerſiones ad Fortunati Vlmi libellum de Alexandri III. occulto aduentu Venetijs 1177. Ex quibus proſtat liber hoc titulo:

Concordiæ inter Alexandrum III. ſummum Pontificem, & Fridericum I. Imperatorem Venetijs confirmatæ narratio ad veritatis ſcriptum ſtabilita. Criminationes ab Auctore Actorum Alexandri III. & Chronico Romualdi Archiepiſcopi Salernitani depulſæ. Cæſaris Cardinalis Baronij auctoritas à calumnijs vindicata, ex Notis & animaduerſionibus Felicis Contelorij, Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtodis, ad Fortunati Vlmi libellum, de Alexandri III. occulto aduentu Venetias anno 1178. Pariſiis apud Dionyſium de la Noüe 1632. in fol.

Acta aduerſa Hadriani VI. Leonis X. & Clementis VII. Aſſeruantur MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina, *ex relationibus*, D. mei Gabrielis Naudæi Pariſini.

Viuit Romæ hoc anno 1642. ſub Vrbano VIII. Papa.

Felix à Maida, Hiſpanus, Ordinis Minorum S. Franciſci de Paula, ſcripſit

Lachrymas S. Petri & Magdalenæ metricè, ex Franciſci Lanouij Pariſini *Chronico Minimorum.*

Ferdinandus Carolus, Parmenſis, edidit Latinè

Typum Vaticani templi. Romæ 1621. in fol. expanſo.

Templum Vaticanum, Ferdinandi Caroli ſtylo, Martini Feraboſchi cœlo expreſſum, volum. 1. ſect. 1. Romæ 1622. in folio magno.

Campus Vaticanus, vol. 1. ſect. 2. cap. 11.

Locus, vbi S. Petrus Cruci ſuffigitur, eiuſdem vol. & ſect. cap. 9. apud Ioannem Seueranum Presbyterum Oratorij in 1. vol. *de ſeptem Vrbis Eccleſijs*, Italicè edito, vulgata ſunt,

Templum Vaticanum, tribus ingentibus voluminibus expressum, opus varium, & sacræ omnis eruditionis plenum, vt in Typo Vaticani Templi innuitur.

Breuiarium actorum Pauli V. Pontificis Maximi.

Breuiarium actorum Pauli V. cum Venetis. Auctor Solfridus Duncarena.

Bibliotheca Vaticana à B. Petro ad Vrbanum VIII. Pontificem Maximum, seruata ratione temporum.

Oratio Panegyrica in Decennalia Vrbani VIII.

Claruit anno Domini 1632. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Ferdinandus de Castro Palao, Legionensis, Hispanus, Societatis Iesu Theologus, edidit

De Romano Pontifice tractat. 4. de fide, disput. 2. punct. 5. §. 2. & seqq.

Viuit sub Vrbano VIII. Romano Pontifice.

Ferdinandus Menesius, Sebastiani Portugalliæ & Algarbiorum Regis Orator, edidit

Orationem, quam habuit Romæ in Aula Regia nomine dicti Regis ad Pium V. Papam.

Vixit sub Pio V. Romano Pontifice.

Ferdinandus Vellascus, Ioannis II. Lusitaniæ & Algarbiorum Regis Orator, edidit

Orationem habitam Romæ in Aula Regia nomine dicti Regis ad Innocentium VIII. Pontificem Maximum, sub quo vixit.

Ferdinandus Velloſillus, Italus, Episcopus Lucensis, edidit

Defensionem S. Gregorij Magni, libro, cui titulus est, *Aduertentiæ Theologiæ Scholasticæ in B. Chrysostomum, & quatuor Doctores Ecclesiæ*, quibus præcipuè sacræ tum Scripturæ, tum Theologiæ disputationes soluuntur, ac materiæ potissimùm sæculo controuersæ diligenter pertractantur, prædictique Patres à calumniatoribus eruditissimè defenduntur. Venetiis 1601. sub Ecclesiæ signo in fol.

Ferdinandus Vghellus, Florentinus, Monachus Ordinis Cisterciensis, & Abbas trium Fontium extra muros Romæ, edidit

Additiones ad Ciaconium de Romanis Pontificibus, ac Eminentiss. S. R. E. Cardinalibus, Romæ Typis Vaticanis 1630. in fol.

Cardi

Cardinalium Elogia, qui in S.R.E. ex Ordine Cistercienſi floruêre. Florentiæ apud Falcinum 1624. in fol.

Romanorum Pontificum, & S.R.E. Cardinalium vitas, in Epitomen redactas, in quibus præter innumeros Ciaconiani operis errores ſublatos, plurimorum Cardinalium nomina, cognomina, patriæ, ſtemmata, & tituli, creationis, obitúſque dies veriſſimè recenſentur, quorum certa apud recentiores Auctores non extat memoria.

Viuit Romæ hoc anno 1642. ſub Vrbano VIII. Rom. Pont.

Ferius Hilpericus, natione Germanus, ſcripſit

Hiſtoriam Leonis III. Papæ, & Caroli Magni Imperatoris, quæ aſſeruatur MS. in Bibliotheca Monaſterij S. Galli in Heluetia, *ex Apparatu ſacro* Antonij Poſſeuini.

Flaminius Cereſola, Bergomas, Theologiæ, & I.V. Doctor, edidit

De ſignis honoris, & cultus, quæ ſine Romani Pontificis licentia, viris cum opinione ſanctitatis defunctis exhiberi poſſunt.

Viuebat Romæ anno Chriſti 1632. ſub Vrbano VIII. Papa.

Flaminius Figliuccius, Cardinalis Petri Aldobrandini familiaris, ſcripſit

XII. Cardinales creatos ab Vrbano VIII. Pont. Max. Lyricis verſibus laudatos. Romæ apud Maſcardum 1626. in 8. Item

Multorum S.R.E. Card. Elogia, ex Andrea Victorello *Addit.* ad Alphonſum Ciaconiũ, & Leone Allatio *in Apibus Vrbanis.*

Vixit Romæ anno gratiæ 1631. ſub Vrbano VIII. Papa.

Flauius Cherubinus, Italus, edidit

Compendium Conſtitutionum Pontificum Romanorum, quas P. Laurentius collegerat, & in tres tomos digeſtas vulgauerat. Romæ Typis Cameralibus 1623. fol. deinde 1638. fol. curâ Angeli Cherubini.

Claruit Romæ ſub Vrbano VIII. Summo Pontifice.

Florauantes Martinellus, Romanus, edidit

Nonnullas in Ciaconum obſeruationes, cùm ipſa Ciacono 1630. Romæ Typis Vaticanis edito.

Viuebat Romę ann. Domini 1632. ſub Vrbano VIII. Papa.

Florimundus Remundus, Vaſco, Conſiliarius Parlamenti Burdegalenſis, edidit librum Gallicum prænotatum, multum à Cardinali Baronio laudatum.

Error popularis de Ioanna Pseudopontifice, dicta Papissa. Burdegalæ apud Simonem Millangium 1602. in 8. & Coloniæ 1614. in 8. Latinè.

Viuebat sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

Forma resignationis Papatus Ioannis XXIII. in Concilio Constantiensi. Extat MS. Oxoniæ in Collegio Nouo, post *Tractatum* S. Augustini *de X. Chordis vol. 126. n. 5.*

Fortunatus Vlmus, Italus, Abbas Benedictinus Congregationis Cassinensis, edidit Italicè

Historiam de occulto aduentu Venetias Alexandri III. Pontificis Maximi. Venetiis anno 1629. Hanc *Notis & Animaduersionibus* exornauit Cl. V. Felix Contelorius, vt suprà diximus.

Viuebat tempore Pontificatus S.D.N. Vrbani VIII.

Franciscus Agricola, Parochus Rhodingensis in Ducatu Iuliacensi, Theologus, edidit

De Primatu Petri Apostoli, & successorum eius Romanorum Pontificum, eúmque Romæ vixisse perpetuò, ex Græcis Latinisque Patribus. Coloniæ anno 1599. & 1605. apud Hermannum Hogberg.

Claruit sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

Franciscus Albertonus, Italus, edidit Italicè

De equitatione Gregorij XIV. facta, dum possessionem Pontificiam adeptus est. Romæ 1590.

Vixit sub prædicto Gregorio XIV. Romano Pontifice.

Franciscus Bencius, ab Aquapendente, Italus, S.I. Theologus, edidit

De Gregorio XIII. Pont. Max. Collegij Romani S.I. Fundatore Elogium.

Laudationem Gregorij XIII. habitam ab vno eius Discipulo in Aula Gymnasij Gregoriani. Extat inter eius *Orationes num. 16.*

Odam ad Gregorium XIII. Pontificem Maximum de translatione S. Gregorij Nazianzeni.

Odam alteram in eandem translationem.

Odam ad eundem Pontificem de Obstetricibus Ægyptijs.

Elogiam ad eundem.

Epigramma ad eundem, qui reliquias Sanctorum Abundij

&

& Abundantij transferri iußit in Ædem nouam S. I. ab Alexandro Farneſio Cardinali ædificatam.

Epigramma ad eundem, quo die inuiſit Ædem S. Hieronymi Illyricorum.

Ad eundem Gregorium Reguli Iapponij.

De Sæcello Exquilino à Sixto V. condito, quod Hieronymus Badeſius verſu heroico ſcripſit.

Epigrammata duo ad Sixtum V. de Obeliſco Vaticano.

Odam in funere Sixti V. Papæ.

Elegiam ad Alexandrum Perretum S. R. E. Cardinalem in tranſlatione Sixti V. Papæ.

De Statua Sixti V. Pontificis Maximi ad ipſius ſepulchrum.

Epigramma de ſepulchris Pij V. & Sixti V. Summorum Pontificum ad præſepe Domini.

Diſticha ad effigies SS. Petri Apoſtoli, & Gregorij Magni.

Anagrammatiſmum Gregorij XIV. Pontificis Maximi. Hæc omnia leguntur inter eius *opera Poëtica.*

Obiit Romæ in Collegio Gregoriano anno Domini 1594. ætatis ſuæ 52. ſub Clemente VIII. Romano Pontifice.

Franciſcus Bocchius, Florentinus, edidit

De laudibus Leonis XI. Pontificis Maximi.

Vixit ſub Paulo V. Romano Pontifice.

Franciſcus Boſquetus, Narbonenſis, Auxitanus I C. Conſiliarius Regis in ſanctiore Conſiſtorio, nunc apud Auguſtam Auſciorum Iuſtitiæ Regiæ Intendens, edidit

Pontificum Romanorum è Gallia oriundorum hiſtoriam ex Cod. MS. nunc primùm editam & Notis illuſtratam. Pariſiis 1632. in 8. Typis Sebaſtiani Cramoiſy.

Vitam Innocentij III. Papæ à quodam Anonymo conſcriptam, & è Codice Fuxienſi, nunc primùm editam præfixit libris 4. Epiſtolarum dicti Innocentij, quos in lucem emiſit. Toloſæ 1632. in fol.

De Romanis Pontificibus in hiſtoria Eccleſiaſtica.

Viuit hoc anno Domini 1642. ſub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Franciſcus Bozzius, Eugubinus, Congregationis Oratorij de Vrbe Presbyter & Theologus, edidit

De temporali Ecclesiæ Monarchia, tom. 1. partem primam. Romæ typis Aloysij Zanneti 1601. in 4.

D. Petri vitam.

Viuebat Romæ anno 1632. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Franciscus Bracciolinus, Pisaurensis, Italus, edidit Italicè

De electione Vrbani VIII. Papæ libros 23. Argumenta *librorum* confecit Iulianus Bracciolinus. De eodem Poëmate *discursum*, addidit Iulius Rospiglioſus. Romæ 1628. in 4.

Claruit Romæ anno Domini 1632. sub Vrbano VIII. Papa.

Franciscus Breuius, Venetus, Episcopus Cæsenas, scripsit

De auctoritate summi Pontificis, librum 1.

Claruit anno Christi 1477. sub Sixto IV. Romano Pontifice.

Franciscus Cabrera Morales, Hispanus, edidit

Continuationem ad historiam Romanorum Pontificum Alphonsi Ciaconij, nempe à Pio III. vsque ad Clementem VIII.

Vixit tempore Pontificatus S. D. Clementis VIII. Papæ.

Franciscus Castalionius, vulgò *Castalion*, Florentinus, Canonicus S. Laurentij, scripsit

Sermonem de vita S. Marci Papæ. Extat M S. Florentiæ *ex Apparatu sacro.* Antonij Posseuini *v.F.*

Franciscus Cauazzonius, Bononiensis, Italus, edidit

Tabulam Pontificum & Cardinalium Bononiensium Bononiæ excusam, sed multis falsitatibus plenam, vt testatur Ciaconius *in Honorij II. Papæ vitam.*

Franciscus Contarenus, Venetorum Orator, edidit

Orationem, quam habuit Romæ in Aula Regia nomine Reipublicæ Venetæ ad Paulum V. Romanum Pontificem.

Claruit sub S. D. Paulo V. Papa.

Franciscus Duarenus, Briocensis, Armoricus, V. I. Doctor ac Professor apud Biturigas, edidit

Aduersùs Romanam Aulam pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ, defensionem Parisiensis Curiæ. Prohibetur *in Indice Romano.*

Obiit anno Christi 1559. sub Paulo IV. Romano Pontifice.

Franciscus

Franciſcus Ducheſnius, Andreæ Filius, in ſuprema Pariſienſium Curia Patronus, & Geographus Regius, edidit poſt mortem Patris

Hiſtoriæ Francorum ſcriptores, vbi varia *de Romanis Pontificibus*, vnâ *cum Epiſtolis Regum, Pontificum*, &c. Lutetiæ Pariſiorum ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy, Typographi Regij anno 1641. in fol. tom. 3. & 4.

Hiſtoriam Romanorum Pontificum à Patre editam, habet paratam, quæ ab omnibus expectatur, ſicuti & alij tomi operis illius eximij hiſtoriæ Francorum ſcriptorum.

Viuit hoc anno ſalutis 1643. ſub Vrbano VIII. Pontifice Maximo.

Franciſcus Godvvinus, Anglus, Epiſcopus Landauenſis, edidit

De Romanis Pontificibus & Cardinalibus Angliæ. Londini 1614. in 4.

Franciſcus Guicciardinus, Patritius Florentinus, ſcripſit

Diſcurſum de origine poteſtatis ſæcularis in Romana Eccleſia. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ*, Melchioris Goldaſti Caluiniſtæ *à pag.* 17. *ad* 22. Eius *hiſtoria Latina* prohibetur.

Obiit Florentiæ anno Domini 1540. ſub Paulo III. Papa.

Franciſcus Hallerius, *Hallier*, Gallus, Doctor Sorbonicus, edidit

De Romano Pontifice, in defenſione Eccleſiaſticæ Hierarchiæ.

Viuit Pariſiis hoc anno 1642. ſub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Franciſcus Haræus, Vltraiectinus, S. Theologiæ Licentiatus, Duacenſis, Canonicus Syluæducenſis, Namurenſis & Louanienſis, edidit

De vitis Sanctorum, ex Laurentij Surij, tom. 7. *Compendium, vbi de ſanctis Romanis Pontificibus.* Antuerpiæ apud Plantinum, anno 1591. in 8. Coloniæ apud Arnoldum Quentelium 1605.

Vixit ſub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

Franciſcus Horantius, Hiſpanus, Franciſcanus, Theologus, ſcripſit

De Romano Pontifice, lib. 6. *de locis Catholicis.* Venetiis 1564.

Viuebat ſub Pio V. ſummo Pontifice.

Franciſcus Ioannetus, Italus, Iuriſconſultus Bononienſis, edidit

De

De Romanis Pontificibus librum. Bononiæ anno 1570. typis Alexandri Benatij.

Pij V. Romani Pontificis vitam. Vidi MS. apud Cl.D. meum Gabriel em Naudæum, incipit, *Huic Pio, cuius gesta*, &c.

Vixit sub Pio V. Romano Pontifice.

Franciscus Iouerius, Valentinus, Delphinas, Doctor Parisiensis, edidit

Vitas Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Nicalaum I. In suis sanctionibus Ecclesiasticis, tam Synodalibus, quàm Pontificiis in tres patres distinctis, Parisiis apud Audoënum Paruum 1555. in fol.

Claruit sub Paulo IV. Pontifice Maximo.

Franciscus Leuera, Romanus, edidit

Vrbanæ Congregationis per summum Pontificem Vrbanum VIII. approbatæ enucleationem; & ad ipsius amplificationem, additæ eiusdem Congregationis *Constitutiones.* Romæ apud Impressores Camerales 1628. in 4.

Vrbanæ Congregationis Annales.

Claruit Romæ anno 1633. sub Vrbano VIII. Papa.

Franciscus Longus à Corielano, Italus, Ordinis Capuccinorum, Theologus, edidit

Romanorum Pontificum Catalogum. Legitur ante *summam Conciliorum, & in Breuiario Chronologico.*

Vixit sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Franciscus Luxemburgius, Dux Pinei Henricorum 3. & 4. Regum Christianissimorum Orator, Romanus, edidit

Orationem habitam Romæ in Aula Regia, nomine Henrici III. Regis Galliæ & Poloniæ ad Sixtum V. Papam.

Orationem alteram ibidem habitam nomine Henrici IV. Galliæ & Nauarræ Regis ad Clementem VIII. Pontificem Maximum.

Vixit sub Clemente VIII. summo Pontifice.

Franciscus Maria Turrigius, Romanus, Canonicus S. Nicolai in carcere Tulliano, edidit

De sacris Grottis Vaticanis. Viterbij apud Augustinum discipulum anno 1618. in 8. Italicè.

Diarium Vaticanum. Romæ apud Facciottum in 16.

De sacris Cryptis Vaticanis.

De

De Basilica Vaticana.

De Eminentißimis S. R. E. scriptoribus Cardinalibus librum. Romæ apud Stephanum Paolinium 1641. in 4.

Romam iubilantem pro noua electione & coronatione S. D. N. Gregorij XV. Papæ Optimi Maximi Bononiensis, facta in Vaticano 9. & 14. Februarij 1621. In qua fit mentio de familia Ludouiziana à 400. annis vsque ad hæc tempora; de omnibus *Pontificibus*, qui nomen *Gregorij* habuerunt, & de omnibus *Papis* Bononiæ natis. Romæ 1621. in 4. Promittit

De Romanis Pontifibus scriptoribus librum.

Viuit Romæ sub S. D. N. Vrbano VIII. summo Potifice.

Franciscus Maria Vialardus, natione Italus, edidit Italicè

Innocentij VIII. Romani Pontificis vitam.

Bonifacij IX. Romani Pontificis vitam. Prodierunt Venetiis 1613. fol.

Claruit sub Innocentio VIII. Pontifice Maximo.

Franciscus Mucantius, Italus, cæremoniarum Papalium Magister, edidit

De SS. Apostolorum Petri & Pauli imaginibus libellum. Romæ apud hæredes Antonij Bladij anno 1573. in 4.

Diaria Gregorij XIII. Pontificis Maximi, MSS. Romæ in Vaticano.

Claruit sub prænominato Gregorio XIII. Papa.

Franciscus Panigarola, Mediolanensis, Ordinis Minorum, Episcopus Astensis, edidit

De stationibus à Sixto V. Pontifice Maximo institutis oratorium Romæ in Ecclesia S. Sabinæ Patrum Dominicanorum habitam.

De titulo Cardinalium libellum.

Vixit sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

Franciscus Patricius, Episcopus Caietanus, Ferdinandi Regis Hispaniarum, Orator Romanus, edidit

Orationem, quam habuit Romæ in Aula Regia nomine dicti Ferdinandi ad Innocentium VIII. summum Pontificem. sub quo vixit.

Franciscus Petrarcha, Florentinus, Archidiaconus Parmensis, & Canonicus Patauinus, scripsit Italicè

De Romanis Pontificibus & Imperatoribus, lib. Venetiis anno 1507. Florentiæ 1474. & 1625. 4.

Epistolas de iuribus Imperij Romani aduersùs Papam. Extant inter eius *epistolas, & tom.* 11. *Monarchiæ*, Goldastinæ prohibitæ *à pag.* 1435. *vsque ad* 1461.

Obiit anno salutis 1374. ætatis suæ 70. sub Gregorio XI. Pontifice Maximo: eius corpus conditum est Arquati in collibus Euganeis in tractu Patauino. Vide *Petrarcham Rediuiuum*, Cl. D. mei Iacobi Philippi Tomasini, nunc Episcopi ciuitatis Nouæ in Istria.

Franciscus Philelphus, Tolentinas, Italus, Orator Romanus Ducis Mediolanensis, edidit

Orationem habitam Mantuæ anno 1469. *nomine Ducis Mediolani ad Pium II. Romanum Pontificem.* Extat MS. Patauij in Bibliotheca S. Marię de Auentio, quam codicibus variis exornauit Illustriss. ac Reuerendiss. Pater Iacobus Philippus Tomasinus, eiusdem monasterij Canonicus, nunc Episcopus ciuitatis Nouę, cuius beneficio totã perlustrauimus ann. 1640.

Obiit Bononiæ anno Domini 1481. sub Sixto IV. Pontifice Maximo.

Franciscus Poggius, natione Italus, scripsit

De potestate Papæ & Concilij librum, ex Antonij Possevini *Apparatu sacro.*

Franciscus Robertellus, Italus, scripsit

Pauli IV. Romani Pontificis vitam.

Franciscus Rogerius, Italus, edidit

De laudibus Vrbani VIII. Pontificis Opt. Max. Carmina. Romæ typis Alexandri Zanneti 1623. in 4.

Laudationem S. Gregorij Magni.

Laudationem Marcelli II. Papæ.

Viuebat Romæ anno post Christi natiuitatem 1630. sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Franciscus de Romany, Auenionensis, S. Th. Doctor, Protonotarius Apostolicus, ac Eminentissimi Ludouici Alphonsi Plessæi Richelæi Cardinalis Eleemosynarius, scripsit

Vrbani V. Pontificis Maximi vitam.

Viuit hoc anno 1643. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Franciscus

Franciſcus de Roſieres, Nobilis Patricius Barroducæus Archidiaconus Tullenſis, edidit

Orationem Panegyricam ad perpetuam memoriam aſſumptionis S. D. N. Pauli Papæ V. ad ſanctæ Sedis Apoſtolicæ culmen & apicem, ſupremumque Eccleſiæ Romanæ Pontificatum. Muſſiponti anno 1605. in 4. apud Melchiorem Bernardum Senem Lotharingiæ Ducis & Vniuerſitatis Typographum.

Vixit ſub Paulo V. Pont. Opt. Max.

Franciſcus Ruiz de Caſtro, & Andrada, Comes de Lemos, Prorex Neapolitanus, Philippi III. Hiſpaniarum Regis Orator Romanus, edidit

Orationem, quam habuit Romæ in Aula Regia ad Clementem VIII. Papam, nomine Regis Catholici.

Claruit ſub Clemente VIII. Romano Pontifice.

Franciſcus Rupifucaldius, vulgò *de la Rochefoucauld*, Aruernus Abbas Tornuſianus, S. Genouefæ Pariſienſis, & Monaſterij S. Ioannis apud Mandubios, deinde Epiſcopus 84. Claromontanus, & 79. Siluanectenſis, tandem S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Calliſti, magnus Franciæ Eleemoſynarius, nec non Regis in ſanctiore Conſiſtorio primus Conſiliarius, edidit Gallicè

De Romano Pontifice, & eius auctoritate, lib. *de auctoritate Eccleſiæ*, Lugduni apud Ioannem Pillehotte anno 1618. in 8. edito.

Viuit Pariſiis in monaſterio S. Genouefæ hoc anno 1643. ſub S. D. N. Vrbano VIII. Pontifice Maximo.

Franciſcus Sphærulus, Camers, Italus, ſcripſit

Cæſaris Borgiæ & Alexandri VI. Romani Pontificis geſta.

Floruit, vt puto, ſub dicto Alexandro VI. Papa.

Franciſcus Suareſius, Auenionenſis, Iuriſconſultus, Ioſephi Mariæ Epiſcopi Vaſionenſis Pater, edidit Latinè

Panegyricum Sixti V. Pontificis Maximi. Romæ anno 1582. in 4. in Ædibus Populi Romani.

Claruit ſub Sixto V. ſummo Pontifice.

Franciſcus Suares, Granatenſis, Societatis Ieſu, S. Th. Profeſſor eximius, edidit

De Romano Pontifice tractatum.

Vixit sub Paulo V. Summo Pontifice.

Franciscus Svvertius, Antuerpiensis, scribit

Bibliothecam Pontificum, & S.R.E. Cardinalium.

Credo adhuc eum viuere Antuerpiæ hoc anno 1643. sub Vrbano VIII. Summo Pontifice.

Franciscus Turrianus, Legionensis, Hispanus, Societatis IESV Theologus, edidit ad Eminentissimum Ioannem Saluiatum Cardinalem

De Summi Pontificis supra Concilium auctoritate libros 3. Florentiæ anno 1559.

De Ecclesia & Romano Pontifice aduersùs cauillationes Antonij Sadeelis Hæretici libros 3. Coloniæ 1580. & Ingolstadij 1581.

Obiit Romæ anno Domini 1566. die 25. Decembris, sub Pio V. Romano Pontifice.

Franciscus Vargas, Hispanus, Theologus, edidit

De Summi Pontificis auctoritate librum. Extat inter *Tractatus Iuris* Venetiis editos, *tract.* 13. *p.* 1. *fol.* 113. Prodiit etiam separatim ibidem.

Viuebat sub Pio IV. Romano Pontifice.

Franciscus Veron, Parisinus, olim Societatis Iesu Theologus, nunc verò Professor ac Prædicator Regius in Controuersiis, edidit

De Primatu Ecclesiæ, vel eius Hierarchia librum. Prohibetur *in Decreto* die 22. Ianuarij 1642.

Viuit Parisiis hoc anno 1643. sub Vrbano VIII. Pontifice Maximo.

Franciscus de Victoria, Hispanus, Ordinis Prædicatorum, Doctor ac Professor Salmanticensis, edidit

De potestate Ecclesiæ ac Summi Pontificis, etiam & Concilij.

Obiit anno Christi 1546. sub Pontificatu Pauli III. Papæ.

Franciscus Zabarella, Patauinus, I.V. Doctor, Archiepiscopus Florentinus, ac S.R.E. Diaconus Card. tit. SS. Cosmæ & Damiani, scripsit

De Schismate librum. Argentorati 1509. Prohibetur *in Indice Romano*, donec expurgetur.

Consilium de duorum Pontificum de Papatu contendentium causâ.

Obiit

Obiit Constantiæ in Concilio generali die 6. Kalend. Nouembris ann. 1417. Patauium corpus translatum, ibidem in Ecclesia Cathedrali sepultum est, cum Epitaphio in Sacello B. Virginis, sub marmoreo tumulo.

Fridericus Nausea Blancicampianus, Germanus, Consiliarius Cæsareus, & Episcopus Viennensis in Austria, scripsit

S. Petri Apostolorum Principis vitam.

De Conciliis lib. 5. ad Paulum III. Papam.

Claruit anno Domini 1550. sub Iulio III. Romano Pontifice.

Fridericus Staphylus, Osnaburgensis, VVestphalus, Scholæ Ingolstadiensis Superintendens, Theologus, edidit

De Romano Pontifice in defensione aduersùs Illyricum.

Claruit anno salutis 1576. sub Gregorio XIII. Papa.

Fronto Ducæus, Burdegalensis, Vasco, S.I. Theologus, edidit

S. Gregorij Magni Romani Pontificis vitam.

Migrauit Parisiis anno Domini 1624. die 26. Septembris, sub S.D.N. Vrbano VIII. Romano Pontifice.

Fulgentius Manfredus, Ordinis Minorum Theologus, edidit

Exceptionem contra citationem per edictum Cardinalium Romanorum in causa Veneta. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ prohibitæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ.

Vixit sub Paulo V. Summo Pontifice.

G.

GABRIEL BIEL, Germanus, Ordinis Clericorum in communi viuentium, Theologus, scripsit ad Pium II. Papam

Defensorium obedientiæ Apostolicæ.

Floruit anno Domini 1477. sub Sixto IV. Rom. Pont.

Gabriel Martinus, Gratianopolitanus, Delphinas, Abbas Clausonæ, edidit Gallicè

Inscriptionem in falsò in librum Marci Vulsonis Caluinistæ de auctoritate Summi Pontificis, & libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ.

Gratianopoli apud Petrum Verderum anno 1640. in 8.

Vixit hoc anno salutis 1642. sub Vrbano VIII. Papa.

Gabriel Naudæus, Naudé, Parisinus, Canonicus Virdunensis, ac Eminentissimi Francisci Cardinalis à Balneo de Bagny à Bibliothecis, postea munificentissimi Principis Cardinalis Antonij Barberini, nunc verò Eminentissimi Cardinalis Iulij de Mazzarini Nobilis Aulicus à litteris, edidit

Apologiam pro Sylvestro II. & Gregorio VII. Romanis Pontificibus. Legitur *in sua Apologia*, pro viris illustribus incantationum & magiæ falsò postulatis *cap.* 19. Parisiis apud Franciscum Targam 1625. in 8. Gallicè edita.

Panegyricum dictum S.P. Vrbano VIII. ob beneficia ab ipso Thomæ Campanellæ Dominicano collata. Extat MS. apud Auctorem.

Viuit Parisiis hoc anno 1642. sub Vrbano VIII. Pontifice Maximo, cui fausta omnia precamur; sed quia ingenui est animi fateri per quos profeceris, ne sit pudori turpiter in furto deprehendi, palam testor, me multa, viuæ vocis oraculo, consilio, litteris, ac scriptis ab hoc viro Clarissimo accepisse. Viuat igitur ille,

Quo sine nulla meis quaretur gloria rebus.

Gabriel Palæottus, Bononiensis, ciuis & Archiepiscopus, tandem S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Martini in Montibus, postremò Episcopus Sabinus, edidit

De sacri Consistorij consultationibus, lib. Venetiis 1594. in 4.

Obiit Romæ anno Christi 1597. 11. Kal. Augusti: eius corpus postea Bononiam delatum, sepulturam accepit in Ecclesia Cathedrali, & in sepulchro, quod sibi viuens parauerat, conditum, sub Clemente VIII. Papa.

Gabriel Pennotus, Canonicus Regularis S. Augusti & Abbas, edidit

De Romanis Pontificibus Ordinis Canonicorum Regularium.

Gabriel Vasquez, Bellemontanus, Hispanus, S.I. Theologus, edidit

De Romano Pontifice tractatum. Legitur *in Commentarijs in tertiam partem* D. Thomæ Aquinatis.

Obiit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo, Compluti anno Domini 1604. die 23. Septembris.

Gallo Franci ad Philanetum epistola pro libertate status & Reipublicæ Venetorum. Extat *tom. 3. Monarchiæ* Melchioris Goldasti

dasti Caluiniſtæ *à pag.* 405. *vſque ad* 414.

Garnerus Gallus, Abbas Ordinis S. Benedicti, Pepino Francorum Regi charus, ſcripſit

Orationem, quam habuit ad Aiſtulphum Italiæ Regem, pro pace conciliãda inter Stephanum III. Papam, eundemque Aiſtulphum & Pepinum, cuius erat Orator. Legitur Gallicè *in hiſtoria Conſtantiniana* R. P. Ioannis Morini, Bleſenſis, Presbyteti Congregationis Oratorij *part.* 3. *cap.* 16.

Vixit ſub Stephano III. Romano Pontifice.

Gaſpar Contarenus, Venetus Senator, Epiſcopus Bergomenſis ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis, Bononiæ Legatus, ſcripſit

De poteſtate Romani Pontificis in vſu clauium, Paulo III. Papæ,

De poteſtate Romani Pontificis in compoſitionibus, librum Paulo III. etiam dicatum.

Obiit Bononiæ anno Domini 1542. ſub Paulo III. Papa. Iacet in Eccleſia Cathedrali.

Gaſpar Ferdinandus, Hiſpanus, patriâ Toletanus, S. I. Theologus, ſcripſit

De ſtatu & officio S.R.E. Cardinalium, lib. 3.

Deceſſit Toleti anno Chriſti 1575. menſe Octobri ſub Gregorio XIII. Rom. Pont.

Gaſpar Gonſaluus, Hiſpanus, S.I. Theologus, edidit

Orationem, quam habuit Romæ ad S. D. Gregorium XIII. Papam nomine Franciſci Bungi Regis, pro Iapponijs Legatis anno 1582. *die* 23. *Martij*. Prodiit Romæ 1582.

Claruit ſub Gregorio XIII. Pontifice Maximo.

Gaſpar Odontius, Germanus, ſcripſit carmine

Hiſtoriam SS. Petri & Pauli Apoſtolorum. Altorfij anno 1584. in 4.

Vixit ſub Gregorio XIII. ſummo Pontifice.

Gaſpar Scharzigerus, vel *Schatigerus*, Bauarus, Ordinis Minorum Theologus, edidit

De Primatu Pontificis & Eccleſiæ Romanæ præeminentia.

Floruit anno ſalutis 1525. ſub Clemente VII. Papa.

Gaſpar Schoppius, vel *Schoppus*, Francus, edidit

Narratio

Narrationem historicam, eorum quæ in nuptijs Philippi III. Hispaniarum Regis, cum Margarita Austriaca, item Alberti Austriæ Archiducis cum Isabella Clara Eugenia Hispaniarum Infante, Ferrariæ præsente Clemente VIII. summo Pontifice celebrante, memorabilia acciderunt, conscripta stylo Gasparis Schoppij Franci. Ingolstadij anno 1599. in 4. typis Andreæ Angennarij.

De Antichristo in 8. ex Ioannis Molani *Bibliotheca materiarum, v. Antichristus.*

Gaspar de Simeonibus, Aquilanus, Italus, edidit

Heroas, in quibus Carmine Heroës nostri ævi Principes, singulos integra Panegyri, celebrat. Celebriores sunt, Vrbanus VIII. summus Pontifex, Imperator, Reges, aliique Principes, & Cardinales.

De laudibus S. Gregorij Magni, Protectoris Academiæ Humoristarum, orationem Italicam.

Viuebat Romæ anno Domini 1632. sub Vrbano VIII. Papa.

Gaspar Veronensis, Italus, scripsit

De gestis Pauli II. Chronicon. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina ex *relationibus* Cl. V. Gabrielis Nudæi, mihi amicissimi, & huius Bibliothecæ primi excogitatoris.

Vixit sub Paulo II. Romano Pontifice, ni fallor.

Gaspar Vrsinus Velius, aliàs *Silesius*, Poëta Regius, edidit

De Romanis Pontificibus & Imperatoribus vsque ad annum 1540. Francofurti apud Egenolphum in 8.

Claruit sub Paulo III. summo Pontifice.

Gennadius Scholaris, Græcus, Patriarcha Constantinopolitanus, scripsit

De Primatu Romanæ Ecclesiæ orationem. Extat *tom.* 4. *Bibliothecæ Patrum.* Prodiit etiam Dilingæ 1581. in 8. Fabeo Benevolentio Senensi Interprete.

De Romano Pontifice in defensione Capituli V.

Viuebat sub Eugenio IV. Romano Pontifice.

Gentilis, Episcopus Aretinus, Orator Florentinorum, edidit

Orationem habitam nomine Florentinorum ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem. Parisiis apud Hieronymum de Marnef 1577. in 16.

Claruit

Claruit sub Alexandro VI. Papa.

Georgius Abbas, cognomento *Amortolus*, Græcus, scripsit

De Romanis Pontificibus, in historia Ecclesiastica, MS. Græcè, quam eruditissimus Leo Allatius editurus aliquando latinitate donat.

Quando vixerit nihil certi habeo.

Georgius Blandrata, Italus, Bonifacij Marchionis Montisferrati Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ, nomine Bonifacij Marchionis Montisferrati ad Alexandrum VI. summum Pontificem. Sub quo vixisse perhibetur.

Georgius Duckettus, edidit

Carmina in Columnam à Paulo V. Pontifice Maximo à veteri Pacis templo in Exquilinum translatam. Extant *in Romano Pontifice* Bzouij.

Viuebat Romæ sub Pontificatu S. D. Pauli V. Papæ.

Georgius Gengerus, & alij tres Iurisconsulti, scripserunt

Responsa aduersùs obiecta Papæ, de Imperatoris electione, rationéque Imperij. Asseruantur MSS. in Bibliotheca Imperatoris.

Georgius Lilius, scripsit Laconicè *ex* Possevini *Apparatu sacro*, *Romanorum Pontificum seriem.* Venetiis apud Michaëlem Tramezinum anno 1548.

Claruit sub Paulo III. Pontifice Maximo.

Georgius Sauromanus, Caroli V. Imperatoris Orator, edidit

Orationem, quam dixit Hadriano VI. Romano Pontifici nomine Caroli V. Imperatoris, Romæ in Aula Regia.

Georgius Scherctus, Suescensis, Germanus, S.I. Theologus, edidit

In fabulam Papissæ Ioannæ, librum. Prodiit Germanicè & Italicè.

Nouem Conciones, quòd Pontifex Romanus non sit Antichristus, vt hæretici verè Antichristi blasphemant.

Claruit sub Pontificatu S.D. Pauli V. Papæ.

Georgius Serra, Chiensis, Græcus, & Collegij Romani Græcorum Alumnus, edidit

In Sacellum & statuam Pauli V. Pontif. Romani Carmina Græca.

Viuebat Romæ sub Paulo V. Papa.

Georgius Steubius, vel *Steubus*, Germanus, Theologus, edidit

Disputationem de summo Pontifice Romano Christi in terris Vicario B. Petri successore. Dilingæ apud Ioannem Mayer 1589. in 4.

Claruit sub Sixto V. Pontifice Maximo.

Georgius VVicelius, aliis *Vallius*, Germanus, S. Thom. Doctor, & Parochus Facchensis, scripsit

Epitomen Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Paulum III. Coloniæ 1549. 8. typis Quintilianis.

Adhortatiunculam, vt vocetur Concilium, ad Archiepiscopum Moguntinensem, &c. *& priuatim scriptam, anno Domini* 1532. Extat *tom.* 1. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 653. *&* 655.

Floruit sub Pontificatu Pauli III. Romani Pontificis.

Gerardus Ianssenius, Germanus, Theologus, edidit

De auctoritate Ecclesiæ & Romani Pontificis tractatus X. Coloniæ apud Maternum Cholinum anno 1576. in 4.

Claruit sub Gregorio XIII. summo Pontifice.

Gerardus Magnus, vulgò *Groot*, Dauentrienſis, Doctor Parisiensis, & Aquensis Ecclesiæ Canonicus, deinde Ordinis fratrum in communi viuentium Institutor, scripsit

De schismate inter Vrbanum VI. & Clementem VII. Pseudopontificem, epistolam vnam.

Obiit anno Domini 1384. die 24. Augusti, sub Vrbano VI. & sepultus Dauentriæ in Ecclesia B. Mariæ cum Epitaphio à Francisco Svvertio *in Athenis Belgicis* relato.

Gerardus Moringus, Nouiomagus, aliis Bommelanus, Gelder, Theologus Louanienſis, ibidem ad S. Gertrudem Pastor, deinde ad S. Trudonem in ditione Leodicensi, scripsit

Vitam Hadriani VI. Pontificis Maximi. Louanij 1536. apud Rutgerum Ruscium in 8.

Obiit Trudonopoli anno salutis 1556. die 9. Octobris, sub Paulo IV. Papa.

Gerardus Vossius, Eburo, Præpositus Tungrensis, ac S. Th. Doctor Romanus, edidit *ex Athenis Belgicis* Francisci Svvertij

B. Leonis I. Pont. Max. opera, auxit & illustrauit, sed inedita.

Hilarij

Hilarij Papæ Acta & Epistolas aliquot.

Gesta quædam ac monumenta Gregorij IX. Pontificis Maximi Græcolatina cum scholijs. Romæ apud Bartholomæum Bonfadinum 1587. in 4.

Sancti Ioannis Chrysostomi quædam in Apostolorum Principes Petrum & Paulum, eorundemque glorioſissimum Martyrium. Item *in* 12. *simul Apostolos, cum scholijs.*

Decessit Leodij anno Domini 1609. die 25. Martij, sub Paulo V. Papa.

Gerohus, aliis *Gersonus*, Reichenspergensis, Germanus, scripsit

De Henricis IV. & V. Imperatoribus, & Gregorio VII. nonnullisque consequentibus Romanis Pontificibus. Prodiit anno 1611. studio Iacobi Gretseri Cermani, S. I. Theologi celeberrimi.

Geruasius Ricobaldus, Ferrariensis, Italus, scripsit

Romanorum Pontificum vitas à S. Petro vsque ad Bonifacium VIII.

Claruit anno virginei partus 1300. sub præfato Bonifacio VIII. Papa.

Gilbertus Foliothus, Anglus, ex Leicestrensi Abbate S. Augustini Canonicorum Regularium Episcopus Herefordensis, deinde Londinensis, scripsit

Super executione mandati Alexandri III. Romani Pontificis, librum. Cuius exordium est, *Mandatum vestrum Pater.*

Pro causa Henrici II. ad Alexandrum III. librum 1. incipit, *Vestram paternitatem meminisse.*

Obiit anno Domini 1187. sub Gregorio VIII. Romano Pontifice.

Gilbertus Genebrardus, Aruernus, Benedictinus Mausacensis, Doctor Sorbonicus ac Linguarum Sanctarum & Hebraïcarum Professor Regius, Prior Semurienſis, deinde Archiepiscopus Aquensis nominatus, edidit

De Romanis Pontificibus, in sua *Chronographia*, fol. Parisiis edita. Migrauit Semuri apud Mandubios anno salutis 1597. die 14. Martij, sub S. D. Clemente VIII. Papa, sepultus est in Choro sui Prioratus cum simplici inscriptione sepulchrali,

in nostra Bibliotheca Gallicana vniuersali, relata.

Godofredus Boussardus, Cenomanensis, Gallus, Doctor ac Cancellarius Vniuersitatis Parisiensis, scripsit

Orationem, quam habuit Bononiæ anno 1505. *ad Iulium II. Papam.*

Comeʒius Suares, Dux Feriæ, ac Villaluæ Marchio, Orator Philippi III. Hispaniarum & Indiarum Regis, scripsit

Orationem habitam Romæ in Aula Regia nomine dicti Philippi ad Paulum V. Pontificem Maximum anno salutis 1607.

Gondisaluus de Villadiego, Hispanus, edidit

De origine & potestate S.R.E. Cardinalium librum. Extat *tomo* 13. tractatuum iuris *p.* 2.

Gonsaluus de Illescas, Hispanus, Monachus & Abbas S. Fromes, edidit Hispanicè

Historiam Pontificiam & Catholicam. Salmanticæ 1574 Cæsarauguſtæ 1583. Brugis in Belgio apud Martinum Victoriam 1589. & Barcinonæ 1606.

Vixit sub Gregorio XIII. Summo Pontifice.

Gosfridus, Scotus, edidisse compertum habeo ex Thoma Dempstero *lib.* 7. *de historia Ecclesiastica Gentis Scotorum*

S. Petri Apostolorum Principis historiam, in sua historia Apostolica.

Claruit sub sancto Gregorio Magno, Pontifice Romano.

S. Gregorij I. Papæ *vita*, incipit, *Gregorius vrbe Romulea, Patre Gordiano editus non solùm spectabili Senatorum prosapia*, &c. Extat *in Sanctuario MS.* Romæ in Bibliotheca Barberina asseruato *fol.* 125. 4. Idus Martij.

S. Gregorij item *I.* Papæ *vita.* Extat etiam *in Menologio Græcorum* MS. ibidem asseruato, die 12. Martij.

Gregorij XI. Papæ *vita*, ab Anonymo conscripta, MS. Romæ in eadem Bibliotheca Barberina.

Gregorij XII. Papæ *Diarium* MS. ibidem.

Gregorij XIII. Papæ *Conclaue, Diaria & vita* eiusdem ab Anonymo conscripta, MS. ibidem.

Gregorij XIII. Pontificis Maximi *viua imago.* Venetiis apud N. Nolli anno 1572.

Gregorij

Gregorij XIV. Papæ *Conclaue & Diaria* MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Gregorij XV. Papæ *Conclaue & Diaria* MS. ibidem.

Gregorius Archangelus Leſlæus, Scotus, Ordinis Capuccinorum Theologus, ſcripſit

De poteſtate Papæ in Principes ſæculares directa Tractatus 2.

Vixit ſub S.D.N. Vrbano VIII. Pontifice Maximo.

S. Gregorius, Aruernus Epiſcopus 19. Turonenſis, ſcripſit

De Romanis Pontificibus in hiſtoria Francorum.

De rebus geſtis S. Gregorij Magni libro 10. Hiſtoriarum.

S. Petri Apoſtoli res geſtas.

De S. Petro Apoſtolo & Simone Mago lib. 2. Hiſtoriarum.

Obiit Turone anno Domini 595. vel 600. die 17. Nouembris, ſub S. Gregorio I. Romano Pontifice.

Gregorius Corteſius, Mutinenſis, Ordinis S. Benedicti Monachus Caſſinenſis & Abbas, deinde S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis, ſcripſit

Librum, quòd S. Petrus Romæ fuerit, Hadriano VI. Venetiis anno 1573. in 4.

De poteſtate Eccleſiaſtica.

Obiit Romæ anno ſalutis 1548. 11. Kalend. Octobris, ſub Paulo III. Papa: ſepultus eſt in Baſilica ſanctorum duodecim Apoſtolorum ante altare S. Eugenij.

Gregorius Heimburgius, Germanus IC. & Conſiliarius Auſtriacus, ſcripſit

Admonitionem de iniuſtis vſurpationibus Paparum Romanorum, ad Imperatorem, Reges & Principes Chriſtianos. Extat *tomo 1. Monarchiæ damnatæ* Melchioris Goldaſti Caluiniſtæ *à pag. 557. vſque ad 563.*

Scholia in Breue Papæ Pij ſuper excommunicatione. Extant *tom. 2. Monarchiæ Goldaſtinæ pag. 1591.*

Apologiam contra Epiſcopum Feltrenſem, pro iure Principum. Extat *tom. 2. Monarchiæ Goldaſtinæ à pag. 1604. vſque ad 1624.*

Inuectiuam in Nicolaum Cuſanum Cardinalem Papalis plenitudinis defenſorem, tom. 2. Monarchiæ Goldaſtinæ prohibitæ à pag. 1624. vſque 1635.

Vixit tempore Pontificatus Pij II.

Gregorius Luzianus, Taruisinus, Italus, Ordinis Prædicatorum, scripsit

Res gestas Benedicti XI. summi Pontificis.

De S. Syluestro I. Papa Homiliam. Extat noua inter *Homilias* in Euangelia.

S. Gregorius Magnus, Papa, scripsit

Epistolas quasdam ad historiam Pontificiam pertinentes.

Gregorius, Monachus Benedictinus, S.R.E. Cardinalis, scripsit

S. Leonis Papæ vitam, ex Calzolario *in historia Monastica*, & Turrigio *de Cardinalibus scriptoribus.*

Floruit anno Christi 1144. sub Lucio II. Romano Pontifice.

S. Gregorius Nazianzenus, Episcopus Sasimorum, deinde Nazianzenus, postremò Patriarcha Constantinopolitanus, scripsit Græcè

De S. Petro Apostolorum Principe in suo de 12. Apostolis tractatu.

Obiit anno salutis 390. die 9. Maij, sub Siricio Papa.

Gregorius Ossolinius, Polonus, Dominus in Ossolino, Comes de Thenzyn, Thesaurarius Curiæ Regni Poloniæ, Præfectus Bidgostiensis, Ricensis, Adzeliensis, &c. habuit

Orationem Romæ in Aula Regia Vaticana die 6. Decembris 1633. cùm Serenissimi ac Potentissimi Vladislai IV. Regis Poloniæ, & Suetiæ, electi Magni Moscarum Ducis nomine S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Max. obedientiam præstaret, à Dominico Roncallio Prothonotario Apostolico sacræ Regiæ maiestatis Secretario in lucem editam. Romæ apud Franciscum Caballum anno 1633. in 4. Latinè. Vidi MS. Grationopoli apud Cl. V. D. Laigneau.

Gregorius Polydorus, Pistorienſis, Tuscus, Augustinianus, Theologus, edidit *librum*, quem inscripsit

Gregorianum, vbi *de quatuordecim Gregorijs Romanis Pontificibus*, &c. Florentiæ apud Michaëlem Angelum Sermartellum anno 1598.

Viuebat sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

Gregorius Portius, Anconitanus, Italus, edidit

In Columnam à Paulo V. Pont. Max. ex veteri Pacis templo

in

in Exquilinum translatam Carmina. Leguntur *in Romano Pontifice* Abrahami Bzouij.

Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. Panegyrim. Romæ apud Iacobum Mascardum 1632. & deinde auctiorem 1633. in 4.

Barberinam Elionem. Romæ anno 1634. in 4. Latinè.

Viuebat Romæ anno Domini 1634. sub Vrbano VIII. Papa.

Gregorius, Presbyter, scripsit

S. Gregorij Magni Papæ vitam, ex Antonio Possevino *in Apparatu sacro.*

Gregorius Sondereiter, Germanus, scripsit Heroico Carmine

Constantini Magni Imperatoris vitam, vbi *de S. Syluestro I. Papa.* Extat Latinè MS. Viennæ in Bibliotheca Imperiali.

Gregorius de Valentia, Methymnensis, Hispanus, S. I. Theologus, edidit

De Romano Pontifice, in Analysi fidei, & Commentariis in D. Thomam Aquinatem.

Obiit Neapoli anno Domini 1603. die 25. Aprilis, ætatis 54. sub Papa Clemente VIII.

Gualterus Dissæus, Anglus, Carmelita, Doctor Academiæ Cantabrigiensis, Vrbani VI. & Bonifacij IX. Legatus à Latere, scripsit

De schismate Ecclesiæ inter Vrbanum VI. (vt puto) *legitimum Pontificem, & Clementem VII. Pseudopontificem librum* 1.

Migrauit Norvvici in Anglia anno Domini 1404. die 21. Ianuarij sub Bonifacio IX. sepultus est in Choro sui Monasterij.

Gualterus Huntus, seu *Venantius*, Anglus, Carmelita, Doctor Oxonienſis, scripsit aduersùs Græcos & Armenos

De præcellentia S. Petri Apostoli, librum 1. incipit, *Petrus Apostolorum Princeps*, &c.

De Pontificum Iurisdictione, libros 3. Incipiunt, *Suprema militantis Ecclesiæ.*

De Vniuersali Pontificum dominio, libros 3. ex Ioanne Pitseo *de Illustribus Angliæ Scriptoribus.*

Decessit Oxonij anno Christi 1478. die 28. Nouembris, sub Sixto IV. Romano Pontifice.

Gualterus

Gualterus Mapus, Anglus, scripsit

In Papam & Curiam Romanam, lib. 2. ex Ioanne Balæo Apostata *in Catalogo scriptorum Angliæ.*

Viuebat anno à partu vigineo 1210. sub Innocentio III. Papa.

Guarinus, Veronensis, Italus, scripsit

Gratulationem ad Nicolaum V. Romanum Pontificem, de eius electione. Extat MS. Oxoniæ in Bibliotheca Collegij Lincolnienſis.

Claruit sub præfato Nicolao V. Papa.

Guasparinus, Bergomensis, Italus, scripsit

Carmina gratulatoria ad Alexandrum V. Rom. Pont. Extant MSS. apud Reuerendissimum D. Iacobum Philippum Tomasinum Patauinum Ordinis S. Georgij Venetiarum de Alga Canonicum ac Visitatorem Generalem, nunc verò Episcopum nouæ ciuitatis in Istria, mihi amicissimum.

Guido Antonius Arcimboldus, Parmensis, Archiepiscopus 119. Mediolanensis, Ludouici Sfortiæ Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ, nomine Ludouici Sfortiæ ad Innocentium VIII. Romæ Pont.

Claruit sub dicto Innocentio VIII.

Guido Terrena, Cathalanus, Perpinianus, vulgò *de Perpiniano* dictus, Carmelita, Doctor Sorbonicus, & Prior Generalis totius Ordinis duodecimus, deinde Episcopus Maioricanus, & Elnensis, scripsit

Pro Romano Pontifice, aduersùs hæreticos, *in summa de hæresibus.* Coloniæ anno 1631. in fol. apud Petrum à Brachel edita.

Obiit Auenione anno Christi 1330. sub Ioanne XXII. Papa; sepultus est apud Carmelitas, vbi vsque ad hunc diem visitur eius sepulchrum, vlla absque inscriptione.

Guilielmus Alanus, Lancastrensis, Anglus, Doctor Duacensis, Canonicus Cameracensis & Rhemensis, & Eboracensis ex Ciaconio, deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Martini in Montibus, postremò Archiepiscopus Macensis electus, scripsit

Iustitiæ Anglicanæ confutationem, seu de intentione Papæ in exigendis

erigendis seminarijs, contra librum ab hæreticis in lucem emissum sub nomine iustitiæ Anglicanæ, librum 1.

Obiit Romæ anno Domini 1594. 17. Kal. Nouembris sub Clemente VIII. Papa: sepultus est in Ecclesia Anglorum S. Trinitatis cum Epitaphio alibi relato.

Guilielmus Barclaius, Aberdonensis, Scotus, Ioannis Pater, Ducis Lotharingiæ Consiliarius, ac supplicum libellorum Magister, edidit ad Clementem VIII. Papam Latinè

De potestate Papæ, Parisiis in 8. deinde Gallicè ibidem anno 1609. Prohibetur *in Indice Romano*, extat etiam *tom.* 3. *Monarchiæ*, Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 621. *vsque ad* 688.

Obiit Andegaui in Gallia anno salutis 1611. sub Paulo V. Papa.

Guilielmus Bechius, Florentinus, ex Priore Generali 27. Augustinianorum Episcopus Fesulanus, scripsit

De potestate Ecclesiastica & Pontificia, librum.

Obiit Florentiæ anno gratiæ 1495. sub Alexandro VI. Papa: sepultus est in Æde S. Spiritus.

Guilielmus Bellaius, Langæus, Eques Regius & Prorex Pedemontanus, scripsit

Orationes, quas habuit ad Romanos Pontifices, dum apud eos fungebatur officio oratoris. Extant MSS.

Obiit anno Verbi Incarnati 1543. die 9. Ianuarij, sub Paulo III. summo Pontifice. Iacet in Ecclesia S. Iuliani Cenomanensis in sepulchro marmoreo.

Guilielmus Blancus iunior, Albiensis I. C. Sixti V. Pont. Cubicularius intimus, edidit

Epigramma de imagine marmorea Pij V. in Sacello Sixtino collocata.

Epigrammata in Obeliscum Vaticanum, cum aliquot Anagrammatis, & Epigrammatis ad Sixtum V. Pont. Opt. Max.

Carmen Eucharisticum ad eundem.

Galliam ad eundem, carmine.

Aquas Felices ad eundem, carmine.

Epigrammata de translatione Pij V. à Vaticano in Exquilinum ad Sixtum V.

Epigrammata ad eundem Sixtum V. Centumcellis redeuntem, quo Pontificiam classem à se instructam inuiserat.

Epigrammata de statua ænea S. Petri. Hæc Parisiis anno 1588. in 8. apud Federicum Morellum Typographum Regium.

Vixit sub Sixto V. Romano Pontifice.

Guilielmus Cadoatus, Episcopus Ansiacensis, Galliarum Regis Orator, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ nomine Caroli VIII. Regis Christianissimi ad Innocentium VIII. Papam.

Guilielmus Caoursia, aliis *Caoursin*, Eques Rhodius, Orator Magni Magistri Equitum Rhodi, scripsit

Orationem obedientialem habitam Romæ nomine Magni Magistri ad Innocentium VIII. summum Pontificem.

Guilielmus Cremonensis, Italus, ex Priore Generali 12. Ordin. Augustinianorum Episcopus Nouariensis, scripsit

De auctoritate Apostolica librum 1. cuius titulus, *Reprobatio sex errorum*, &c. ex Thoma Gratiano *in Anastasi Augustiniana.*

Vixit anno salutis 1343. sub Clemente VI. Papa.

Guilielmus Durandus, vel *Durantes*, dictus Speculator, natione Vasco, ex Decano Carnotensi Episcopus Gabalitanus, seu Mimatensis, scripsit

Commentarium in SS. Concilium Lugdunense à Gregorio X. Rom. Pont. celebratum. Fani anno 1579. in 4. apud Iacobum Mascardum.

Obiit Romæ, ibidemque sepultus in Ecclesia Dominicanorum S. Mariæ supra Mineruam.

Guilielmus Eisengrenius, Germanus, Theologus, edidit

De Romanis Pontificibus aduersus nouam historiam Magdeburgensium, quam Matthias Flaccus Illyricus & eius Collega nuper ediderunt. Monachij 1568. in fol.

Viuebat sub Pontificatu S. D. Pij V. Papæ.

Guilielmus Gatadegus, Parmensis, scholarum Magister, ac S.R.E. Vicecancellarius & Bibliothecarius Apostolicus, scripsit

Romanorum Pontificum vitas à S. Petro vsque ad Innocentium IV.

Obiit circa annum Domini 1256. sub Alexandro IV. Papa.

Guilielmus Gazetus, vel *Gazæus*, Arteſius, Canonicus S. Petri Ariacenſis, & apud Attrebates ad S. Mariam Magdalenam Paſtor, edidit

Vitas Sanctorum, tom. 2. vbi *de Romanorum Pontificum Sanctorum vitis.* Rhemis anno 1613. in 8.

Obiit Attrebati anno ſalutis 1602. 8. Kal. Septembris: ſepultus eſt in Eccleſia S. Magdalenæ anno ætatis 58.

Guilielmus Inſulanus Menapius, Greuiburgenſis, Præpoſitus Aquiſgranenſis, Eccleſiæ ſancti Alberti, edidit opus inſcriptum

Aula, quo libello refelluntur criminationes in Aulam Æneæ Syluij & Hultrici Huteni. Coloniæ anno 1539.

Claruit ſub Paulo III. Romano Pontifice.

Guilielmus Lindanus Dordracenus, Doctor Louanienſis, ex Decano Hagæ Comitis, Conſiliario Regio, Epiſcopi Vltraiectini per Batauiam Friſiamque Vicario, primus apud Geldros Ruremundæ Epiſcopus, deinde ſecundus Gandauenſis, ſcripſit

Lachrymas Germanicas, ad S.D.N. Gregorium XIII. quibus & ſua illi exponit mala potiſſimum à Clericis non canonicè viuentibus.

Romanum Pontificem verò ac meritò appellari vniuerſalem Epiſcopum Eccleſiæ Chriſti, lib. 1. *Dialogorum.*

Obiit Gandaui anno Chriſti 1588. die 2. Octobris, ætatis 63. ſub Sixto V. Pont. Max. Iacet in Cathedrali, tumulum habens communem cum Cornelio Ianſenio eius Prædeceſſore cum Epitaphio.

Guilielmus Malmesburienſis, Anglus, Monachus Congregationis Cluniacenſis, ſcripſit

Chronicon Romanorum Pontificum, libris 5. diſtinctum. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca publica.

Deceſſit anno ſalutis 1142. ſub Innocentio II. Romano Pontifice.

Guilielmus Okamus, Okam, Anglus, Franciſcanus, Theologus, Pariſienſis, ſcripſit venenoſo calamo

Diſputationem ſuper poteſtate Prælatis Eccleſiæ, atque Principibus terrarum commiſſa. Prohibetur in Indice Romano.

Extat *tom.* 1. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 13. *vsque ad* 18.

Tractatum de iurisdictione Imperatoris in causis matrimonialibus. Extat *tom.* 1. *Monarchiæ* Goldasti *à pag.* 21. *ad* 24. Pohibetur.

Octo quæstionum decisiones super potestate summi Pontificis. Extant *tom.* 2. *Monarchiæ* Goldasti *à pag.* 313. *ad* 395. Prohibentur.

Dialogum de potestate Imperiali & Papali. Extat *tom.* 2. *Monarchiæ* Goldasti *à pag.* 396. *ad* 957. Prohibetur.

Compendium errorum Ioannis Papæ XXII. de vtili dominio rerum Ecclesiasticarum. Extat *tom.* 2. *Monarchiæ Goldastinæ à pag.* 957. *ad* 977. Prohibetur.

Opus nonaginta dierum de vtili dominio rerum Ecclesiasticarum. Extat *tom.* 2. *Monarchiæ* Goldasti *à pag.* 993. *ad* 1236. Prohibetur.

Contra Ioannem XXII. Papam de paupertate Christi & Apostolorum Apologiam. Prohibetur.

Obiit in Bauaria, *alijs* Capuæ, anno Domini 1320. die 20. Septembris sub Ioanne XXII. Papa, vt colligo ex eius Epitaphio *in Athenis Franciscanis* Henrici VVilloti relato.

Guilielmus Postellus, Barentonius, Normannus, Auctor damnatus primæ classis *in Indice Romano*, scripsit

De æterno Christi in interioribus regno, & sacro Petri Primatu, iam ab Adamo per Noachum, Abrahamum, Moysem, & Christum ad nos vsque deducto, librum 1.

Decessit Parisiis in D. Martini Monasterio anno gratiæ 1581. die 6. Septembris circa annum ætatis suæ 100. ibidemque sepultus sub Gregorio XIII. Rom. Pont.

Guilielmus Rouillius, Turonensis, Typographus Lugdunensis, edidit

Elogia quorundam Romanorum Pontificum. Extant *in Promptuario Iconum insigniorum* Lugduni anno 1580. edito.

Floruit sub Gregorio XIII. Pont. Max.

Guilielmus Sirletus, Calaber, patriâ Stilienſis, S. R. E. Presbyter Cardinalis & Bibliothecarius, Theologus celeberrimus, scripsit

De

De Romano Pontifice in Monarchia Ecclesiastica, MS.

De præstantia Basilicæ Vaticanæ S. Petri librum 1. MS.

Obiit Romæ anno Christi 1585. 8. Idus Octobris, sub Sixto V. Pont. Opt. Max. sepultus est in Ecclesia S. Laurentij in Pane & Perna.

Gundisaluus de Villadiego, edidit

Tractatum de origine, dignitate, ac potestate S.R.E. Cardinaliũ.

Guuiferus, Salernitanus, Monachus Ordinis S. Benedicti, scripsit *Passionem S. Lucij Papæ & Martyris.* Asseruatur MS. in Bibliotheca Montis Cassini.

H.

HADRIANI I. Papæ *vita.* Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Hadriani VI. Papæ *Conclaue & creatio; Diaria* Blasij de Cæsena & aliorum sub eodem, & Leone X. ac Clemente VII. à Felice Contelorio collecta. Extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Hanardus Gamerius, Mosæus, Germanus, edidit

Pro Romano Pontifice, aduersùs fallaces VVolfgangi Martij ineptias. Coloniæ anno 1569.

Vixit sub Pio V. Pont. Opt. Max.

Hector Fliscus, seu *de Fliſco*, Nobilis Genuensis, ac eiusdem Reipublicæ Orator, edidit

De laudibus Innocentij VIII. Papæ orationem.

Orationem, quam habuit nomine Reipublicæ Genuensis ad Innocentium VIII. Papam. Parisiis apud Hieronymum de Marnef 1577. in 16. An hæc oratio sit eadem cum superiori, nihil certi habeo, quia non vidi.

Claruit sub Innocentio VIII. Rom. Pont.

Henningus Arnisæus, Germanus, patriâ Halberstadiensis, edidit

De potestate temporali in Principes, librum. Prohibetur *in Indice Romano.* Romæ anno 1640. in 8. ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ edito.

Henricus VIII. Angliæ Rex, ante hæresim, edidit

Librum pro Romano Pontifice aduersùs Lutherum Hæresiarcham. Hic liber permittitur *in Indice Romano*, alia verò eius opera omnino prohibita habentur.

Obiit in hæresi anno salutis 1532. sub Clemente VII. Papa.

Henricus Blissemius, Colonensis, Germanus, S. I. Theologus, edidit aduersùs Herbrandum Tubingensem hæreticum

De Romano Pontifice, in tractatu de Ecclesia militante. Ingolstadij apud Dauidem Sartorium 1577.

Obiit Græcij anno Verbi Incarnati 1586. sub Sixto V. Papa.

Henricus Buccellius, Lucensis, Italus, scripsit

De donatione Constantini Imperatoris facta S. Syluestro Pont. Max. librum 1.

De tempore, quo vixit, nihil hactenus explorati habeo.

Henricus Chachemius, Franciscanus, & Cancellarius Imperialis in Aula Ludouici IV. Imperatoris, scripsit

Informationem de nullitate processuum Papæ Ioannis XXII. contra Ludouicum Imperatorem. Extat *tom.* 1. *Monarchiæ*, Goldasti *à pag.* 18. *ad* 21. Prohibetur.

Vixit anno Christi 1328. sub Ioanne XXII. Papa.

Henricus Chiffettius, vel *Kiffettius*, Antuerpiensis, V. I. Doctor Romanus, ac Eloquentiæ Professor, edidit

Panegyricum, de laudibus Pauli V. Pont. Max. Romæ apud Stephanum Paulinum 1613. in 4.

Viuebat Romæ anno Christi 1632. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Henricus Enriquez, Portuensis, Lusitanus, S. I. Theologus, scripsit

De Pontificis potestate & electione.

De censuris Pontifici reseruatis.

De Concilij auctoritate.

Claruit sub Pontificatu S. D. Pauli V.

Henricus Gorrichen, Germanus, Theologus, scripsit

Tractatum de temerario iudicio Hussitarum circa potestatem Papæ.

Floruit anno Domini 1430. sub Martino V. Pontifice Maximo.

Henricus IV. Imperator Occidentis, scripsit

Epistolas

Epistolas ad Rom. Pont. Extant *cum Concilio Basilienſi* per Æneam Syluium.

Obiit anno ſalutis 1125. die 23. Maij, ſub Paſchali II. Papa.

Henricus Inſtitoris, Germanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, edidit

De poteſtate Papæ aduersùs Antonium Roſellum.

Claruit anno gratiæ 1496. ſub Alexandro VI. Rom. Pont.

Henricus Langeſteyn, vulgò *de Haſſia*, Germanus, Auguſtinianus, Doctor Parienſienſis, ſcripſit

De ſchiſmate Innocentij VII. legitimi Pontificis, Clementis VIII. & Benedicti XIII. Pſeudopontificum, librum 1.

Vixit anno Domini 1400. ſub Bonifacio IX. ſummo Pont.

Henricus Ludouicus Caſtaneus Rupipozæus, Chaſtaigner de la Rochepoſay, Gallus, Epiſcopus 98. Pictauienſis, edidit

Nomenclaturam Cardinalium, hoc eſt, *de Romanis Pontificibus & Cardinalibus, qui aliquid ab anno Chriſti milleſimo commentati ſunt.* Prodiit primò Toloſæ anno 1614. nomine ſuppreſſo; deinde Pictauij 1616. cum Auctoris nomine in 4. Latinè.

Viuit hoc anno 1642. ſub S. D. N. Vrbano VIII. Pontifice Opt. Max.

Henricus Schorus, Germanus, edidit

Breuiarium Romanorum Pontificum. Argentorati 1588. in 4. apud Bernardum Iobinum.

Floruit ſub Sixto V. Romano Pontifice.

Henricus Spondanus, Mauleocenſis, ex Protonotario Apoſtolico Epiſcopus Apamienſis in Gallia, edidit

De rebus geſtis Romanorum Pontificum à S. Petro vſque ad S. D. N. Vrbanum VIII. in Annalibus Eccleſiaſticis. Pariſiis anno 1641. fol. *tom.* 5. apud Dionyſium Lanouë editis.

Viuit ſenex hoc anno 1642. ſub Vrbano VIII. Papa.

Henricus Vandenzype, Mechlinienſis, Abbas S. Andreæ iuxta Brugas, Ordinis S. Benedicti, edidit librum, cuius titulus eſt,

S. Gregorius Magnus, &c. *ex nobiliſſima & antiquiſſima in Eccleſia Dei familiâ Benedictinâ oriundus, quò B. Gregorium ac S. Equitium ordini ſuo, contra Baronium vindicat.* Ipris anno 1611. in 8. apud Franciſcum Pelletum.

Viuebat

Viuebat sub Pontificatu S.D.Pauli V.Papæ.

Hermannus de Campo V Vestphalus, Germanus, Monachus Ordinis Cistercienſis, scripsit

De potestate Papæ & Concilij librum 1. incipit, *Beatus Athanasius*, &c.

De Schismate librum 1.

Vixit anno Domini 1440. sub Martino V. Papa.

Hermannus Contractus, Germanus, Monachus Augiensis Ordinis S.Benedicti, scripsit

De Romanis Pontificibus in Chronico *de sex ætatibus mundi*, quod perduxit vsque ad annum Domini 1052. Sed continuatum fuit à Bertoldo vsque ad annum 1065. Extat apud Henricum Canisium *tom.* 1. *antiquæ lectionis.*

Floruit sub Leone IX. Summo Pontifice.

Hermannus Schedelius, Germanus, patriâ Norimbergensis, scripsit

Romanorum Pontificum catalogum, in sua historia.

Viuebat anno salutis 1494. sub Alexandro VI. Papa.

Hermias Sozomenus, Salaminius, Græcus, scripsit Græcè

De Romanis Pontificibus, in historia Ecclesiastica.

Floruit anno Christi 440. sub Leone Magno Papa.

Herrandus, aliis Stephanus, Germanus, Monachus & Abbas Ilsemburgensis, scripsit

Defensorium Papæ Paschalis II. aduersùs Albertum Atellù, & Theodoricum Antipapas, & Henricum IV. Imperatorem legitimi Papæ aduersarium. incipit, *Sicut bonus homo*, &c.

Obiit anno Christi 1107. sub Paschali II. Papa: sepultus est in Reinsburg, ex Ioanne Trithemio *lib.* 4. *cap.* 244. *de Illustrib. viris Ordinis S.Benedicti.*

Herueus Natalis, Armoricus, Ordinis Prædicatorum Prior Generalis 14. Doctor Parisiensis, scripsit

De vtraque potestate Papali & Regali librum 1.

De potestate Papæ librum alterum.

Decessit Narbonæ anno Domini 1325. sub Ioanne XXII. Papa.

Hieronymus Aleander, natione Italus, scripsit

De SS. Apostolorum Petri & Pauli imaginibus librum MS.

Moritur

Moritur sub Pontificatu S.D.N. Vrbani VIII.

Hieronymus Badesius, scripsit carmine Heroico

De Sacello Exquilino à Sixto V. Pontifice Maximo extructo, lib.

Claruit sub Sixto V. Papa.

Hieronymus Balbus, vel *Baldus*, Italus, Ordinis Prædicatorum Episcopus Corsensis, vel Gurcensis, Orator Ferdinandi Archiducis Austriæ ad Romanum Pontificem, scripsit

De potestate Romani Pontificis, librum 1.

Orationem, quam habuit Romæ ad Hadrianum VI. Romanum Pontificem.

Vixit sub prædicto Hadriano Papa.

Hieronymus Beroaldus, Italus, Ordinis Prædicatorum, edidit

Continuationem ad Panuinium de Romanis Pontificibus, videlicet à Gregorio XIII. vsque ad Paulum V. Prodiit Venetiis anno 1612. in 4. Italicè.

Florebat sub Paulo V. Papa.

Hieronymus Bupercellius, Italus, patriâ Lucensis, scripsit

De donatione Constantini Magni S. Syluestro Papæ facta.

Hieronymus Catena, Italus, edidit ad Sixtum V. Papam.

S. D. Pij V. Pontificis Maximi vitam. Romæ anno 1587. in 8.

Hieronymus Columbus, Perusinus, Theologus, scripsit

De Romano Pontifice, in Angelica & humana Hierarchia, libris 8. *distincta.*

De regimine Ecclesiæ Dei, libros 2.

Floruit Romæ anno 1631. sub S.D.N. Vrbano VIII.

Hieronymus Donatus, Patricius Venetus, eiusdemque Reipublicæ Orator ad Romanum Pontificem, scripsit ad Græcos.

De Primatu Romanæ sedis Apologeticum. Romæ anno 1515. typis Calui.

Orationem, quam habuit Romæ nomine Venetorum ad Iulium II. summum Pontificem.

Claruit sub Leone X. Romano Pontifice.

Hieronymus Garimbertus, Italus, Episcopus Gallesensis, edidit

Vitas quorundam Romanorum Pontificum & Cardinalium, videlicet ab Innocentio III. vsque ad Clementem VII. Venetiis anno 1568. in 4. apud Gabrielem Giolitum, Italicè.

Vixit anno Christi 1523. sub Clemente VII. Papa.

Hieronymus Ghettus, Romanus, ex Generalis Ordinis S. Augustini Theologus, scripsit Italico sermone

Supra Bullam Gregorij XV. Pontificis Maximi de electione summi Pontificis.

Viuebat Romæ anno Christi 1632. sub Vrbano VIII. Papa.

Hieronymus Magius, Italus, V.I.D. edidit Latinè

Enarrationem de Ioannis Petri Caraffæ, aliàs Pauli IV. Papæ, genere, moribus, & regularis vitæ instituto. Coloniæ Vbiorum anno 1612. apud Ioannem Kinkium in 4.

Claruit sub Paulo IV. Romano Pontifice.

Hieronymus Manfredus, Ferrariensis, Italus, I.C. edidit

Pij V. Pont. Opt. Max. vitam. Cæsenæ anno 1586.

De Cardinalibus tractatum. Bononiæ 1565. in fol. & Venetiis inter *tractatus iuris.*

De sacrosancto Collegio Cardinalium tractatum. Extat ibidem, & forsan idem.

Vixit sub Sixto V. Pontifice Romano.

Hieronymus Maripetrus, Venetus, Ordinis Minorum, scripsit

Clementis VII. Romani Pontificis vitam.

Viuebat tempore Pontificatus dicti Clementis Papæ.

Hieronymus Megeserus, Germanus, edidit

Icones & vitas Romanorum Pontificum, cum eorundem insignibus. Francofurti anno 1603. in 8. Germanicè.

Claruit sub Clemente VIII. Papa.

Hieronymus Niger, scripsit

De virtutibus Hadriani VI. Rom. Pont. epistolam ad Marcum Antonium Michaëlium. Extat *part.* 1. litterarum Principum.

Epistolam alteram de electione Clement. VII. Papæ, ad eundem.

Vixit sub Clemente VII. Rom. Pont.

Hieronymus Ocho, Perpinianensis, Cathalanus, Carmelita, S. Th. Doctor, ex Confessore Benedicti XIII. Pseudopontificis Episcopus Elnensis, scripsit

Acta Benedicti XIII. Pseudopontificis, ex Emanuele Romano, Matritensi, Carmelita *lib. de illustribus viris Ordinis Carmelitarum.*

Vixit

Vixit anno salutis 1420. sub Martino V. Papa.

Hieronymus Paulus, Cathalanus, Canonicus Barchinonensis, scripsit

De donatione Constantini. Coloniæ anno 1533.

Floruit tempore Pontificatus Clementis VII. ni fallor.

Hieronymus Platus, Mediolanensis, S. I. Theologus, edidit

De summis Pontificibus, qui ordinem monasticum consequuti sunt, *lib. 2. cap. 28. de bono status Religiosi.*

De Cardinalis dignitate & officio, ad Flaminium Platum Cardinalem, fratrem.

Moritur Romæ anno Domini 1591. vel 1592. ætatis circiter 46. ibidemque sepultus.

Hieronymus Poczapouius, Ruthenus, Monachus Ordinis S. Basilij, & Collegij Romani Græcorum Alumnus, edidit

In Capellam Burgheſianam Pauli V. Pont. Max. Carmina Latina, quæ leguntur apud Abrahamum Bzouium *in Pontifice Romano.*

Viuebat Romæ sub prædicto Paulo V.

Hieronymus Rotta Schreckenſtein, Germanus, edidit

De Principalitate Eccleſiæ Romanæ. Ingolstadij anno 1550. apud Alexandrum VVeſſenhorn.

Floruit sub Iulio III. summo Pontifice.

Hieronymus Rubeus, Nobilis Rauennas, Medicus & Historicus, edidit

Orationem de electione Gregorij XIII. Papæ, quam habuit ad Populum Rauennatem. Cæsenæ anno 1572. in 4. apud Bartholomæum Rauerium.

S. Hieronymus, Stridonensis, Hungarus, S. R. E. Presbyter Cardinalis & Doctor, scripsit ad B. Eustochium

De vinculis B. Petri Apostoli epistolam, quæ est 34. inter epistolas.

De reprehensione Petri à Paulo, lib. 1.

Obiit in Bethleem anno Domini 420. ætatis suæ 78. aliis ann. 422. ætatis 91. sub Bonifacio I. Romano Pontifice, postea eius corpus Romam delatum, in Basilica Liberiana collocatum.

Hieronymus Vendramenus, Italus, Sacerdos Theologus, edidit

Disquisitiones controuersiarum inter Paulum V. Papam, & Rempublicam Venetam vergentium. Extant *tom.* 3. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pagina* 477. *vsque ad* 485.

Floruit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

Hieronymus Vidas, Cremonensis, Lombardus, ex Canonico Congregationis Lateranensis, Episcopus Albensis, in Subalpinis Montis Ferrati, edidit

De Clemente VII. Romano Pontifice Elegiam.

Floruit sub præfato Clemente Papa.

Hilarion Costeus, *de Coste*, Parisinus, Ordinis Minimorum Theologus, ac S. P. Francisci de Paula ex sorore pronepos, edidit

Elogia quorundam Romanorum Pontificum, videlicet *ex Leone X. vsque ad Gregorium XV.* in historia Catholica, Parisiis apud Sebastianum Cramoisy 1625. in folio edita, Gallicè.

Viuit Parisiis hoc anno 1642. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Hincmarus, Gallus, ex Monacho Benedictino S. Dionysij Parisiensis Archiepiscopus 31. Remensis, scripsit

Admonitionem de potestate Regia & Pontificia, & de vtriusque regiminis administratione. Extat *tom.* 1. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Haiminsfeldij Caluinistæ *à pag.* 3. *ad* 8.

Moritur anno salutis 882. sub Ioanne VIII. Papa: sepelitur apud S. Remigium. Melchior ille Goldastus *loc. cit.* affirmat Hincmarum scripsisse *hanc admonitionem* anno 884. sed quia hæreticus, nulla est ei fides adhibenda, sed sequimur Bellarminum, Possevinum, & Claudium Robertum.

Hippolytus Maraccius, Lucensis, Italus, è congregatione Lucensi Clericorum Regularium Matris Dei Sacerdos, & Rector Domus S. Mariæ in Campitello Vrbis parat

Pontifices Maximos Marianos, seu de Romanorum Pontificum in Mariam Deiparam Virginem ardendi studio ac pietate, librum.

Purpuram Mariannam, seu de purpuratis Patribus Eminentissimis

tißimis S. R. E. Cardinalibus pietate in Mariam Deiparam inſignibus lib. 1.

Viuit Romæ hoc anno 1642. ſub ſancto Domino noſtro Vrbano VIII.

Hiſtoria de Henrici IV. Imperatoris, & Hildebrandi Pontificis Romani cognomento Gregorij VII. vita. Francofurti apud Andream VVechelium anno 1581. Extat poſt *Chronicon Slauorum* Helmodi ibidem ab eodem edito in fol. Prohibetur *in Decreto* 4. Februarij 1627.

Hiſtoria particularis de rebus inter Paulum V. Summum Pontificem, & Sereniſſimam Rempublicam Venetam peractis annis 1605. *&* 1606. *libris* 7. *diuiſa.* Prohibetur *in Decreto* 15. Februarij 1625.

Honorius Auguſtodunenſis, à patria ſic dictus, natione Burgundus, non verò Germanus, vt aliqui perperam aſſerunt, cognomento Solitarius, Presbyter, aliis Abbas Ordinis S. Benedicti, ſcripſit

De vinculis S. Petri Apoſtoli ſermonem.

De Papa & Imperatore lib. 1.

Viuebat anno Domini 1220. ſub Honorio III. Romano Pontifice.

Horatius Iuſtinianus, Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus, edidit

Concium Florentinum, Notiſque illuſtrauit, in fol.

Viuebat Romæ anno ſalutis 1640. ſub Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Horatius Turſelinus, Romanus, S. I. Theologus, edidit

Orationem funebrem Gregorij XIII. Rom. Pont.

Obiit Romæ anno Domini 1599. ætatis ſupra Sexageſimum, ſub S. D. Clemente VIII. Papa.

Hugo Blancus, ſiue *Candidus*, Tridentinus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis à Leone IX. creatus, ſcripſit

Apologiam, quâ ſe perduellionatus ſuſpicione excuſatum iri cupit, quòd Clementi III. Pſeudopontifici adhæſiſſet.

Floruit anno Domini 1075. ſub Gregorio VIII. Papa. Hic ter ab Eccleſia damnatus fuit, & anathemate notatus, diem clauſit extremum.

Hugo, Gallus, Monachus Ciſtercienſis, Abbas monaſterij SS. Vincentij & Anaſtaſij ad tres Fontes Romæ, deinde S.R.E. Presbyter Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis & Veliternus, ſcripſit ad S. Bernardum Abbatem 1. Clarauallenſem

De obitu Eugenij III. Romani Pontificis.

Deceſſit ſub Adriano IV. Pontifice Maximo.

Hugo, aliis *Hubertus*, vel *Vbertus Folietta*, Genuẽſis, Ligur, ſcripſit

Pauli IV. Romani Pontificis vitam.

Innocentij VIII. Papæ Elogium.

Iulij II. Papæ Elogium.

Vixit tempore Pontificatus S.D. Pauli IV.

Hugo Victorinus, ſeu *de S. Victore*, Saxo ex Canonico Regulari Auguſtiniano S. Victoris Pariſienſis S. R. E. Cardinalis ab Innocentio II. Papa creatus, ſcripſit

De S. Petro Apoſtolo ſermonem.

Obiit Pariſiis anno Domini 1138. ſub prædicto Innocentio Papa.

Huldricus Richental, ciuis Conſtantienſis, deſcripſit

Geſta Concilij Conſtantienſis.

De tempore quo vixit, nihil certi hactenus habeo.

Hymnus Paſquini & Morphyrij in Paulum III. Papam. Prohibetur *in Indice Romano.*

I.

IACOBVS ACCARISIVS, Bononienſis, Italus, ſcripſit

De laudibus S. Gregorij Magni Papæ Orationem.

Orationem in funere Anniuerſarij Gregorij XV. Romæ habitam in Eccleſia S. Ioannis Euangeliſtæ, dum Sodalitas Bononienſis iuſta faceret 16. Kal. Auguſti 1629. Romæ 1629. in 4. ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.

Viuebat Romæ anno Chriſti 1632. ſub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Iacobus Alitienſis, Apulus, Monachus Ordinis Cœleſtinorum, ſcripſit

DU

De vita S.Cœlestini V.Romani Pontificis lib.1.

Floruit tempore Pontificatus S.D.Pauli I V.

Iacobus Allindus, Theologus, scripsit

De potestate Summi Pontificis, ex Ioanne Molano *in Bibliotheca Materiarum, v.Pontifex.*

Quando vixerit, nihil explorati habeo.

Iacobus Almainus, Senonensis, Gallus, Theologus Sorbonicus, scripsit contra Caietanum

De potestate Papæ librum.

Expositionem de suprema potestate Ecclesiastica & laica, circa quæstionum decisiones Magistri Guilielmi de Ockam, super potestate Summi Pontificis anno Domini 1512. Extat *tom.1. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 588. *vsque ad* 647.

Vixisse perhibetur anno salutis 1512.sub Iulio II.Papa.

Iacobus Auzolius Peyrius, de la Peyre, Nobilis Aruernus, edidit

Romanorum Pontificum catalogum in Chronologia sancta. Parisiis anno 1632. in fol. apud Geruasium Aliottum edita, Gallicè.

Apoplexiâ correptus decessit Parisiis anno 1642. die 19. Maij, sub S.D.N.Vrbano VIII.Papa.

Iacobus de Brouuer Hoochstratanus, Antuerpiensis, Ordinis Prædicatorum Theologus, edidit

Clauium Apostolicam, seu demonstrationem theologicam, quâ dilucidè, ac solidè concluditur diuinâ fide credendum Paulum V. esse Summum, Maximúmque Pontificem. Duaci anno 1621. in 8. Typis Belleri.

Claruit sub Paulo V.Papa.

Iacobus Caietanus de Stephaneschis, Romanus, Bonifacij VIII. Papæ fratris filius, S.R.E.Diaconus Cardinalis, tit.S.Georgij de Velabro, scripsit

Opus de vita S. Cœlestini V. Papæ libris 3.distinctum, postea à Paulo Regio prosequutum. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Aniciana Reuerendissimi D. Constantini Caietani Abbatis, in Archiuo S. Petri de Vrbe, & apud Cl. V. Gabrielem Naudæum.

De coronatione Bonifacij VIII.Rom.Pont. Romæ ibid. MS.

Obiit

Obiit anno salutis 1343. sub Clemente VI. Papa.

Iacobus Carthusiensis, Theologus, scripsit

Disputationem pro vtraque parte Concilij Basiliensis. Extabat MS. apud Marcum Dresserum.

Iacobus Davy Perronius, Normannus, ex Episcopo 58. Ebroïcensi Archiepiscopus 104. Senonensis, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Agnetis in Agone edidit Gallicè

De Romano Pontifice, in Replica, ad responsum Sereniſſimi Angliæ Regis.

De absolutione Henrici IV. Francorum & Nauarræ Regis Christianissimi à Clemente VIII. Pont. Opt. Max. facta, & de morte eiusdem Clementis, epistolas.

Obiit Parisiis anno Incarnationis 1618. die 3. Septembris. Corpus ad Metropolitanam Ecclesiam Senonensem translatum, ibi sepultum est.

Iacobus Fontanus, Brugensis, Belga, V.I. Doctor, edidit

Vitam Ioannis XXII. Pont. Max. ex varijs auctoribus collectam. Prodiit Lutetiæ Parisiorum.

Claruit sub Hadriano VI. summo Pontifice.

Iacobus Gaulterius, Gaultier, Annonæus, apud Heluios, Gallus, S.I. Theologus, edidit

Romanorum Pontificum Catalogum à S. Petro vsque ad S. D. Vrbanum VIII. in Tabula Chronographica Lugduni in fol. edita.

Obiit Gratianopoli, sub Vrbano VIII. Papa anno salutis 1636. die 14. Octobris.

Iacobus Gordonius Lesmoreus, Scotus, S.I. Presbyter & Theologus, edidit

Romanorum Pontificum Catalogum, in opere Chronologico Pictauis anno 1615. in fol. edito.

Obiit sub S.D.N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. anno salutis 1641. die 17. Nouembris, ætatis suæ 89. ex relatione R.P. Philiberti Moneti S.I.

Iacobus Gretserus, Constantiensis, Germanus, S.I. Theologus, edidit

Aduersùs mysterium iniquitatis Philippi Mornæi Plessæi. Ingolstadij anno 1614. in 4.

De

De Romano Catholicæ doctrinæ & controuersiarum religionis Iudice.

Aduersùs Venetos pro sede Apostolica.

Libellum de munificentia Principum erga sedem Apostolicam.

Notas in vitam Gregorij VII. Rom. Pont.

Viuebat tempore Pontificatus S. D. Pauli V. Papæ.

Iacobus Illarius, D'Illaire, Dominus de Ioyaco, Nobilis Gallus, edidit suo vulgari sermone

Responsionem ad articulos fidei Ministrorum Caluinistarum Franciæ, præsertim ad hunc; Papam non esse Antichristum.

Floruit sub Paulo V. summo Pontifice.

Iacobus Latomus, Belga, Doctor Louanienſis, edidit

De Primatu S. Petri Apostoli aduersùs Martinum Lutherum Hæresiarcham. Antuerpiæ anno 1526.

Decessit Louanij anno Domini 1544. die 29. Maij, sub Paulo III. Rom. Pont. sepultus est in Ecclesia D. Petri prope Aram summam cum Epitaphio à Francisco Svvertio *in Athenis Belgicis* relato.

Iacobus Leschasserius, Gallus, I. C. & Aduocatus Regius in suprema Curia Parisiensi, scripsit

Tractatum de libertate antiqua & canonica Ecclesiæ Gallicanæ, ad supremas Franciæ curias. incipit, *Cùm allegatio*, &c. Extat *tom. 3. Monarchiæ* Melch. Gold. Caluinistæ *à pag. 277. ad 282.*

Iacobus Locher, scripsit

De S. Gregorio Magno Papa.

Iacobus Manlius, scripsit

Romanorum Pontificum & Imperatorum vitas, in quibus hæc septem indicat: Annum, quo Imperium acceperint, progeniem & nomen, morum proprietatem, tempus quamdiu regnârint, ætatem quamdiu vixerint, genus mortis, & rerum gestarum magnitudinem.

Iacobus Mensbona, seu *Amanatus*, Lucensis, Episcopus Ticinensis, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Chrysogoni, postea Episcopus Tusculanus, scripsit

De gestis Romanorum Pontificum sui temporis in epistolis.

Vitas Romanorum Pontificum, carmine, quæ æmulorum malignitate deperditæ sunt.

De Mantuano Pij II. itinere, & de illius causa.

Itinerarium, siue *Legationem Cardinalis Dominici Capranicæ ad Genuenses.*

Obiit apud S. Laurentium, Vulsinij anno Domini 1479. 4. Idus Septembris, sub Sixto IV. corpus eius Romam delatum, ad S. Augustinum sepultum est marmoreo sepulchro, cum Epitaphio alibi parato.

Iacobus Naclantus, Florentinus, Ordinis Prædicatorum, Episcopus Clodiensis in ditione Venetorum, scripsit

De Primatu Petri.

De auctoritate Papæ & Concilij.

De Actis Concilij approbandis per Papam.

Viuebat anno salutis 1560. sub Pio IV. Papa. Obiit Elodiæ, ibidémque sepultus est apud Dominicanos, vbi anno 1640. legimus eius inscriptionem sepulchralem, quam alibi dabimus.

Iacobus Nardus, Florentinus, edidit

De rebus gestis Leonis X. Rom. Pont. in historia Florentina.

Iacobus de Paradiso, Ordinis Carthusianorum Theologus, scripsit

Collectum de auctoritate Ecclesiæ, & eius reformatione. Extat *tom. 2. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 1567. *ad* 1576.

Iacobus Riuius, edidit

Historiam Pontificum Romanorum contractam, & compendio perductam vsque ad annum 1632. Amstelodami apud Ioannem Ianssonium anno 1632. in 8. sed cùm hæc historia edita sit apud Typographum Hæreticum, cautè legenda est.

Iacobus Sadoletus, Mutinensis, Italus, Episcopus Carpentoractensis, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula, scripsit

De rebus gestis Pauli III. Pont. Max. in Epistolis.

De Ecclesiæ Catholicæ ædificatione.

Moritur Romæ anno Domini 1547. mense Octobri, sub Paulo III. Papa: sepultus est in Ecclesia S. Petri ad Vincula in Exquiliis, à Paulo nepote sepulchro, & inscriptione honoratus, quæ adhuc legitur, & quam accepi 1640.

Iacobus

Iacobus Seuertius, Gallus, Doctor Parisiensis, Canonicus & Ecclesiastes Lugdunensis, edidit

Petri Tarentasiensis, postea Innocentij V. Papæ Elogium, in Chronologia Archiepiscoporum Lugdunensium anno 1628. Lugduni in fol. edita.

Interiit peste Lugduni anno salutis 1628. sub Papa Vrbano VIII.

Iacobus Sirmundus, Aruernus, Ricomagus, Societatis IESV Theologus, Ludouici XIII. Regis Christianissimi Confessarius, edidit

Concilia Gallicana tomis 2. distincta, vbi *de Romanis Pontificibus* aliquando agitur.

Epistolas varias Syluestri II. Papæ, quas MSS. possidet: habentur *tom. 2. historiæ Francorum Scriptorum* Andreæ Ducheſnij *à pag. 828. vsque ad* 844.

Viuit hoc anno gratiæ 1643. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Iacobus Sonemberg, Heluetiorum Catholicorum Orator ad Romanum Pontificem, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ, nomine Heluetiorum, ad Paulum V. Papam, die 30. Iunij ann. 1605.

Iacobus Spinola, Genuensis, IC. Reipublicæ Genuensis, Orator Romanus, edidit

Orationem habitam Romæ, nomine Genuensium ad Alexandrum VI. Rom. Pont. Parisiis apud Hieronymum de Marnef anno 1577. in 16.

Iacobus Strada, scripsit

Romanorum Pontificum Epitomen, quam in lucem emisit Onuphrius Panuinus Venetiis anno 1567.

Iacobus è Theramo, Canonicus Aprutinus, deinde Auersanus, Theologus, scripsit

De Romani Pontificis Monarchia lib. 1.

Floruit anno Domini 1585. sub Vrbano VI. Papa.

Iacobus Tipotius, Germanus, edidit

Symbola diuina & humana Pontificum, Imperatorum & Regum. Pragæ anno 1601. in fol. Latinè.

Vixit sub Clemente VIII. Papa.

Iacobus Viterbiensis, seu *de Viterbio*, natione Italus, Ordinis fratrum Eremitarum Augustinensium, S. Thom. Doctor, Archiepiscopus Neapolitanus, scripsit ad Clem. V. Papam

Libros 2. de regimine Christianitatis, vbi *de Romano Pontifice*. Extant MSS. Romæ in Bibliotheca Vaticana.

Claruit anno Domini 1310. sub Clemente V. Papa.

Iacobus de Voragine, Genuensis, Ligur, Ordinis Prædicatorum, Archiepiscopus Genuensis, scripsit

Quorundam Sanctorum Romanorum Pontificum vitas, in sua hostoria Lombardica.

Moritur anno Domini 1294. sub Cœlestino V. vel, vt placet aliis, 1298. sub Bonifacio VIII. Papa.

Iacobus Zenus, Venetus, Episcopus 92. Patauinus, scripsit

Romanorum Pontificum vitas.

Floruit anno Domini 1474. sub Sixto IV. summo Pontifice.

Iannotius Manetius, seu *de Manettis*, Florentinus, scripsit

De vita Nicolai V. Romani Pontificis libros 2. Extant MSS. Romæ in Bibliotheca Vaticana, & Florentiæ in Medicea apud S. Laurentium, incipiunt, *Vetus*, &c.

Orationem ad Nicolaum V. Pontificem Maximum. Extat MS. Florentiæ in Bibliotheca Medicea San-Laurentiana *plut.* 52. Latinè.

De eligendo nouo Pontifice orationem. incipit, *Cùm Roma Neapolim salutandi Alphonsum*, &c. MS.

De pompis secularibus & Pontificalibus tractatum, ad Angelum Acciaiolum. MS. Oxoniæ in Bibliotheca Collegij Noui *vol.* 116. *n.* 6.

Vixit sub Nicolao V. Pontifice Maximo. Obiit Neapoli anno salutis 1459. die 27. Septembris, ætatis 63.

Ianus Damianus, Senensis, Tuscus, edidit

Elegiam ad Leonem X. Papam, de expeditione in Turcas suscipienda. Basileæ apud Ioannem Frobenium in 4.

Ianus Vitalis, Panormitanus, Siculus, edidit Latinè

Elogia Iulij III. Romani Pontificis, & Cardinalium ab ipso creatorum. Romæ anno 1553. in 12.

Claruit tempore Pontificatus Iulij III.

Iaso-

Jaſo Mainius, Mediolanenſis IC. Mediolanenſium Principis, Orator Romanus, ſcripſit

Orationem, quam habuit Romæ, nomine Mediolanenſium Principis ad Alexandrum VI. Summum Pontificem. Pariſiis ann. 1577. in 16. apud Hieronymum de Marnef, Latinè, cum aliis orationibus eiuſdem argumenti.

Idatius, Epiſcopus Lemicenſis, ſcripſit

De Romanis Pontificibus, nempe à Siricio vſque ad Simplicium, in Chronico à Iacobo Sirmondo S. I. & Andrea Ducheſnio *tom. 1. hiſtoriæ Francorum*, edito.

Vixit ſub Simplicio Papa.

Ieremias Ferrerius, Gallus, ex Miniſtro Caluiniſta Catholicus factus, edidit aduersùs infenſiſſimos Romani Pontificis hoſtes

De Antichriſto & eius notis, vbi eruditè demonſtratur, *Romanum Pontificem non eſſe Antichriſtum*, contra Hæreticorum calumnias. Pariſiis ex Officina Niuelliana, ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy, Typographi Regij, anno 1615. in 4. Gallicè.

Obiit Pariſiis anno ſalutis 1625. ſub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Ignatius Braccius, Præpoſitus Recanatenſis, & Protonotarius Apoſtolicus, edidit Italicè

De Etymologia nominis Papa & Pontifex lib. 1. ad Vrbanum VIII. Romæ apud Franciſcum Corbelletum 1630. in 12.

De occulta conuenientia inter inſignia & cognomen Barberini. Romæ apud Facciottum 1623. in 4.

Viuebat Romæ anno 1630. ſub Vrbano VIII. Romano Pontifice.

S. Ignatius de Loyola, Cantaber, Societatis Ieſu Fundator, ſcripſit

In laudem S. Petri Apoſtoli Canticum.

Obiit Romæ anno Chriſti 1556. pridie Kal. Auguſti, ætatis 65. ſub Paulo IV. Summo Pontifice.

Innicus, vel *Ennicus de Mendoza*, Tendiliæ Comes, Ferdinandi & Iſabellæ Regum Hiſpaniarum Orator Romanus, ſcripſit

Orationem, quam habuit Romæ, nomine Ferdinandi & Iſabellæ Regum Hiſpaniarum ad Innocentium VIII. Romanum Pontificem.

Innicus Mendocius, seu *de Mendoza*, Tendiliæ Comes, Bæticæ Præfectus, Philippi II. Hispaniarum Regis Orator Romanus, scripsit

Orationem habitam Romæ nomine Philippi II. ad Paulum IV. Rom. Pontificem.

Innocentij III. Papæ, *vita & acta integra*, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Innocentij VII. Diaria & Conclaue, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Innocentij VIII. Conclaue & Diaria, MSS. ibid.

Innocentij IX. Conclaue & Diaria, MSS. ibid.

Innocentius I. Papa, consule *librum* 1. huius Bibliothecæ *v. I.*

Innocentius III. Papa, consule ibid. scripsit etiam

De S. Sylvestro I. Papa Homilias 2. ad populum.

De coronatione Pontificis homil.

Innocentius IV. Papa, consule *ibid.*

Ioachimus Abbas, Florensis, Ordinis S. Benedicti, Calaber, scripsit

Vaticinia quindecim Romanorum Pontificum.

Claruit spiritu prophetico illustratus anno Domini 1195. sub Cœlestino III. Romano Pontifice.

Ioachimus Perionius, Cormeriacensis, Gallus, Ordinis S. Benedicti Theologus, edidit

De rebus gestis S. Petri Apostoli, in opere *de vitis & rebus gestis Apostolorum.* Parisiis apud Carolum Perrier 1551. Coloniæ 1571. & Basileæ apud Oporinum in fol.

Obiit Cormeriaci anno salutis 1559. ibidemque sepultus est inter Benedictinos suos, sub Paulo IV. Papa.

Ioachimus Scaynus, I.C. Patauinus, patriâ Solodiensis, edidit

Responsum pro Decretis Reipublicæ Venetæ, &c. Extat *tom. 3. Monarchiæ prohibitæ* Melchioris Goldasti *à pag.* 353. *vsque ad* 368.

Vixit sub Paulo V. summo Pontifice.

Ioannes Amelinus, Italus, ex Archidiacono Foroiulienſi S. R. E. Presbyter Cardinalis, forsan ille, qui interfuit Concilio Romano sub Ioanne XII. tit. SS. Sylvestri & Martini de Montibus, scripsit

Dona

Donationem; quæ donatio dicitur vulgò Constantini Imperatoris facta, pro temporalibus: sed reputatur fictitia ab eruditissimo P. Ioanne Morino *in historia Constantiniana p.3. cap.7.*

Rescriptum pro collatione donationis Othonis III. Imperatoris.

Viuebat anno gratiæ 960. sub Ioanne XII. Papa.

Ioannes Angelus Dux ab Altemps, Romanus, edidit

Vitam S. Aniceti Papæ & Martyris, cum rebus memorabilibus, quæ eo Pontifice in Ecclesia sedente acciderunt. Romæ apud Iacobum Mascardum 1617. in 4. Latinè

Floruit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

Ioannes Antonius Bouius, Nouariensis, Lombardus, Carmelita, S.Th. Doctor, ac Romæ apud Transpontinam Professor, Episcopus Molfetanus, edidit iussu S.D. Pauli V.

Refutationem eorum, quæ aduersùs potestatem Pontificiam scripta fuerunt, aduersùs M. Paulum Seruitam. Romæ apud Guilielmum Facciottum 1606. in 4. Italicè, deinde Coloniæ 1607. apud Bernardum Gualtherum.

Obiit anno Domini 1622. sub Paulo V. Romano Pontifice.

Ioannes Antonius Campanus, Italus, Episcopus Aretinus, Interamnensis, & Aprutinus, edidit

Orationem funebrem Callisti III. Papæ.

Pij II. Romani Pontificis vitam.

Orationem, quam habuit Senæ in exequijs Pij II. Rom. Pont. quæ habetur inter opera Campani edita in fol. Romæ anno 1495. per Encharium Silber.

Floruit sub Paulo II. summo Pontifice.

Ioannes Antonius Caputius, scripsit

Diaria Pij V. summi Pontificis.

Claruit sub Pio V. Papa.

Ioannes Antonius Delphinus, è Casali Maiore Lombardus, Ordinis Minorum Theologus, scripsit

De potestate Romani Pontificis, & de notis Ecclesiæ.

De agendis in Concilio Tridentino sub Iulio III. Rom. Pont.

Decessit anno Incarnationis 1560. sub Pio IV. Romano Pontifice.

Ioannes

Ioannes Antonius Flaminius, Forocornelienſis, Italus, ſcripſit
Elegias varias ad Iulium II. Papam; quæ leguntur *in delitijs Poëtarum Italorum*, à Rhanutio Ghero collectis, ex Antonio Sandero *lib. 3. de Claris Antonijs.*
De laudibus Hadriani VI. epiſtolam, quam vidit MS. Cl. V. Andreas Victorellus.
Vixit ſub Iulio II. Romano Pontifice.

Ioannes Antonius Gabutius, Nouarienſis, Lombardus, Presbyter Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, edidit
De vita & rebus geſtis Pij V. Romani Pontificis, libros 6. Romæ apud Aloyſium Zannetum 1605. in fol.
Viuebat ſub Paulo V. Romano Pontifice.

Ioannes Antonius Perettus, Tarentinus, edidit
De creatione Sixti V. Pontificis Maximi. Romæ apud Iacobum Ruffinellum.
Claruit ſub Sixto V. Papa.

Ioannes Antonius Petramellarius, Bononienſis, Italus, edidit
Continuationem ad librum Onuphrij Panuini de ſummis Pontificibus & Cardinalibus, nempe à Paulo IV. vſque ad Clementem VIII. Bononiæ anno 1600. in 4. Latinè.
Claruit ſub Clemente VIII. ſummo Pontifice.

Ioannes Antonius Philippinus, Romanus, Carmelita, S. Th. Doctor, Prior S. Martini de Montibus, aliàs Prouincialis Prouinciæ Romanæ, edidit ad Eminentiſſimum Principem Franciſcum Barberinum Cardinalem, & S. R. E. Vicecancellarium.
Epitomen de Antiquitate & veneratione Eccleſiarum SS. Sylueſtri & Martini de Montibus. Romæ ex Officina Andreæ Phæi 1639. in 4. Italicè.
Viuit Romæ hoc anno Domini 1642. ſub Vrbano VIII. Papa.

Ioannes Aquipontanus, aliis *Aquitanus*, edidit
Confutationem virulentæ diſputationis, in qua Georgius Sohn coronatus eſt docere, Pontificem Romanum eſſe Antichriſtum, à Prophetis & Apoſtolis prædictum. Auguſtæ Treuirorum anno 1589. in 4. apud Henricum Bock.
Claruit ſub Pontificatu S. D. Sixti V.

Ioannes Azorius, Lorcitanus, Hiſpan. Societ. Ieſu Theolog. edidit
De

De Romano Pontifice, tom. 2. Institut. Moralium *cap.* 4. & 5.

Floruit sub Paulo V. summo Pontifice.

Ioannes Barbo à Burdæsia, Gallus, Francisci II. Regis Christianissimi Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit nomine Francisci II. Regis Galliarum ad Pium IV. Romanum Pontificem.

Viuebat tempore Pontificatus dicti Pij IV. Papæ.

Ioannes Balüe, Gallus, patriâ Virdunensis, Theologus, ex Confessario & Eleemosynario Ludouici II. Abbas Becci 33. & 1. Commendatarius, Episcopus 52. Eborensis, & 67. Andegauensis administrator, tandem S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Susannæ, & Episcopus Albanensis, Caroli VIII. Francorum Regis Christianissimi, vnâ cum Comite Delphino Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ nomine Caroli VIII. Regis ad Innocentium VIII. summum Pontificem.

Obiit Romæ anno Christi 1491. mens. Octobr. sepultus est in Ecclesia S. Praxedis Monachorum Vallis-Vmbrosæ cum Epitaphio à nobis collecto, & alibi relato, tempore Pontificatus Innocentij VIII.

Ioannes Bambacius, Presbyter & Magister Rhetorices in Collegio Græcorum de Vrbe, edidit

In Columnam Pauli V. Pont. Max. in Esquilinis erectam Carmina Latina.

Viuebat Romæ sub Paulo V. Papa.

Ioannes Baptista Bernardinus, Episcopus Adiacensis, Reip. Lucensis Orator, scripsit

Orationem habitam nomine Lucensium ad Gregorium XIII. Rom. Pont.

Ioannes Baptista Castaldus, Neapolitanus, Clericus Regularis, edidit

Vitam Pauli IV. Romani Pontificis. Romæ apud Mascardum anno 1615.

Viuebat Romæ anno 1630. sub Vrbano VIII. Pontifice Opt. Max.

Ioannes Baptista de Caualerijs, aliis *de Clauerijs*, Italus, edidit Ital.

Romanorum Pontificum effigies typis æneis incisas, à S. Petro

vsque ad Clementem VIII. Romæ ex Typographia Dominici Basæ anno 1595. in 8.

Claruit sub Clemente VIII. Papa.

Ioannes Baptista Coccinus, Venetus, Rotæ Romanæ Decanus, & sacræ Pœnitentiariæ Regens, scripsit

De electione Romani Pontificis, ex Apibus Vrbanis Leonis Allatij.

Obiit Romæ anno Domini 1641. sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Ioannes Baptista Fragnanus, Italus, edidit

De iusta censura Pauli V. Papæ aduersùs Venetos, lib. Romæ in 4.

Floruit tempore Pontificatus S.D.Pauli V.

Ioannes Baptista Garghas, Senensis, Tuscus, Equitum Rhodiorum Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit nomine Equitum Rhodiorum ad Leonem X. Romanum Pontificem.

Ioannes Baptista à Glano, Leodiensis, Augustinianus, Doctor Parisiensis, edidit Gallicè

Historiam Pontificalem, seu Demonstrationem veræ Ecclesiæ à Christo fundatæ, cui præmittitur, *Decretorium ad eandem historiam.* Leodij anno 1600. in 4. apud Arnoldum de Coerswaren.

Migrauit Leodij anno 1613. sub Paulo V. Romano Pontifice.

Ioannes Baptista Guarinus, Italus, Orator Ferrariensis, edidit

Orationem, quam habuit nomine Ferrariensium ad Paulum V. Papam.

Ioannes Baptista Leo, Venetus, Ducis Vrbinatum apud Serenissimam Rempublicam Venetam Orator, edidit

Discursus super potestate Ecclesiastica, & Romanæ curiæ Monarchia. Extant *in Monarchia prohibita* Melchioris Goldasti Caluinistæ *tom.* 3.

Scribebat anno salutis 1606. sub Paulo V. Pont. Max.

Ioannes Baptista Pacianus, Italus, edidit Italicè

De præcedentia inter potestatem Ecclesiasticam & sæcularem, librum. Prodiit apud Franciscum Bonardum anno 1586.

Claruit

Claruit sub Sixto V. Pontifice Optimo Maximo.

Ioannes Baptista Spadius de Firenzuola, Placentinus Ordinis Prædicatorum Theologus, euulgauit

S. Romanæ Ecclesiæ triumphum ab Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. auctum. Placentiæ apud Ardizzonum anno 1623. in 4.

De Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. Erato, & Clio, ex Virgilio, ad Bernardinum S.R.E. Cardinalem Spadium, Placentiæ apud Ardizzonum anno 1627. in 4.

Elogium Proteon ad immortalem famam Vrbani VIII. Pont. Opt. Max. Carmina duo Italica, quæ in Carmina viginti duo millia octingenta triginta sex, Quaternarios quinque mille septingentos, & nouem, saluis semper rhythmo, & carminum Heroicorum iuribus, neque vnquam eodem repetito reducuntur.

Viuebat Romæ anno Christi 1633. sub Vrbano VIII. Papa.

Ioannes Baptista Stella, scripsit carmine

De anniuersaria Sixti V. coronationis celebritate.

Ioannes Baptista Tuffus, Italus, Ordinis Clericorum Regularium Theologus, Episcopus Cerrarum, edidit

De rebus gestis Pauli IV. Rom. Pont. In historia Latina Ordinis sui Romæ 1609. in fol. edita.

Claruit tempore S. D. Pauli V. Papæ.

Ioannes Baptista Viues, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ, nomine Oratoris Regum Congi ad S.D.N. Vrbanum VIII. Papam.

Ioannes Barclaius, Barclay, Gallus, Guilielmi filius, edidit

Pietatem, siue publicas pro Regibus ac Principibus, & priuatas pro Guilielmo Barclaio parente vindicias aduersùs Cardinalem Bellarminum. Prodiit 1612. *& tom.* 3. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ. Prohibetur *in Decreto* Romæ 1613.

De potestate Papæ librum impietate plenum, (teste Dempstero) *& ab Ecclesia proscriptum.*

Obiit Romæ sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa: sepultus est in Ecclesia S. Laurentij extra muros cum effigie marmorea, quæ postea *ex Decreto* S. Congregationis in Tyberim deiecta.

Ioannes Bedæus de la Gourmandiere, Gallus, Aduocatus Parisiensis, patriâ Andinus, edidit

Ius Regum, contra Cardinalem Bellarminum, & alios Iesuitas. Parisiis anno 1611. & Hanouiæ Typis Thomæ VVillierij, impensis Conradi Biermanni & consort. 1613. *tom.* 3. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ.

Viuebat Parisiis anno salutis 1611. sub Paulo V. Papa.

Ioannes Bellaius, du Bellay, Gallus, ex Episcopo 104. Parisiensi S.R.E. Presbyter Cardinalis Episcopus Ostiensis, & S. Collegij Decanus, scripsit

Orationem, quam habuit coram Clemente VII. Pont. Max. & Henrico I. Francorum Rege Christianissimo.

Orationem alteram coram Clemente VII. & Francisco I. F. R. Massiliæ ex tempore habitam.

Obiit Romæ anno Domini 1560. 14. Kal. Martij ætatis 68. sepultus est in Ecclesia Minimorum Gallorum SS. Trinitatis in Monte Pincio.

Ioannes Bertrandus de Gueuarra, Hispanus, edidit

Propugnaculum Ecclesiasticæ libertatis, & Pontificiæ potestatis.

Ioannes Brunellus, scripsit

De Cardinalibus, & de potestate Legati librum. Extat inter *tractatus Iuris.* Venetiis editos, *tom.* 13. *p.* 2. *fol.* 23.

Ioannes Bunderius, Gandauensis, Belga, Ordinis Prædicatorum Theologus, edidit

De Romano Pontifice, in compendio concertationum, *tit.* 31.

Obiit Gandaui anno Domini 1557. 6. Idus Iunij sub Paulo IV. Papa.

Ioannes Burchardus, vel *Bucchardus*, Cæremoniarium Papalium Magister, scripsit

Diaria Alexandri VI. Romani Pontificis MSS. in Vaticano.

Diaria Innocentij VIII. MSS. Romæ.

Diaria Iulij II. MSS. Romæ.

Floruit sub Iulio II. Summo Pontifice.

Ioannes Burgundus de Maioricis, scripsit

Quòd Papa possit renuntiare Papatui carmen, vnà cum *Commentarijs.*

Ioannes Buſæus, Nouiomagenſis, Belga, Societatis Ieſu Theologus, edidit

Diſputationem Apologeticam pro Calendario Gregoriano, contra Iacobum Herbrandum, Doctorem Lutheranum Tubingenſem. Herbipoli anno 1585.

Diſputationem Theologicam de baptiſmo Conſtantini Magni. Moguntiæ anno 1589.

De ſtatubus hominum, Pontificis, Eccleſiaſticorum, &c. Moguntiæ anno 1613. in 4. Typis Albini.

Luitprandi Ticinenſis Diaconi opuſculum *de ritu Romanorum Pontificum* in lucem edidit, ac illuſtrauit. Moguntiæ anno 1602. Typis Ioannis Albini.

Anaſtaſium Bibliothecarium & Abbonem Floriacenſem *de Romanis Pontificibus* etiam edidit. Moguntiæ anno 1702. Typis Ioannis Albini, vbi non pauca de eorum *Decretis* recitat, quæ non extant *in tomis Conciliorum.*

Floruit ſub Paulo V. Pontifice Maximo.

Ioannes Camerarius de Dalburg, Germanus, Epiſcopus 64. Vormatienſis, ſcripſit

Orationem, quam habuit in promotione Innocentij VIII. Rom. Pont. nomine Ducis Bauariæ. Pariſiis anno 1577. in 16. apud Hieronymum de Marnef.

Obiit anno ſalutis 1503. die 27. Iunij ſub Alexandro VI. Papa.

Ioannes Camillus Zaccagnius, Romanus, edidit Latinè

De laudibus Leonis X. Romani Pontificis orationes 2. Romæ ex Typographia Iacobi Maſcardi anno 1622. in 4.

Viuebat Romæ anno 1630. ſub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

B. Ioannes Capiſtranus, Aprutinus, Ordinis Minorum Theologus, ſcripſit ad Nicolaum V. Romanum Pontificem

De dignitate Eccleſiaſtica.

De poteſtate Papæ & Concilij librum. Venetiis 1580. in 4. Extat etiam inter *Tractatus iuris* Venetiis editos *tom. 3. p. 1. fol. 32.*

Deceſſit in ciuitate VVillako diœceſis Bambergenſis anno Domini 1456. ſub Calixto III. Romano Pontifice.

Ioannes Carolus Potentius, S. Theolog. Doctor, edidit

In columnam Pauli V. in Exquilijs erectam, & in eius Sacellum Burgheſianum, Carmina. Leguntur apud Bzouium *in Pontifice Romano.*

Floruit Romæ ſub Paulo V. ſummo Pontifice.

Ioannes Caruaial, ciuis & Epiſcopus Placentinus, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis, Epiſcopus Portuenſis, natione Hiſpanus, ſcripſit

In Apoſtolicæ Sedis defenſionem.

Obiit Romæ anno ſalutis 1469. ſub Paulo II. Papa; ſepultus eſt in Eccleſia S. Marcelli cum Epitaphio.

Ioannes de Caſanoua, Aragonius, Ordinis Prædicatorum Theologus, ex Magiſtro S. Palatij Epiſcopus Boſanus, pòſt Elnenſis, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Sixti, ſcripſit

De poteſtate Papæ ſupra Concilium aduersùs conuentum Baſilienſem, librum. Extat MS. Patauij in Bibliotheca Benedictina S. Iuſtinæ, & in illa Benedicti Saluatici Equitis, ac Medicinæ practicæ Profeſſoris Primarij.

Obiit Florentiæ anno ſalutis 1436. ſub Eugenio IV. Romano Pontifice. Iacet in Eccleſia Fratrum Prædicatorum.

Ioannes Caſomatus, Cretenſis, & in Collegio Græcorum Græcè Humanitatis Profeſſor, edidit

In Columnam Pauli V. in Exquilijs conſtructam Carmina Græca & Latina. Extant apud Abrahamum Bzouium *in Pontifice Romano.*

Viuebat Romæ ſub Paulo V. Papa.

B. Ioannes Charlerius, à patria cognominatus Gerſonus Gallus, Doctor ac Cancellarius Academiæ Pariſienſis, ſcripſit

Tractatum de poteſtate Eccleſiaſtica, & de origine iuris. Extat *tom. 2. Monarchiæ Goldaſtinæ*, & inter eius opera Pariſiis edita.

Concordiam, quòd plenitudo poteſtatis Eccleſiaſticæ ſit in ſummo Pontifice & in Eccleſia, quamuis non omnino ſimpliciter, ibid.

Sermonem de Viagio Regis Romanorum ad Antipapas, ibid.

De auferibilitate Papæ ab Eccleſia, ibid.

De ſtatibus Eccleſiaſticis tractatum, ibid.

Tractatum de modo viuendi omnium fidelium, ibid.

Epiſtolam Pacis, ſeu Sermonem de tribulationibus ex defectuo-

ſo

so Ecclesiasticorum regimine adhuc Ecclesiæ prouenturis, &c. ibidem.

De schismate tractatum, ibid.

De schismate tractatum alium, ibid.

Quædam edita tempore schismatis Ecclesiæ de Concilio Generali vnius obedientiæ, ibid.

Sermonem de Pace coram Benedicto Antipapa, ibid.

Considerationes de Pace, prædicatas coram Benedicto XIII. Antipapa in Vrbe Tarasconensi, ibid.

Sermonem coram Papa Alexandro, ibid.

Sermonem coram Benedicto Antipapa habitum Massiliæ, ibid.

Propositionem factam coram Anglicis Lutetiæ Parisiorum euntibus ad Concilium Pisanum, ibid.

Trilogum in materia schismatis, ibid.

Sermonem factum in Concilio Constantiensi post recessum Ioannis XXIII. Papæ, ibid.

Tractatum, quomodo & an liceat in causis fidei à Papa appellare, seu eius iudicium declinare, ibid.

Tractatum contra Papam super potestate & auctoritate Ecclesiæ, ibid.

Excerpta de articulis contra Papam in processu productis, ibidem.

Propositionem factam coram Petro de Luna Antipapa, ex parte Vniuersitatis Parisiensis pro restrictione obedientiæ.

Opusculum de quibusdam scrupulis tempore schismatis Ecclesiæ.

De statu Papæ & Minorum Prælatorum.

De schismate Petri de Luna Antipapæ.

Migrauit ad Dominum Lugduni anno Christi 1429. sub Martino V. Romano Pontifice: sepultus est in Ecclesia S. Laurentij anno 1641. restaurata, vnâ cum Epitaphio marmoreo Gersonis *in Bibliotheca nostra Gallicana vniuersali*, relato.

S. Ioannes Chrysostomus, Antiochenus, Græcus, Patriarcha Constantinopolitanus, Ecclesiæ Doctor, scripsit Græcè

De SS. Petro & Paulo Apostolis orationem Encomiasticam. Coloniæ anno 1582. in 8. separatim, cum *scholijs* Gerardi Vossij. Lugduni sumptibus Ioan. Pillehotte 1616. in 4. Græcè.

Orationem

Orationem alteram in Sanctos duodecim Apostolos. Lugduni sumptibus Ioannis Pillehotte 1616. in 4. & Coloniæ Græco-Latinè 1582. in 8. cum *scholijs* Gerardi Vossij.

Homiliam in Petrum de mari, super illud, *Si tu es Christus, iube me venire ad te.*

Obiit circa annum Domini 407. sub S. Innocentio I. Romano Pontifice.

Ioannes Chrysostomus Vander Sterre, Syluæducensis, Ordinis Præmonstratensis Theologus, Prior S. Michaëlis Antuerpiensis, edidit

Hadriani IV. Papæ vitam. Extat *in Natalibus* Sanctorum, Ordinis Præmonstratensis, Antuerpiæ 1625. in 4. editis.

Floruit sub Pontificatu S. D. N. Vrbani VIII.

Ioannes Ciampolus, Basilicæ Vaticanæ Canonicus, edidit Latinè

De Pontifice Maximo eligendo, Orationem habitam in Sacrosancta Principis Apostolorum Basilica. Romæ apud Iacobum Mascardum 1623. in 4. Italicè verò,

Canticum benedictionum in coronatione Vrbani VIII. Pont. Opt. Max. Romæ typis Iacobi Mascardi 1626. in 4.

Viuebat Romæ anno gratiæ 1633. sub Vrbano VIII. Papa.

Orationem, quam habuit ad Leonem X. Pontificem Maximum Romæ pro Henrici VIII. Angliæ Regis defensione.

Ioannes Cochlæus, Norimbergensis, Germanus Theologus, edidit

De Romano Pontifice, in 4. Philippica.

De Petro & Roma contra Velenum, breues confutationes, contra quingentos articulos Martini Lutheri, & 36. Sermonibus eius excerptos, librum 1.

Claruit sub Paulo III. Romano Pontifice.

Ioannes Collæus, Anglus, Ordinis Fratrum Beatissimæ semperque Virginis Mariæ de Monte Carmelo Theologus, scripsit

De laudibus S. Petri Apostoli, lib. de laudibus Apostolorum, cuius initium est: *Græcorum religio statuit*, &c.

Viuebat anno Christi 1440. sub Eugenio IV. Romano Pontifice.

Ioannes Colton, Anglus Theologus, scripsit

De causa schismatis, librum.

Viuebat

Viuebat sub Innocentio VII. Pont. Max.

Ioannes Comus, Alexandrinus, Ægyptius Coëpiscopus, scripsit

Ad Clementem VIII. Pont. Opt. Max. epistolam. Extat in Appendice *ad tomum 6.* Annalium Ecclesiasticorum Cardinalis Baronij.

S. Ioannes Damascenus, cognomento Chrysoras & Mansur Græcus, scripsit

S. Dionysij Papæ vitam.

Floruit sub Gregorio III. summo Pontifice.

Ioannes Delphinus, Batauus, Theologus, Coëpiscopus Argentinensis, scripsit

De potestate Pontificis, librum.

De Notis Ecclesiæ tractatum. Coloniæ in 8.

Ioannes Diaconus, S. R. E. Cardin. Monachus Cassinensis, scripsit

Gesta S. Clementis I. Papæ & Martyris.

De vita S. Gregorij Magni Papæ, libros 4.

Claruit anno Domini 860. sub Nicolao I. Pontifice Optimo Maximo.

Ioannes Diplouatius, Patriarcha Constantinopolitanus, scripsit

Innocentij IV. Romani Pontificis vitam.

Ioannes Dominicus, Lucisanus, Collegij Græcorum de Vrbe Alumnus, edidit carmine

In imaginem B. Virginis amictam sole, depictam in Sacello Pauli V. Papæ. Leguntur apud Abrahamum Bzouium *in Pontifice Romano.*

Ioannes de Dormanno, des Dormans, Gallus, Episcopus 68. Bellouacensis, ac Caroli V. Francorum Regis Christianissimi Cancellarius, deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. SS. Quatuor Coronatorum, & Legatus, scripsit, teste eruditissimo Cardinali Perronio,

De potestate Pontificali ac Regali Dialogum.

Obiit Auenione anno Domini 1372. die 7. Nouembris, sub Gregorio XI. Rom. Pont. eius corpus postea delatum ad Carthusianos Parisinos, ibidemque sepultum ante maius altare.

Ioannes Driedo, Turnhoutonus, Brabantius Doctor Louaniensis, edidit

De Romano Pontifice, lib.4. cap. 3. p.2. de scripturis & dogmatibus Ecclesiæ.

Moritur Louanij anno Domini 1555. die 4. Augusti, sub Paulo IV. Papa.

Ioannes Episcopus 79. Leodiensis, S.R.E. Cardinalis, S. Romani Imperij Princeps, Dux Bauariæ & Bullionæ, Comes Hollandiæ, Alberti Ducis filius, dispensatus in Concilio Constantiensi à Martino V. vxorem duxit Elizabetham Luxemburgensem, viduam Antonij Ducis Brabantiæ, commatrem suam, scripsit ad Theodoricum à Niem, Pronotorium Romanæ Ecclesiæ,

Epistolam, quatenus Papæ sit obediendum. Extat *tom. 2. Monarchiæ prohibitæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ.

Obiit repentina morte anno salutis 1428. sub Martino V. Papa.

Ioannes Ekius, Sueuus, Theologus, edidit

De Primatu Petri aduersùs Martinum Lutherum.

Viuebat anno gratiæ 1520. sub Leone X. Papa.

Ioannes Faber, Gallus, V.I.D. Aduocatus Parisiensis, edidit

De auctoritate Papæ in leg. 1. num. 10. Cod. de sum. Trinit. & fid. Cathol.

Floruit anno salutis 1523. sub Clemente VII. Papa.

Ioannes Faber, Germanus, Episcopus Viennensis in Austria, scripsit

De clauibus Petri.

De potestate Romani Pontificis aduersùs Lutherum Hæresiarcham.

Floruit sub Leone X. Romano Pontifice.

Ioannes Fabri, Gallus, ex Monacho Tornusiano diœcesis Cabilonensis Abbas Vedastinus Attrebatensis, & Cancellarius Ludouici Andegauensis Siciliæ Regis, deinde Episcopus 89. Carnotensis, scripsit

Librum, quòd Petrus Romæ sit sub Nerone Martyrio affectus.

De schismate tractatus aliquot.

Obiit Auenione anno Domini 1390. sub Bonifacio IX. Papa.

Ioannes Fernandus de Velasco, Magnus Castellæ Comestabilis, Dux

Dux Feriæ, Comes Hari, Orator Philippi II. Hiſpaniarum Regis, edidit

Orationem, quam habuit Romæ, nomine Philippi II. Regis Hiſpaniarum ad Sixtum V. Rom. Pont.

B. Ioannes Fisherus, ſeu *Ficherus*, Anglus, S. Th. Doctor & Cantabrigienſis Academiæ Cancellarius, Epiſcopus Roffenſis, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Vitalis, Martyr, edidit contra Vlricum Velenum

Librum quòd S. Petrus Apoſtolus fuit Romæ.

De Romano Pontifice, in refutatione *art.* 25.

Londini martyrio coronatur iuſſu Henrici VIII. Regis Angliæ, anno ſalutis 1535. ſub Paulo III. Romano Pontifice.

B. Ioannes Foreſtus, Anglus, Ordinis Minorum Theologus & Martyr, ſcripſit

De auctoritate ſummi Pontificis tractatum. incipit, *Nemo ſibi ſumit honorem*, &c.

Martyrij palmam adeptus eſt in Anglia ob defenſionem Primatus ſummi Pontificis anno Chriſti 1538. ſub Paulo III. Papa.

Ioannes Franciſcus Bordinus, Romanus, Congregationis Oratorij de Vrbe Presbyter Theologus & Archiepiſcopus Auenionenſis, edidit ex Annalibus Eccleſiaſticis Cæſaris Baronij Cardinalis

Romanorum Pontificem vitas. Pariſiis 1604. in 4. apud Abelem Langelerium.

De rebus geſtis Sixti V. Romani Pontificis, librum carmine. Romæ apud Iacobum Tornerium anno 1588. in 4. Latinè.

Obiit ſub Pontificatu S.D. Pauli V. Papæ.

Ioannes Franciſcus Commendonus, Venetus, Epiſcopus Zynthenſis, ex Iulij III. Papæ Cubiculario & Protonotario Apoſtolico factus poſtea in patriam Legatus, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis, deinde S. Marci, ſcripſit

De Curia Romana librum. Extat MS Patauij in Muſeo Ioannis Franciſci Boriſoni, *ex Bibliothecis Patauinis*, Iacobi Philippi Tomaſini.

Obiit Patauij anno Incarnationis Dominicæ 1584. die 7. Kal. Ianuarij, & ibidem in monasterio Capuccinorum, cum inscriptione alibi danda, sepulchro illatus fuit.

Ioannes Franciscus Firmanus, Italus, edidit Latinè

De obitu & sepultura Pauli IV. Papæ narrationem. Coloniæ Vbiorum 1612. in 4. ex Officina Ioannis Kinkij.

Viuebat sub Pio IV. Pontifice Maximo.

Ioannes Franciscus Marlianus, Mediolanensis, Ioannis Galeazij Ducis Mediolani Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ, nomine Ioannis Galeazÿ ad Innocentium VIII. Rom. Pont.

Ioannes Franciscus Picus, S. Romani Imperij Comes Mirandulanus, scripsit

Apologiam pro Sauonarola Dominicano, contra excommunicationem Papalem. Extat *tom. 2. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Auctoris damnati, *à pag. 1635. ad 1651.*

Ioannes Franciscus Poggius, Florentinus, scripsit

De potestate summi Pontificis & Concilÿ.

Ioannes Franciscus Terzanius, Cremona, I.C. Ferrariensis, edidit

Orationem ad Sixtum V. Pont. Max. pro Sereniſſimo Alphonso II. Estense Duce Ferrariæ, obedientiam præstante Illustrissimo & Excellentissimo Cæsare Estense eiusdem Ducis Patruele, habitam. Romæ 9. Kal. Iunij 1585. in 4. Venetiis apud Ioachinum Brugniolum 1586.

Ioannes Fridericus, & Ioannes Guilielmus, Saxoniæ Principes fratres ediderunt

De S. Gregorio Magno declamationem. VVitembergæ anno 1593. in 8.

Viuebant tempore Pontificatus S.D. Gregorij XIII.

Ioannes Garcæus, Germanus, edidit

Collationem summi Pontificis veteris & noui Testamenti. Lipsiæ in 8.

Floruit anno salutis 1567. sub Pio V. Pont. Opt. Max.

Ioannes Genesius Sepulueda, Cordubensis, Hispanus, edidit

Res gestas Ægidÿ Albornotÿ Hispani Cardinalis, qui totam ferè Italiam oppressam tyrannica seruitute in libertatem asseruit, Ecclesiæque restituit, & Pontificem exulantem Auenione Romam deduxit.

deduxit. Bononiæ anno 1521. apud Hieronymum de' Benedictinis, & Basileæ apud Robertum V Vinterum.

Claruit sub Leone X. Romano Pontifice.

Ioannes Georgius Hermnartus, Germanus, edidit

Ludouicum IV. Imperatorem defensum aduersùs Abrahamum Bzouium. Monachij in Bauaria anno 1618. in 4. tom. 2. Hoc pertinet ad Ioannis XXII. Papæ historiam.

Viuebat sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

Ioannes Giacchetus, Italus, Serranus Confessor Monialium S. Syluestri de capite, edidit

De S. Syluestro I. Papa, in historia Ecclesiæ S. Syluestri ad caput Italicè, edita Romæ apud Mascardum anno 1625. in 4.

Viuebat Romæ anno Christi 1633. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Ioannes Gobelinus, edidit Latinè

Pij II. Romani Pontificis vitam. Extat ante *Commentaria rerum mirabilium*, dicti Pij II. Romæ apud Dominicum Basam 1584. & alibi edita.

Ioannes Gomesius de Silua, Lusitanus, Sebastiani Regis Portugalliæ & Algarbiorum Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ nomine Sebastiani Regis ad Gregorium XIII. Pont. Opt. Max.

Ioannes Gothofredus ab Eschausſen, Germanus, Episcopus Bambergensis, S. Romani Imperij Princeps, Matthiæ Imperatoris Romani Orator, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ nomine Matthiæ Imperatoris ad Paulum V. Romanum Pontificem.

Ioannes de la Grolaye, seu *de Villiers*, Gallus, ex Monacho & Abbate 61. Sandionysiano Parisiensi & S. Quintini Bellouacensis, Episcopus Lombariensis, Præses in Scacario Normaniæ, Orator Regius Romæ, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Sabinæ in Auentino, scripsit

Orationem, quam habuit ad Romanum Pontificem & Cardinalium cœtum.

Obiit Romæ anno salutis 1499. 8. Idus Augusti sub Alexandro VI. Papa: sepultus in Sacello Regis Francorum, in Basilica S. Petri Vaticana.

Ioannes Hagen, seu de *Indagine*, Germanus, Ordinis Carthusianorum Theologus, scripsit ex Bibliotheca Carthusiana Petræi

De tempore schismatis lib. 1.

De auctoritate Papæ in Concilio lib. 1.

De omnibus statibus spiritualium, videlicet, Papæ, Cardinalium, &c.

De potestate absoluendi excommunicatos, quorum absolutio Papæ reseruatur.

Viuebat anno Christi 1460. sub Pio II. Rom. Pont.

Ioannes Hemelarius, Belga, edidit metricè

De breuitate Pontificatus Leonis XI. libellum. Extat apud Cl. V. Andream Ducheſnium, ad calcem *vitæ Leonis XI.* Latinè.

Claruit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

Ioannes Hesselius, Belga, ciuis & Doctor Louanienſis, scripsit

De perpetuitate Cathedræ S. Petri.

Decessit Louanij anno Domini 1566. 7. Idus Nouembris, sub Pio IV. Papa: sepultus est in Ecclesia D. Petri iuxta Sacrarium cum Epitaphio.

Ioannes Hieronymus Albanus, Bergomensis, I C. Protonotarius Apostolicus, Piceni Gubernator, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Ioannis ante portam Latinam, scripsit

De donatione Constantini Imperatoris Ecclesiæ facta lib. 1.

De auctoritate Summi Pontificis lib. 1.

De Concilio lib. 1.

De Cardinalatu lib. 1.

Obiit Romæ anno Domini 1591. 7. Kalend. Maij, ætatis 85. sub Gregorio XIV. Papa: sepultus est in Ecclesia Augustinianorum S. Mariæ de Populo, cum Epitaphio.

Ioannes Iacobus Boissardus, Sequanus, edidit

Pij II. & Hadriani VI. Romanorum Pontificum Elogia, quæ habentur in opere Elogiorum; quod tamen prohibitum est, Elogiorum causâ Hæreticorum in eo relatorum.

Claruit sub Pontificatu S. D. Gregorij XIII. Papæ.

Ioannes Iacobus Chiffletius, Patricius Vesuntionensis, Sequanus, Medicus, edidit

S. Lini Papæ & Archipræsulis Vesuntionensis Elogium. Extat

in

in Vesuntione Imperiali part. 2. Lugduni 1618. in 4. Latinè apud Claudium Cayne edita.

Viuit Bruxellis hoc anno 1642. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Ioannes Iacobus, aliis *Franciscus Guicciardinus*, Italus, edidit

De rebus gestis Iulij II. Romani Pontificis, in historia Italiæ anno 1566. in fol. Basileæ edita.

Ioannes Iaubertus de Barrault, Gallus, ex Episcopo Vasatensi Archiepiscopus Arelatensis, edidit Gallicè

De Romano Pontifice, in Scuto fidei Catholicæ, aduersùs Scutum prætensæ religionis Petri Molinæi Caluinistæ. Parisiis anno 1632. in fol. apud Sebastianum Cramoisy edito.

Viuit anno salutis 1642. sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Ioannes Imperialis, Vincentinus, Medicus, edidit

Vrbani VIII. Rom. Pont. breue Elogium. Extat ante Elogia virorum illustrium, quæ prælo mandauit Venetiis apud Iuntas 1640. in 4. Latinè.

Viuit Vincentiæ anno salutis 1642. sub Vrbano VIII. Summo Pontifice.

Ioannes Lasiardus, Gallus, Monachus Ordinis Cœlestinorum, scripsit

De rebus gestis SS. Gregorij Magni & Cœlestini V. in historia vniuersali.

Ioannes, Lector S. R. E. scripsit

Historiam atque vitam Constantini Magni Imperatoris Apostolorum æqualis. Hæc pertinent ad historiam Syluestri I. Papæ. Extat MS. Constantinopoli in Bibliotheca Ioannis Suzi, Græcè, vt testantur *Verderus & Posseuinus.*

Ioannes Leibius, Germanus, edidit

Apophthegmata, Symbola & Prouerbia Pontificum, Imperatorum, &c. Coburgi apud Fridericum Grunerum 1627. in 12.

Viuebat sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Ioannes le Ieune, seu *Iuuenis*, Picardus, V. I. D. Episcopus 60. Matisconensis, 51. Morinensis, & 59. Ambianensis, tandem S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucina, scripsit ad Nicolaum V.

Eugenij

Eugenij IV. Romani Pontificis vitam.

Obiit Romæ anno Domini 1451. die 9. Septembris, sub Nicolao V. Papa; sepultus in Ecclesia S.Laurentij in Lucina, cum Epitaph io.

Ioannes Lensæus Belga, Doctor Theologus Louanienſis, edidit

De Romano Pontifice, in operibus de Ecclesia Louanij editis.

Moritur Louanij anno Verbi Incarnati 1593. postridie Kalendas Iulij, ætatis 52. sepelitur in Ecclesia D. Petri.

Ioannes Leo, Romanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, scripsit ad Eugenium IV. Papam.

De Ecclesiastica potestate, librum 1. incipit, *Rerum diuinarum omnes admodum tractatores.*

De gestis Concilij Basilienſis, librum. Extabat MS. in Bibliotheca Eminentissimi Lælij Bisciæ Cardinalis.

Vixit sub Eugenio IV. Romano Pontifice.

Ioannes de Leouardia, Frisius, Ordinis Minorum, Doctor Theologus, scripsit

De Romano Pontifice, lib. *de Ecclesia Christi.*

Floruit circa annum Domini 1590. teste Suffrido Petro de scriptoribus Frisiæ, sub Sixto V. Pont. Max.

Ioannes Lieuræus, le Lieure, Ambianensis, Picardus, S.Th.D. Canonicus Viennensis ac Abbas S. Ferreoli, edidit Gallicè

Calixti III. Papæ, alias Archiepiscopi Viennensis, Elogium, in Antiquitatibus Viennensibus.

Obiit Viennæ sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Ioannes Longiacus, Lemouicensis, Aquitanus, scripsit

In laudem Clementis VII. Romani Pontificis orationem; quæ asseruabatur MS. in Bibliotheca Guilielmi Sirleti Cardinalis, ex Antonio Possevino *in Apparatu sacro.*

Floruit sub Clemente VII. Papa.

Ioannes à Louanio, Brabantinus, Theologus, scripsit

De perpetua Cathedræ S. Petri protectione & firmitate, ex Antonio Possevino *in Apparatu sacro, v.I.*

Ioannes à Louanio, Belga, Ordinis Carthusianorum Theologus, an sit alter à superiore, nihil explorati habeo, scripsit

De Romanorum Pontificum vitis, ex Francisco Svvertio *in Athenis Belgicis, v.I.*

Ioannes

Ioannes Lucidus Cataneus, Italus, Ducis Mantuæ Orator Romanus, scripsit

Orationem habitam Romæ nomine Ducis Mantuæ ad Alexandrum VI. Rom. Pontificem.

Ioannes Lupus, è Palatiis Rubeis, Segobiẽsis, Hispanus I.C. scripsit

De Romano Pontifice, libros 6. de libertate Ecclesiastica.

Ioannes Maria, Taliafferrus, scripsit

De Ecclesiastica Politia, libros 12.

Viuebat tempore Pontificatus S.D. Clementis VIII.

Ioannes Maria Verratus, Ferrariensis, Ordinis Carmelitarum Theologus, edidit aduersùs Lutheranos

De Primatu Petri & Sedis Apostolicæ, librum 1. Venetiis anno 1571. in 8.

De Ecclesia & eius auctoritate, lib. 1. Venetiis 1471. in 8.

Obiit Ferrariæ anno Domini 1553. sub Iulio III. Papa; sepultus in clausto prope Sacellum S. Iacobi, cum Epitaphio à nobis Ferrariæ collecto, quod (Deo dante) *in nostra Bibliotheca Carmelita* dabimus.

Ioannes Marius Verdizonius, edidit

Carmen inscriptum, *Hæresis.* Ad Ioannem Antonium Fachinetum, qui postea fuit Innocentius IX. Pontifex Maximus, legitur ad calcem *libri carminum* Gabrielis Flammæ Veneti.

Ioannes Marsicanus, S.R.E. Cardinalis, Episcopus Tusculanus ab Vrbano II. creatus, scripsit contra Imperatorem Henricum V.

Orationem luculentam excitantem populum Romanum ad defensionem Pontificis Paschalis II. armaque capienda pro eo.

Obiit sub Paschali II. Pontifice Maximo.

Ioannes Marsilius, Theologus Neapolitanus, edidit

Votum pro Republica Veneta, oppositum voto Cardinalis Baronij. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *pag.* 374. *ad* 380. Venetiis 1607. in 4.

Exceptionem contra citationem per edictum Cardinalium Romanorum in causa Veneta. Extat *tom.* 2. *Monarchiæ* Goldasti *à pag.* 477. *ad* 486.

Viuebat sub Paulo V. Pontifice Maximo.

Ioannes Matthæus Caryophilus, Cretensis, Archiepiscopus Iconiensis, edidit

Confutationem Nili Theſſalonicenſis de Primatu Papæ, Græcè & Latinè. Pariſiis apud Adrianum Taupinart, via Iacobæa 1626. in 8.

Concilium Florentinum, ſæpiùs editum.

Librum qui ſub nomine Gennadij circunfertur, *pro defenſione Concilij Florentini.* Romæ typis ſacræ Congregationis de fide propaganda in 4.

Vixit Romæ anno ſalutis 1633. ſub S. D. N. Vrbano VIII.

Ioannes Molineus, vulgò *Vander Meulene*, Gandauenſis, I. V. D. Louanij in D. Petri Gandauenſis Eccleſiæ Decanus, Vniuerſitatis Cancellarius, & Decretorum Profeſſor Primarius, Ducisſæ Parmenſi Belgium adminiſtranti ab Eleemoſynis, edidit

Orationem habitam nomine Belgarum ad Gregorium XIII. Pont. Max. & Cardinalium Collegium.

Obiit in Italia, lapſus in phreneſin, ex Franciſco Svvertio *in Athenis Belgicis.*

Ioannes Monachus, Ordinis Cœleſtinorum, ac S. Petri Cœleſtini diſcipulus, ſcripſit

S. Cœleſtini V. Romani Pontificis vitam, ſub quo floruit.

Ioannes Morinus, Bleſenſis, Gallus, Congregationis Oratorij Ieſu Presbyter & Theologus, edidit

De S. Sylueſtro I. Papa, in hiſtoria Conſtantiniana, ſeu Eccleſiæ Pariſiis anno 1630. in fol. edita.

Viuit hoc anno 1642. in Gallia, ſub Vrbano VIII. Pontifice Max.

Ioannes Mutius, Aurelius Mantuanus, edidit carmine

Elogia ad Leonem X. Romanum Pontificem.

Floruit ſub prædicto Leone X. Papa.

Ioannes Neunhauſer, Germanus, Ratisbonenſis Decanus, ac Alberti Bauariæ Ducis Orator Romanus, ſcripſit

Orationem, quam habuit Romæ nomine Alberti Ducis Bauariæ ad Innocentium VIII. Romanum Pontificem.

Ioannes Nicolaus Paſchalis Alidoſius, Bononienſis, Italus, edidit

De ſummis Pontificibus, Cardinalibus, &c. *Bononienſibus.*

Ioannes de Nigraualle, Canonicus Regularis S. Auguſtini, edidit

De Romanis Pontificibus Ordinis Canonicorum Regularium, lib. de illuſtribus viris eiuſdem Ordinis.

Ioannes

Ioannes Pagæus, vulgò *le Paige*, Gallus, Ordinis Præmonstratensis Canonicus & Syndicus, Doctor Parisiensis, edidit

Elogia breuia summorum Pontificum Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, in Bibliotheca Præmonstratensi Parisiis anno 1633. in fol. apud Adrianum Taupinart edita, *lib.* 1. *sect.* 12. *pag. mihi* 121. *& seqq.*

Viuit Parisiis sub S. D. N. Vrbano VIII. Pontifice Optimo Maximo.

Ioannes de Parisijs, seu *Parisiensis*, Ordinis Prædicatorum Doctor Sorbonicus, scripsit

De potestate Regia & Papali tractatum. Extat *tom.* 2. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 108. *ad* 147.

Floruit anno Domini 1305. sub Clemente V. Papa.

Ioannes Patriarcha, Constantinopolitanus, scripsit

De comparatione Maximi Pontificis ad Concilium, & Ioanne Molano *in Bibliotheca materiarum v. Pontifex.*

Ioannes Patriarcha, an alter, ignoro, scripsisse comperio

Librum contra Papatum. Extat MS. in Bibliotheca Imperiali Viennæ. Prohibetur *ex Regulis* Magistri S. Palatij, sicuti & omnes alij, qui aduersùs Papam scripserunt.

Ioannes Paulus Flauius Albetanus, edidit

Orationem, quam dixit in funeribus Pauli IV. Romani Pontificis Romæ. Prodiit Coloniæ Vbiorum anno 1612. in 4. cum aliis eiusdem argumenti.

Vixit sub Pio IV. summo Pontifice.

Ioannes Paulus Mucantius, Italus, Pontificij Sacelli rituum Magister, scripsit

Diariorum Pontificiorum, tomos 2.

Obseruationem cæremoniarum anni Iubilæi, vbi de cæremonijs Romani Pontificis. MS. Romæ in Vaticano.

Ioannes Pedrezzanus, Theologus, edidit

Responsionem ad Venetos.

Claruit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

Ioannes Pelecius, Germanus, S. I. Theologus, Ingolstadiensis Professor, edidit

De Romano Pontifice, in tractatu *de Ecclesia Christi militante in terris*, Dilingæ anno 1590. in 4. edito.

Vixit sub Pontificatu Clementis VIII. Pont. Max.

Ioannes Petrus Camusius, vulgò *Camus*, Parisiensis, Episcopus Bellicensis, edidit Gallicè

De omnibus Romanis Pontificibus à S. Petro vsque ad S. D. N. Vrbanum VIII. Parisiis ann. 1630. in 8. apud Iosephum Cottereau.

Viuit Parisiis hoc anno salutis 1642. sub Vrbano VIII. Papa.

Ioannes Petrus Ferettus, edidit

De Baptismo Constantini à S. Syluestro Papa facto, in lib. *de Eparchatu.*

Ioannes Petrus Maffæus, Bergomas, Italus, S.I. Theologus, scripsit

De vita Gregorij XIII. Pont. Max. libros 13. ex Petro Ribadeneira *in Catalogo Scriptorum Societatis Iesu, v. I.*

Obiit anno gratiæ 1603. die 20. Octobris, sub Clemente VIII. Rom. Pont.

Ioannes Petrus Rubeus, vulgò *Rossi*, Italus, Societatis Iesu Theologus, ac S. Petri in Vaticano Pœnitentiarius, edidit Italicè

De morte Vrbani VII. Rom. Pont. relationem. Romæ apud Ioannem Martinellum 1590. in 4.

Vixit sub Gregorio XIV. Pont. Opt. Max.

Ioannes Pinus, Tolosanus, Episcopus Riuensis, Regis Francorum Orator Romanus, edidit

Orationem Romæ in Aula Regia ad summum Pontificem habitam, cùm nomine Regis Christianissimi, summo Pontifici obedientiam præstaret, ex relatione Cl. viri Dionysij Saluagnij Boessij, Protopræsidis Cameræ computorum Delphinatus.

Vixisse puto sub Alexandro VI. Romano Pontifice.

Ioannes de Poliaco, Gallus, scripsit

Contra summi Pontificis auctoritatem librum; quem pererudite refutauit Petrus Paludanus, Dominicanus. Prohibetur

Ioannes Puteanus, vulgò *du Puy*, Vasco, Augustinianus, Regius Professor Theologiæ in Academia Tolosana, edidit

De Romano Pontifice, in Summa theologica Tolosæ in fol. edita.

Migrauit ad Dominum anno salutis 1623. die 16. Ianuarij sub Gregorio XV. Rom. Pont. sepultus apud suos Augustinianos.

Ioannes

Ioannes Quintinus, Eduus, vel Augustodunensis, Burgundus I.C. edidit

Aristocratiam Christianæ ciuitatis, quâ descriptio Pontificij & Regij Imperij continetur, in cap. nouit. Parisiis apud VVechelum.

Claruit sub Paulo III. summo Pontifice.

Ioannes Randeus, aliàs *Martinus de Caratis*, Laudensis Theologus, edidit

De casibus, in quibus summus Pontifex non dispensat, librum 1.

Ioannes Rioche, Brito, Ordinis Minorum, S. Th. Doctor, ac Prouinciæ Armoricæ Minister Prouincialis, edidit Gallicè

Romanorum Pontificum Catalogum à S. Petro vsque ad Gregorium XIII. Extat *in Compendio temporum & historiarum*, Parisiis anno 1576. in 8. apud Guilielmum Iulianum edito.

Floruit sub Gregorio XIII. Pont. Opt. Max.

Ioannes Riuadellus Taruisinus, Italus, edidit Latinè

Elogia Bonifacij V. Ioannis V. Stephani V. Leonis V. Benedicti V. Gregorij V. Innocentij V. Hadriani V. Celestini V. Clementis V. Vrbani V. Martini V. Nicolai V. Pij V. & maximè Sixti V. Romanorum Pontificum. Romæ anno 1581.

Floruit sub Sixto V. Romano Pontifice.

Ioannes Roa Auila, Hispanus, Prior Caberi Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, scripsit

De potestate Ecclesiæ, & concursu potestatis Principum, tom. 4. ex Leone Allatio *in Apibus Vrbanis, v. I.*

Viuebat Romæ anno Domini 1631. sub Vrbano VIII. Papa.

Ioannes Robertus, Leodiensis, Societatis Iesu Theologus, edidit Latinè

Elogia S. Gregorij Magni & Pauli IV. Romanorum Pontificum, in suis quinquaginta Sanctorum Iurisperitorum Elogiis. Leodij anno 1632. in 16. editis, typis Ioannis Ouvverx.

Viuit sub S.D.N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Ioannes Roccius, scripsit

Sixti IV. Romani Pontificis vitam. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Angelica Augustinianorum.

Ioannes Rodericus Sancta-Crucius, Dux Naiarensis, Philippi II. Hispaniarum Regis Catholici Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ, nomine Philippi II. ad Gregorium XIII. Papam.

Ioannes Ruffus, Anglus, Ordinis Prædicatorum Theologus, scripsit

De Romanis Pontificibus librum.

Viuebat anno Domini 1290. sub Nicolao IV. Romano Pontifice.

Ioannes Sarisberiensis, natione Anglus, patriâ VViltunensis, Episcopus 67. Carnotensis in Gallia, scripsit

De statu Curiæ Romanæ librum.

Obiit Carnoti anno Verbi Incarnati 1180. sub Lucio III. Romano Pontifice; sepultus est in Abbatia S. Mariæ de Iosaphat, Ordinis S. Benedicti eiusdem diœcesis.

Ioannes de Selua, vulgò *de Selue*, Gallus, Præses Parisiensis, scripsit

De auctoritate Papæ, in tractatu *de beneficijs.*

Ioannes Senese, Italus, edidit suo vulgari sermone

Relationem equitationis & cæremoniarum factarum, dum S.D.N. Paulus V. possessionem adeptus est in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis, die 6. Nouembris, ann. 1605. Romæ apud Ludouicum Zannetum 1605. in 12.

Floruisse constat sub Pontificatu Pauli V.

Ioannes Seueranus, *Sancto-Seuerinas*, Congregationis Oratorij Presbyter, edidit

Romam Subterraneam, quæ legenda est pro historia Pontificia.

Vixit Romæ sub S. D. N. Vrbano VIII. Rom. Pont.

Ioannes Siculus, Græcus, scripsit

De Romanis Pontificibus, in historia Ecclesiastica, MS. Græcè.

Ioannes Simonis, Batauus, Ordinis Carmelitarum Theologus, scripsit

De potestate summi Pontificis, Conciliorum & Cæsaris, ex Francisco Svvertio *in Athenis Belgicis.* Differt ab alio eiusdem nominis, qui vocatur Ioannes Baptista Leo, de quo Monarchia Melchioris Goldasti *tom.* 3.

Claruit anno Domini 1475. sub Sixto IV. Rom. Pont.

Ioannes

Ioannes Stalenus, Germanus, Pastor & Canonicus Resensis, edidit Latinè

Papissam monstrosam & meram fabulam, siue dissertationem Historico-Theologicam, quâ ex vulgi errore ortam, de Papissa figmentum, ex vera Chronologia & alto scriptorum in subsequentibus annis de ea silentio, vti & leui, ac incerta recentiorum narratione penitus profligatur & elimatur. Coloniæ apud hæredes Bernardi Gualteri 1639. in 8.

Vixit sub S.D.N. Vrbano VIII. Rom. Pont.

Ioannes Stamberius, Anglus, Carmelita Doctor Oxonienſis, ex Confessario Henrici I V. Anglorum Regis Episcopus Banchorensis, deinde Herefordensis, scripsit

De potestate Pontificia, librum 1. incipit, *Leges humanas an Papa poterit*, &c.

De discrimine iurisdictionum, lib. 1. incipit, *Pontificatus dignitas & præc.*

Obiit Ludlouuæ apud Carmelitas Anglos anno Domini 1474. sub Sixto I V. Papa; eius corpus postea delatum fuit Herefordiam, ibidemque sepultum.

Ioannes Stella, Venetus, Sacerdos, edidit

De Romanis Pontificibus à S. Petro vsque ad Iulium II. Basileæ anno 1570. sed cauendum est (ait Possevinus) ab hac editione, quia è ciuitate hæretica prodiit.

Viuebat tempore Pontificatus Iulij II.

Ioannes Stolanus, Theologus, edidit

De Romano Pontifice, seu de Primatu Petri & Romanæ Ecclesiæ.

Ioannes Strangius, edidit

In Columnam à Paulo V. Pont. Max. è veteri Pacis templo in Exquilinum translatam, carmina. Extant apud Abrahamum Bzouium *in Pontifice Romano.*

Floruit Romæ sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

Ioannes Superantius, Presbyter, edidit

Veri Optimi Maximi S.R.E. Pastoris simulachrum, seu de laudibus Beatissimi Papæ Gregorij XV. fragmentum. Romæ apud Iacobum Mascardum anno 1621.

Ioannes Theodoricus, vulgò *Thierry*, Lingonensis, Campanus, Ordinis,

Ordinis Minorum S. Franciſci de Paula, edidit & emendauit

Platinam *de Romanis Pontificibus*. Pariſius apud Ioannem Petit.

Viuebat anno Incarnationis Dominicæ 1531. ſub Clemente VII. ſummo Pontifice, *ex Chronico Minimorum* Franciſci Lanouij.

Ioannes Tomcus, Marnauitius, Epiſcopus Boſnenſis in Sardinia, edidit

De S. Caio Papa & Martyre, lib. de vnica Gentis Aureliæ Valeriæ Salonitanæ Dalmaticæ Nobilitate. Romæ apud Ludouicum Grigmanum 1628. in 4.

Floruit ſub S.D.N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Ioannes Trithemius, Germanus, Abbas Spanheimenſis, Ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit

De S. Petro Apoſtolo Roſarium.

Vixit ſub Alexandro VI. ſummo Pontifice.

Ioannes de Turrecremata, Hiſpanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, ex Magiſtro ſacri Palatij S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Xiſti, demum Epiſcopus Sabinus, ſcripſit

De Pontificatu S. Petri, ex Molano *in Bibliotheca materiarum.*

De poteſtate Papæ & Concilij, librum 1. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti.

De controuerſia Eugenij IV. Papæ & Concilij Baſilienſis, librum. Extat Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti *vol.* 345. *num.* 2.

Flores ſententiarum D. Thomæ, *de auctoritate ſummi Pontificis* 73. explicatos, & Iuliano Cardinali dicatos. Incipiunt, *Mandaſtis Reuerendiſſime Pater, & D. Præſtantiſſime, D. Iuliane, Digniſſime Presbyter Cardinalis.* Extant MSS. Patauij in Bibliotheca Eccleſiæ Cathedralis, & Romæ in illa Eminentiſſimi Cardinalis Biſciæ anno 1638. die 20. Nouembris, Romæ demortui.

Summam de Eccleſia.

Apparatum ſuper Decretum Eugenij IV. Papæ de vnione Græcorum cum Latinis.

Deceſſit

Decessit Romæ anno Domini 1468. die 7. Kal. Octobris, sub Paulo II. Papa, corpus eius in Basilica Ordinis Prædicatorum S. Mariæ super Mineruam in Sacello Annunciatæ, cuius Societatem pro maritandis puellis ipse instituit, marmoreo sepulchro, quod hodie extat, honorificè conditum est, cum Epitaphio in nostra Bibliotheca Cardinalis, relato.

Ioannes de Vesalia, Cliuiensis Medicus, scripsit

Exhortationem ad Eugenium IV. Papam de Calendarij correctione.

Floruit sub dicto Eugenio IV.

Ioannes Viuonius, Marchio Pisanij, Gallus, Henrici III. Francorum & Polonorum Regis Christianissimi Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ nomine dicti Regis ad Sixtum V. Pont. Opt. Max.

Ioannes VValterus, Gandauensis, I.C. edidit

De rebus gestis summorum Pontificum, Cardinalium, Episcoporum, Imperatorum, &c. In Chronico Ecclesiastico Politico.

Iodocus Badius Ascensius, siue *Ascanius*, Brabantinus, Typographus Parisiensis, scripsit

Summaxia, seu Epitomata 124. *Capitulorum operis prohibiti* 90. *Dierum Guilielmi Ockami Franciscani.* Extant *tom. 2. Monarchiæ prohibitæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag. 977. ad 993.*

Viuebat anno gratiæ 1526. sub Clemente VII. Pontifice Maximo.

Iodocus Coccius, Bileueldianus, Canonicus Iuliacensis, Theologus, edidit

De Romano Pontifice, in Thesauro Catholico *tom. 1. pag. mihi* 781. *& seqq.*

Vixit sub Clemente VIII. summo Pontifice.

Iodocus Rauenstein, Tiletanus, Flander, Doctor Louanienſis, edidit

De S. Petro, in Apologia *cap.* 24.

Floruit sub Sixto V. summo Pontifice.

Ioseph Maria Suaresius, seu *Suares*, Auenionensis Præpositus, I.C. & Eminentissimi Cardin. Barberini Bibliothecarius,

nunc Episcopus Vasionensis. meditatur, vt habeo ex ipsius *Epistola* ad me Lugdunum transmissa,

Concilium Romanum Martini I. Papæ, cum Honorij Papæ sanctissimi vita, Opusculis & Vindicijs.

Damasi Papæ sanctissimi opera.

Heptada, seu *Pontificum, qui Auenioni sederunt, res gestas, ex varijs Diarijs, Regestis & Manuscriptis excerptas.*

Apologias Ioannis XII. & Ioannis XXII. Rom. Pont.

De Donis Pontificijs.

Viuit hoc anno Verbi Incarnati 1642. sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Ioseph Pamphilius, Veronensis, Augustinianus, Episcopus Signinus, scripsit

De Canonibus Apostolorum & Epistolis primorum Pontificum Romanorum longam & eruditam disputationem.

Viuebat anno salutis 1579. sub Gregorio XIII. Pont. Opt. Max.

Ioseph Pastorellus, vulgò *Pasturel*, Claro-monferrandus, Aruernus, Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ nostræ Dominæ Montisferrandi, vertit Idiomate Gallico

Vitam Clementis IV. Pont. Max. à R. P. M. Claudio Picqueto, Franciscano, Latinè conscriptam. Asseruatur Lugduni apud Cl. V. Renatum Gros à S. Ioyrio, Equitem Michaëlinum, cuius beneficio legi.

Viuit Claro-monferrandi hoc anno salutis 1642. sub Pontificatu S. D. N. Vrbani VIII. Papæ.

Ioseph Ripamontius, Mediolanensis, Ordinis Ambrosianorum, edidit

Vrbani III. & Alexandri V. Romanorum Pontificum, antea Archiepiscoporum Mediolanensium Elogia, in historia Archiepiscoporum Mediolanensium.

Ioseph Stephanus, aliis perperàm *Ioannes*, Valentinus, Hispanus, Episcopus Vestanus, edidit

Orationem habitam Romæ nomine Ioannis Fernandes de Velasco, Regis Catholici Oratoris, ad Sixtum V. Rom. Pont. anno 1586.

De adoratione pedum Romani Pontificis disputationem. Ienæ 1579. in 8. & Venetiis eodem anno in 8.

De

De Romani Pontificis coronatione & eleuatione. Romæ, Ienæ, & Venetiis anno 1579. in 8. etiam inter *Tractatus iuris* Venetiis excusos.

De potestate coactiua Romani Pontificis. Romæ in 4.

Claruit sub S.D.Sixto V.Pont.Opt.Max.

S.Irenæus, origine Asianus, Episcopus 2. Lugdunensis & Martyr, scripsit

Romanorum Pontificum catalogum à S.Petro vsque ad S.Eleutherum.

De S.Petro Apostolo & Simone Mago lib.1.cap.20.

Martyrio coronatur Lugduni in Gallia anno Christi 203. sub S.Zepherino Papa.

Isidorus de Isolanis, Mediolanensis, Ordinis Prędicatorum Theologus, scripsit

De imperio Ecclesiæ militantis.

Floruit sub Hadriano VI.Pontifice Maximo.

Isidorus Mosconius, Perusinus IC.Archiepiscopatus Bononiensis, Vicarius Generalis, edidit

De Romano Pontifice, libris de Maiestate militantis Ecclesiæ Venetiis anno 1602. in 4. apud Ioannem Baptistam Ciottum, Franciscum Franciscium, & Paulum Meiettum editis.

Claruit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

Iulianus Cæsariuus, Romanus, Protonotarius Apostolicus, Episcopus Grossetanus, deinde vtriusque Signaturæ Referendarius, tandem S R.E. Diaconus Cardinalis S. Angeli, in foro piscium, pòst Presbyter tit. S. Sabinæ, ac Episcopus Tusculanus, ac Concilij Basilienſi Legatus, scripsit

De potestate Concilij Basilienſis.

Orationem ad Boëmorum Legatos inibi habitam.

Occisus est in Hungaria in bello contra Turcas mense Iulio anno 1445. sub Eugenio IV. Rom. Pont. seu anno 1444. die 10. Nouembris, *ex Additionibus* Andreæ Victorelli ad Ciaconium.

Iulij II. Papæ, *Conclaue & Diaria*, MSS. Romæ in Bibliotheca Cardinalis Barberini.

Iulij III. Papæ, *Conclaue & Diaria*, MSS. Romæ ibid.

Iulius Antonius Sanctorius, vel *de Sancta-Seuerina*, Nobilis Casertanus,

tanus, Archiepiscopus Sanctæ-Seuerinæ, deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Barbaræ, pòst Episcopus Prænestinus, ac Maior Pœnitentiarius, scripsit

Diaria Romanorum Pontificum, sub quibus vixit. Extant MSS. apud eius nepotem Paulum Æmilium Sanctorium Vrbinatem Archiepiscopum.

Obiit Romæ anno Domini 1602. ætatis suæ 70. sub Clemente VIII. Papa; sepultus est in Basilica Lateranensi, in nobili Sacello, quod ipse extrui iussit.

Iulius Cæsar Bulengerus, Iuliodunensis, Gallus, Societatis Iesu Theologus, scripsit

De Romano Pontifice, libros 5. quibus additur sextus, *de Primatu Romanæ Ecclesiæ*. Extant M S S. in Bibliotheca Domus Professæ Gratianopolitana, vt nos monuit *per epistolam* Gratianopoli die 4. Ianuarij 1643. datam, eruditissimus D. Philippus de Laigneau, necnon etiam *ex relationibus* RR. PP. Theophili Raynaudi, & de Bus, eiusdem Societatis Theologorum.

Viuebat Pisis in Etruria anno Christi nati 1621. sub Paulo V. Pontifice Optimo Maximo.

Iulius, S. R. E. Cardinalis, scripsit Græcè

Scriptum contra Græcos de octaua Synodo, & Eugenio IV. Papa. Extat MS. Constantinopoli apud Manuelem Eugenicum.

Iulius Lauorinus de Laurino, Caputaquensis diœcesis, & Protonotarius Apostolicus, edidit

De Comitijs Profanis antiquis & Ecclesiasticis Recentioribus in Nouendiali parentatione Romanorum Pontificum. Romæ apud Franciscum Corbelletum anno 1628. in fol.

De Prisco & recenti funerandi more. Romæ 1628. fol. apud eundem.

De Conclaui & Conclauistis. Romæ 1628. fol. apud eundem.

De electione Canonica Romani Pontificis. Romæ 1628. in fol. apud eundem.

Tractatus in motu proprio Vrbani VIII. Rom. Pont.

Obiit sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Iulius Pogianus, scripsit

Laudationem Marcelli II. Papæ, quam ad sacrum Collegium recitauit.

Iulius

Iulius Rospigliosus, Italus, edidit Italicè

Discursum supra Poëma Francisci Bracciolini, inscriptum, De electione Vrbani VIII. Pont. Opt. Max. Romæ anno 1628. in 4. *cum Poëmate* dicti Bracciolini.

Floruit Romæ sub Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Iuo Barchampenus, vulgò *Barschampen*, Germanus, scripsit

S. Petri Apostoli vitam, in vitis Apostolorum.

S. Iustinus, natione Samaritanus, Philosophus & Martyr scripsit

De S. Petro Apostolo & Simone Mago, in Apologia secunda, *pro Christianis*. Antonio Pio Imperatori directa.

Martyrio coronatur Romæ anno Domini 150. sub S. Thelesphoro Papa.

Iustus Eccardus, Germanus IC. edidit

De Romani Pontificis auctoritate. Francofurti ann. 1602. in 4.

Claruit sub Clemente VIII. summo Pontifice.

Iustus Rickius, Belga, patriâ Gandauensis, Canonicus D. Bauonis, Bononiæ Professor Pontificius in eloquentia, edidit Latinè

De laudibus Pauli V. Musarum & Gratiarum Panegyrim. Romæ in Basilica Antoniana anno 1611. in 4. ad Cardinalem Burghesium nepotem.

Parentalia in funere Pauli V. Rom. Pont. Antuerpiæ typis Plantinianis anno 1616. in 4.

Panegyricum, cui titulus, *Orbis felicitas, siue Pontificatus Vrbani VIII. Rom. Pont.*

Obiit Bononiæ in Italia anno salutis 1627. die 10. Decembris, sub S.D.N. Vrbano VIII.

L.

LADISLAVS, Rex Hungariæ, edidit Latinè

In laudem Nicolai V. Papæ orationem. Cuius initium est, *Cùm animaduerto Beatissime Pater Pontifex*, &c. Extat *in Margarita Poëtarum* Alberti de Byb, IC. Germani & Canonici, *part. 2. tract. 2. de commendationibus orat. 4.* in editione Basilienſi anno 1495. in fol.

Obiit circa annum Domini 1459. sub Pio II. Papa.

Ladislaus Vetesius, Pannonius, edidit Latinè

Orationem ab se habitam ad Sixtum IV. Romanum Pontificem nomine Matthiæ Hungariæ & Bohemiæ Regis. Prodiit Romæ.

Lælius Baglionius, Florentinus, Ordinis Seruorum Generalis, edidit

Pro S. D. Paulo V. contra libellos Pauli & Fulgentij Venetorum eiusdem Ordinis Theologorum.

Vixit sub Pontificatu Pauli V. Papæ.

Lælius Guidiccionius, Italus, edidit

De Paulo V. Romano Pontifice orationem. Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneti anno 1623. in fol. Latinè.

Breuem relationem delationis corporis Pauli V. Rom. Pont. è Basilica Vaticana S. Petri, in illam S. Mariæ Maioris. Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneti anno 1623. in fol.

De Vrbano VIII. ad summum Pontificatum euecto, Elegiam. Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneti anno 1624. in 8.

Meditatur

De electione summi Pontificis.

Vita Pauli V. compendio scripta.

Concio ad Vrbanum VIII.

Discursus de solitudine Pauli V. Papæ super Pacem Italiæ, Hetrusco sermone, edidit præterea

Eclogas, seu Deterationem mellis Barberini. Romæ 1639. typis Vitalis Mascardi.

Aram Maximam Vaticanam à S. D. N. Vrbano VIII. magnificentissimè instructam, carmine. Romæ typis hæredum Guilielmi Franciotti anno 1633. in 4.

Viuebat Romæ anno Domini 1639. sub S. D. N. Vrbano VIII.

Lælius Iordanus, Romanus, Episcopus Acernensis, edidit

Tractatum de maioribus, rerumque capitalium Episcoporum causis ad Pontificem Maximum deferendis, ac de Romanæ Sedis origine atque auctoritate. Venetiis anno 1572. in 4. etiam inter *tractatus iuris*, ibidem excusos, *tom. 13. part. 2. fol. 2.*

Floruit sub Gregorio XIII. Pont. Opt. Max.

Lælius Marinus, Italus, edidit vulgari suo idiomate

De

De vita & miraculis S. Petri de Morone, aliàs Celestini V. Papæ. Mediolani anno 1630.

Vixit sub Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Lælius Peregrinus, Theologus, ciuis, Philosophiæ in publico Romano Gymnasio Professor, scripsit

Orationem funebrem Sixti V. Romani Pontificis.

Vixit sub Innocentio IX. Romano Pontifice.

Laërtius Cherubinus, Iurisconsultus Romanus, edidit

Bullarium Romanum nouissimum à B. Leone Magno vsque ad S.D.N. Vrbanum VIII. opus absolutissimum, tertiò nunc editum à D. Angelo Maria Cherubino Laërtij filio Monacho Cassinensi, qui vt in altera editione quartum tomum perfecit, ita nunc constitutiones S. D. N. Vrbani VIII. vsque ad hunc diem emanatas addidit. Necnon vitas & icones omnium Pontificum. Appendicem insuper suis locis restituit. Indices locupletauit, opusque totum recensuit. Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ anno 1638. in fol. tom. 4.

Lambertus Scafnaburgensis, Germanus, Monachus Hilsfeldensis, scripsit

De Romanis Pontificibus, & de contentione inter Gregor. VII. & Henricum III. Imperatorem, in historia Germanica; quæ incipit ab Orbe condito vsque ad annum Domini 1077. & quam continuauit Monachus quidam Erphesphordensis, cuius nomen proprium ignoratur, vsque ad annum Domini 1472. Prodiit Tubingæ anno 1533. in 8. apud Marhardum, Francofurti 1566. in fol.

Vixit anno salutis 1077. sub Gregorio VII. summo Pontifice.

Lancelotus Conradus, Laudensis, Italus, edidit

Templum omnium iudicum Pontificiæ, Cæsareæ, Regiæ inferiorisque potestatis. Venetiis anno 1575. in fol.

Floruit sub Gregorio XIII. Pont. Opt. Max.

Landulphus Columna, Romanus, Canonicus Carnotensis in Gallia, scripsit

Romanorum Pontificum historiam à S. Petro vsque ad sua tempora.

Viuebat anno Domini 1298. sub Bonifac. VIII. Rom. Pont.

Lapus

Lapus Castellunculus, forsan Castellionæus, scripsit

De commodis, vel incommodis Curiæ Romanæ librum. Extat M S. Oxoniæ in Bibliotheca Collegij Noui. Cautè legendus est, quia à Thoma Iames Anglo hæretico, nimis laudatur.

Laurentius Arrigho, Bononiensis, Italus, Ordinis Cruciferorum, edidit

Vrbani VII. Pont. Opt. Max. vitam, ad Ioannem Garsiam Millinum Cardinalem & Principem, Pauli V. Pontificis Maximi Vicarium. Bononiæ anno 1614. in 4. apud hæredes Ioannis Rossij.

Vixit sub Paulo V. Romano Pontifice.

Laurentius Arthurus, Anglus, S. I. Theologus, scripsit

De D. Petri & Romani Pontificis successoris eius in Ecclesia Christi Principatu.

Decessit Vilnæ in Polonia anno Domini 1591. sub Gregorio XIV. Papa.

Laurentius Beyerlinck, Antuerpiensis, Flander, Archipresbyter Antuerpianus, & Decanus Christianitatis, edidit

De Romanis Pontificibus, in opere Chronographico, ab anno 1570. vsque ad annum 1612. perducto, Chronici Petri Opmerij Auctario, Antuerpiæ anno 1612. in fol. apud Verdussium impressо.

Moritur Antuerpiæ in Seminario Pastor. ann. salutis 1627. die 22. Iunij: sepelitur in Sacello D. Thomæ dicto, in monumento parentum.

Laurentius de Burgo Mugellensi, Tuscus, edidit Hetrusco sermone

Marcelli II. & Pauli IV. Romanorum Pontificum vitas; quæ leguntur *in continuatione* Platinæ, Venetiis apud Dominicum Farri anno 1583. in 8. editæ *pag. mihi* 441. *& seqq.*

Claruit tempore Pontificatus Pauli IV.

Laurentius Empolius, Theologus, & Procurator Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, edidit

Compendium Bullarum Pontificiarum ad suum Ordinem spectantium. Romæ typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ 1629. in 4.

Viuebat Romæ sub S.D.N. Vrbano VIII.

Laurentius

Laurentius de Franchis, Neapolitanus, V. I. D. & Protonotarius Apostolicus, edidit

Panegyricum ad S. D. N. Vrbanum VIII. Pont. Opt. Max. Romæ 1623. in Typographia Ludouici Grignani.

Floruit sub Vrbano VIII. Papa.

Laurentius Frizolius, Solianensis, edidit

Sacellum Gregorianum, hoc est, *Gregorij XIII. Rom. Pont.* Romæ anno 1582. in 4. typis Dominici Basæ.

Viuebat sub Gregorio XIII. Rom. Pont.

Laurentius Granius, Episcopus Signinus, scripsit

Orationem, quam habuit in funere Clementis VII. Rom. Pont.

Vixit sub Paulo III. summo Pontifice.

Laurentius de Rodulphis, scripsit

Consilium pro sacro Collegio aduersùs Antipapas.

S. Laurentius, Scotus, Episcopus Verdensis in Germania, scripsit

De actis Gregorij V. Rom. Pont. librum. Extat MS. Romæ in Vaticano, ex Thoma Dempstero *in historia Ecclesiastica Gentis Scotorum.*

Vixit sub prædicto Gregorio Papa, cui charus erat.

Laurentius Smiecouicius, Polonus, Academicus Cracouiensis, edidit

Carmen de Bzouiana continuatione, ad Vrbanum VIII. vbi *de eius laudibus.* Legitur post *Elogia & vitas centum Poloniæ Scriptorum* Simonis Starauolsci. Venetiis anno 1627. in 4. edita.

Viuit sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Laurentius Surius, Germanus, Carthusianus Colonienſis, edidit

Sanctorum Romanorum Pontificum vitas, in historia Sanctorum Coloniæ edita.

De Romanis Pontificibus, in Commentario rerum sui temporis.

Obiit anno Domini 1578. die 23. Maij: sub Gregor. XIII. Pont. Max.

Laurentius Valla, scripsit

De ementita Constantini donatione ad Papam. Leydæ anno 1620. in 4. Prohibetur in Indice Romano.

Laurus Testa, Italus, edidit vnâ cum Bartholomæo Dionysio

Historias Pontificias Platinæ, Onuphrij Panuini & Cicarellæ, quas auxit, & è Latino in Italicum vertit. Venetiis anno 1613. in 4.

Claruit sub S. D. Paulo V. Pont Opt. Max.

Leander Galganetus, I. C. Collensis, ad præsens Iudex Appellationum, & nullitatum, edidit

Glossas ad statuta Almæ Vrbis Romæ auctoritate Gregorij Papæ XIII. à Senatu, populoque Romano edita & reformata. Romæ apud Typographos Camerales 1611. in fol.

De Pontifice, Imperatore & Fisco. Venetiis apud Iuntas 1623. in fol.

Viuebat Romæ anno Domini 1633. sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Leo Allatius, Chiensis, Græcus, Eminentissimi Francisci Cardinalis Barberini domesticus, edidit, iubente Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Commentationem in Ioannæ Papissæ fabulam. Romæ apud Typographos Camerales cum Ciacono 1650. in folio, & separatim in 4.

Conciliorum Ferrariensis & Florentini acta, Notis & animaduersionibus illustrata.

De ædificijs Pauli V. Rom. Pont. curatore viarum & aquarum, Lælio Biscia ex Clerico Camerali postea S. R. E. Cardinali.

Viuit Romæ hoc anno salutis 1642. sub Vrbano VIII. Papa.

Leo IV. Imperator Orientis, cognomento Philosophus, Græcus, scripsit

De S. Petro Apostolorum Principe sermonem.

Obiit anno Domini 911. die 1. Ianuarij, sub Anastasio III. Papa. Plura de eo habes *in nostra Bibliotheca Cæsareo-Regia, v. L.*

S. Leo Magnus I. Papa, scripsit

De sanctis Petro & Paulo Apostolis Homiliam.

Leo Marsicanus, Italus, Monachus Cassinensis, vulgò Ostiensis dictus, S. R. E. Cardinalis Bibliothecarius, & Episcopus Ostiensis, scripsit

De Romanis Pontificibus, in Chronico Cassinensi Venetiis anno 1513. apud Lazarum Soardum edito.

Obiit

Obiit sub Paschali II. Rom. Pont. 11. Kal. Iunij.

Leo Sanctius, Senensis, Tuscus, Societatis Iesu Theologus, edidit

Solarium Gregorianum, siue de beneficijs quibus Gregorius XIII. Solis instar vniuersum terrarum orbem illustrauit, laudationem. Viterbij 1618. in 4. & Italicè, suppresso nomine.

Viuebat Romæ anno Christi 1632. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Leornardus Coquæus, Aurelianensis, Gallus, Ordinis Eremitarum S. Augustini, Doctor Parisiensis & Magnæ Ducissæ Etruriæ Theologus & Confessarius, edidit

Defensionem pro Romano Pontifice, in Antimornæo, seu confutatione *Mysterij iniquitatis, seu historiæ Papatus*, Philippi Mornæi Plessæi, Domini S. Aldegundis Caluinistæ. Parisiis anno 1613. in 4.

Vixit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

Leonardi Donati, Ducis Venetiarum, *edictum* contra Bullam Pauli V. Rom. Pont. Extat *tom. 3. Monarchiæ prohibitæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag. 282. ad 286.*

Leonardus Lessius, Brechtanus, Brabantinus, S. I. Theologus, edidit

De Antichristo, ad Sereniſſimum Iacobum Regem Britanniæ.

De Romano Pontifice, in opusculis.

Obiit Louanij anno salutis 1623. 18. Kal. Februarij, ætatis 69. sub S.D.N. Gregorio XV. Pont. Opt. Max.

Leonellus, aliis *Leonettus*, Italus, Episcopus Concordiensis, edidit

Orationem, quam habuit Romæ in funere Innocentij VIII. Rom. Pont. in frequenti consessu Cardinalium & aliorum Prælatorum. Romæ anno 1492. in 4. & Parisiis 1577. in 16. apud Hieronymum de Marnef.

Vixit sub Alexandro VI. Romano Pontifice.

S. Leonis I. Papæ *vita*, in Menologio Græcorum M S. Romæ in Bibliotheca Barberina asseruato, die 18. Februarij.

Leone X. Papæ, *Conclaue & Diaria*, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Leonis XI. Papæ, *Conclaue & Diaria*, MSS. Romæ ibid.

Leontius, Presbyter Constantinopolitanus, Græcus, scripsit Græcè

Orationem in mediam Pentecosten, & in Cæcum à natiuitate, & in S. Petrum ab Herode in carcerem detrusum. Extat MS. Messanæ in Sicilia.

Leuinius Hielius, Italus, edidit Latinè

Vrbani VIII. Pont. Opt. Max. Panegyricum. Romæ apud Alexandrum Zannetum anno 1624. in 4.

Floruit tempore Pontificatus Vrbani VIII.

Liber Ceremonialis Romanorum Pontificum, iussu Francisci Cardinalis Zabarellæ scriptus. Extat MS. Patauij in Bibliotheca S. Ioannis in Viridario.

S. Liberij Papæ *vita*, extat *in Menologio Græcorum.* Romæ in Bibliotheca Barberina asseruato, die 27. Augusti.

S. Linus, Papa, scripsit ex S. Dionysio Areopagita

De sui prædecessoris D. Petri Apostolorum Principis & Coryphæi passione libellum. Parisiis in 4. 1566. apud Gulielmum Chaudiere viâ Iacobæâ sub temporis insigni; vnâ cum eiusdem libello de passione S. Pauli. Vide, quæ iam diximus *lib. 1. huius Bibliothecæ, v. L.*

Lini vita, extat *in Menologio Græcorum* Romæ in Bibliotheca Barberina MS. asseruato, die 5. Nouembris.

Lucas Furnarius, Reipubl. Genuensis Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit nomine Genuensium ad Gregor. XIII. Rom. Pont.

Lucas Holsteinius, Amburgensis, Germanus, Cardinalis Barberini à Bibliothecis, scribit

Romanorum Pontificum vitas, tom. 2. distinctas, ex relatione Cl. V. Gabrielis Naudæi.

Viuit Romæ hoc anno salutis 1642. sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Lucas Manzolus, vel *Manzolius*, Florentinus, de domo omnium Sanctorum, Ordinis Humiliatorum, Magister in Theologia, Episcopus Fesulanus, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucina, scripsit simulato nomine

Concilium Laurentij de Ridolphis pro Collegio cõtra Antipapas.

Obiit anno Christi 1411. die 14. Septembris, sub Ioanne

ne XXIII. Papa; sepultus Florentiæ in Ecclesia omnium Sanctorum, cum Epitaphio à Ferdinando Vghello collecto.

Lucas Tudensis, Hispanus, Historiographus Hispaniæ, scripsit

De Alexandro III. Papa, lib. 3. de miraculis & translatione corporis S. Isidori *cap.* 46.

Lucas VVadingus, Hibernus, Vaterfordiensis, Ordinis Minorum Theologus & Historiographus, Guardianus S. Isidori de Vrbe, & S. Officij consultor, edidit

Legationem Philippi III. & IV. Hispaniæ Regum ad Sanctissimos DD. Paulum V. & Gregorium XV. & Vrbanum VIII. pro definienda controuersia Conceptionis B. V. Mariæ. Louanij apud Henricum Hastenium 1624. in fol. Parat

Clementis VIII. Rom. Pont. vitam.

Leonis XI. P. M. vitam.

Pauli V. vitam.

Gregorij XV. vitam.

Vrbani VIII. vitam, & omnium Cardinalium ab his creatorum vitas.

Viuit Romæ hoc anno salutis 1642. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Lucidus Cataneus, Orator Romanus Marchionis Mantuæ, scripsit

Orationem, quam habuit nomine Marchionis Mantuæ ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem.

Lucius Brancadorus, Firmanus, scripsit

Orationem, quam habuit ad Sixtum V. Pont. Opt. Max.

Lucius Charinus, Græcus, scripsit

Periodos Apostolorum, *vbi de S. Petro*, ex Bibliotheca Græco-Latina Photij *pag. mihi* 156.

S. Ludgerus, Frisius, Episcopus 1. Monasterienſis, in Germania, scripsit

S. Gregorij vitam, ex Francisco Svvertio *in Athenis Belgicis*, *v. L.*

Floruit anno Christi 800. sub Leone III. Papa.

Ludouicus Babia scripsit

Romanorum Pontificum vitas.

Ludouicus Cellotius, Parisinus, Societatis Iesu Theologus, edidit

De Romano Pontifice, in Hierarchia Ecclesiastica Rothomagi 1639. fol. edita, quæ tamen prohibetur *ex Decreto* 22. Ianuarij 1642. donec corrigatur. Audio paratam esse ad prælum cum correctione.

Viuit Parisiis anno 1642. sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Ludouicus Dominicus, è Latino Pauli Iouij in Italicum vertit *Leonis X. & Hadriani VI. Romanorum Pontificum vitas.* Florentiæ in 8.

Ludouicus Gomestus, Hispanus, scripsit *Disputationem, an Papa possit incurrere in labem Simoniæ.*

Ludouicus Guichardinus, Nobilis Florentinus, scripsit *De rebus gestis Hadriani VI. Papæ*, lib. 15. Bellorum Italiæ.

Ludouicus Orianus, Italus, edidit *De potestate summi Pontificis*, lib. Venetiis anno 1534.

Claruit sub Paulo III. Papa.

Ludouicus à Patrono, Boroxensis, Archidiaconus de Matriti, edidit *De Romani Pontificis auctoritate.* Antuerpiæ apud Petrum Bellerum anno 1614. in fol.

Floruit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

Ludouicus Seruinus, Gallus, IC. & Aduocatus Regius Magni Concilij, edidit *Vindicias secundùm libertatem Ecclesiæ Gallicanæ & Regij status Gallofrancorum.* Extant *tom.* 3. *Monarchiæ* Goldasti *à pagin.* 178. *ad* 277.

Commonefactionem & postulationes aduersùs librum Bellarmini de potestate summi Pontificis in temporalibus: cum Arresto Parlamenti. Extant apud eundem Goldastum Caluinistam *tom.* 3. *Monarchiæ à pag.* 762. *ad* 774. Eius *actiones forenses* prohibentur in Indice Romano.

Obiit Parisiis circa annum salutis 1626. sub Vrbano VIII. Pont. Max.

Ludouicus de Torres, Romanus, Archiepiscopus Montis-Regalis, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Pancratij, scripsit ex eruditissimo Rupipozæo *Quædam nonnulla ad historiam Pontificum spectantia*, quæ penes eius hæredes asseruantur.

Obiit

Obiit Romæ anno Domini 1609. 7. Idus Iulij, sub Paulo V. Papa; sepultus est in suo titulo.

Ludouicus Transillus, Italus, edidit

Poëma de lachrymis S. Petri Apostoli. Venetiis 1606. in 4. apud Barrezzum Barrezzi.

Claruit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

Luitprandus, seu *Eutrandus*, Ticinensis, Italus, cognomento *Diaconus*, vel *Leuita*, Episcopus Cremonensis, Legatus Berengarij Imperatoris ad Constantinum Imperator. Græcum, scripsit

De Romanorum Pontificum Ritu, quos in lucem emisit Ioannes Busæus, S. I. Theologus. Moguntiæ anno 1602. ex Bibliotheca Marci VVelseri.

Floruit anno gratiæ 946. sub Agapeto II. summo Pontifice.

M.

MANFREDVS RAVASCHERIVS, Genuensium Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ nomine Genuensium ad Paulum V. Papam.

Manriquez de Laza, Dux Naiarensis, Philippi II. Hispaniarum Regis Orator Romanus, scripsit

Orationem habitam Romæ nomine dicti Philippi ad Gregorium XIII. Pont. Opt. Max.

Manualia Instrumentorum Cameræ Apostolicæ MSS. in Vaticano.

Maphæus Vegius, Laudensis, Italus, Martini V. Pont. Max Datarius, scripsit

S. Celestini V. Papæ vitam. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Eminentissimi Principis Francisci Cardinalis Barberini.

Floruit anno Domini 1418. sub Martino V. Papa.

Marcellinus Comes, Historicus, scripsit

De Romanis Pontificibus, in Chronico.

Floruit anno Christi 535. sub Agapeto Romano Pontifice.

S. Marcelli I.

S. Marcelli I. Papæ & Martyris *passio.* Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina *in Sanctuario signato* 925. cuius exordium est: *Tempore, quo Maximianus Augustus rediens de partibus Africæ ad vrbem Romam, volens placere Diocletiano Augusto,* &c. ad diem 18. Kal. Februarij *pag.* 68.

Marcellus Pallonius, Italus, edidit

Orationem funebrem Pauli V. Papæ Nouendiali ad cœtum Cardinalium.

Vixit sub Gregorio XV. Summo Pontifice Romano.

S. Marcellus, Marci Præfecti vrbis Romę filius, Presbyter & Martyr, ex Simonis Magi discipulo, verus S. Petri Apostoli discipulus, scripsit vt testis oculatus ad sanctos Nereum & Achilleum pro Christo in Pontiana insula relegatos,

Librum de mirificis rebus & actibus BB. Petri & Pauli, ac de magicis artibus Simonis Magi. incipit, *Marcellus seruus Christi, sanctis Confessoribus Nereo & Achilleo,* &c. Fragmentum huius libri à nobis repertum, damus ad calcem huius Bibliothecæ.

Vixit sub S. Petro Apostolo.

Marcus Antonius Alegre de Casanate, Turiasonensis, Hispanus, Ordinis Carmelitarum Theologus, edidit

SS. Thelesphori, Dionysij, & Benedicti XII. Romanorum Pontificum Elogia. Leguntur *in Paradiso Carmelitici Decoris.* Lugduni 1639. in fol. apud Iacobum Prost edito, & Romæ anno 1640. à sacra Congregatione de Indice prohibito.

Viuit hoc anno salutis 1642. sub Vrbano VIII. Pontifice Maximo.

Marcus Antonius Ciappius, Italus, edidit Italicè

Gregorij XIII. Romani Pontificis vitam. Romæ anno 1596. in 4.

Claruit sub Clemente VIII. Summo Pontifice.

Marcus Antonius de Dominis, Archiepiscopus Spatalensis, edidit

Aduersùs Romani Pontificis auctoritatem, in Republica Ecclesiastica *in Indice Romano* prohibita.

Obiit Romæ in Arce S. Angelici anno gratiæ 1624. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa, Ecclesiæ Catholicæ restitutus.

Marcus Antonius Muretus, Lemouiæ, Aquitanus, ciuis Romanus, Sacerdos, & Eloquentiæ Professor, edidit

Orationem

Orationem habitam Romæ nomine Antonij Borbonij Nauarræorum Regis ad Pium IV. Pont. Max. anno 1561.

Orationem habitam Romæ nomine Caroli IX. Francorum Regis ad S.D. Gregorium XIII. Papam anno 1563.

Orationem habitam Romæ de punitione Hæreticorum à Carolo IX. Francorum Rege ad eundem Gregorium Papam, anno 1573.

Orationem funebrem Pij V. Pont. Opt. Max. Romæ in Basilica Vaticana S. Petri 5. *Idus Maij* 1572. *habitam.* Exat inter eius *Orationes* Latinè editas Venetiis apud Ioannem Albertum 1586. *pag. mihi* 283. & particulatim ibidem 1572. in 8.

De Laurentii Frizonij Sacello Gregoriano.

In laudem S. Sylueſtri I. Romani Pontificis Hymnum.

Obiit Romæ anno Domini 1585. pridie Non. Iunij, ſub Sixto V. Pontifice Maximo: ſepultus eſt in Eccleſia Minimorum Gallorum SS. Trinitatis in Monte Pincio, cum inſcriptione ſepulchrali à nobis collecta, quam (Deo auxiliante) dabimus *in Bibliotheca Gallicana vniuerſali.*

Marcus Antonius Othelius, IC. Patauinus, patriâ Vtinenſis, & in Patauino Gymnaſio Ordinarius in prima Sede matutina Iuris ciuilis interpres, edidit

Reſponſum pro Decretis ſereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, &c. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ* Goldaſti Caluiniſtæ *à pag.* 348. *ad* 353.

Viuebat anno Chriſti 1606. ſub Paulo V. Rom. Pont.

Marcus Antonius Peregrinus, IC. Eques & Conſultor ſereniſſimę Reipublicæ Venetæ, & in gymnaſio Patauino Primarius Iuris Canonici interpres, edidit

Reſponſum pro Decretis ſereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, &c. Extat *tom* 3. *Monarchiæ* Goldaſti Caluiniſtæ *à pag.* 340. *ad* 347.

Viuebat anno Domini 1606. ſub Paulo V. Summo Pontifice.

Marcus Antonius Petilius, Monte-Coruinas, IC. Neapolitanus, edidit

Conſtitutionum Pontificiarum Epitome, lib. 23.

De Eccleſiaſtica & politica poteſtate, ad Synonymum incerti libellum, reciprocationem dictorum.

Fabulæ de Ioanne id nominis IIX. Papa parturiente, rationem.

De Militantis Ecclesiæ conflictu, vbi summam humani generis, more suo, modoque, gubernandi curam, vni Sacerdoti à Deo demandatam esse: Principem illi ad externa in adiutorium datum.

Ecclesiasticæ communionis progressus, quòd est Exarchiæ recognitæ lib. 2. cap. 10. vbi quæ facultas ad temporaria bona Maximo Pontifici inhæreat, è sola, vt par est, Euangelica doctrina, modo tamen suo, id est, Hieroglyphicè declarata, methodo certa deducitur.

De Romano Pontifice, lib. 2. *Exarchiæ*, siue, *de exteriori Principis munere*. Coloniæ Agrippinæ apud Antonium Boëtzerum 1620. in 4.

Viuebat anno Christi 1633. sub Vrbano VIII. Romano Pontifice.

Marcus Antonius Scipio, Placentinus, Congregationis Cassinensis Monachus, edidit Latinè ad D. Simplicium Caffarellum Congregationis Cassinensis Præsidem.

Romanorum Pontificum Monachum Cassinensium Elogia; leguntur inter *Elogia Abbatum sacri Monasterij Cassinensis*, Neapoli apud Beltranum 1630. in fol. edita.

Vixit sub S.D.N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Marcus Barbus, Venetus, Episcopus Vicentinus, Patriarcha Aquileiensis 87. deinde S.R.E. Presbyter Cardin. tit. S. Marci, Episcopus Prænestinus, scripsit

Orationem in Consistorio habitam, cum ex Hungarica legatione remearet.

Obiit Romæ anno Domini 1490. 6. Nonas Martij, sub Innocentio VIII. PP. sepultus in Ecclesia S. Marci, cum Epitaphio.

Marcus Guadalajarra & Xauier, Cæsar-Augustanus, Hispanus Carmelita, S.Th. Doctor ac Professor, edidit Hispanicè

Historiam Pontificalem, sex partibus distinctam & editam, Cæsar-Augustæ, & Barchinone anno 1612. in fol. 1628. & 1630. Quinta pars suspenditur *in Indice Romano*, donec corrigatur, *in decreto* 23. Augusti 1634.

Moritur

Moritur Cæsar-Augustæ anno Domini 1631. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Marcus Lima, Cretensis, Græcus, Collegij Græcorum de Vrbe Alumnus, edidit

In Sacellum Pauli V. in Ecclesia Liberiana ædificatum carmina Græco-Latina.

Viuebat Romæ sub Paulo V. Pont. Max.

Marcus Montanus, Archiepiscopus Rhodiorum, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ nomine Magni Magistri Rhodi ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem.

Marcus Vigerius, Sauonensis, Ligur, Ordinis Minorum, Episcopus Senogalliæ & Nolanus, Sixti IV. Papæ Præceptor, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Calixti, pòst Episcopus Prænestinus, scripsit

Apologiam contra Pisanum conciliabulum.

Obiit Romæ anno Domini 1516. 15. Kal. Iulij, sub Leone X. Papa: sepultus ad S. Mariam trans Tiberim.

Marianus Genazanus, scripsit

Orationem habitam ad Innocentium VIII. Pont. Opt. Max.

Marianus Scotus, Monachus Fuldensis, scripsit

De Romanis Pontificibus à S. Petro vsque ad Gregorium VII. in Chronico à Dodechino Abbate S. Dysibodi continuato vsque *ad Innocentium III.*

Vixit tempore Pontificatus S.D. Gregorij VIII. Papæ.

Marianus Victorinus, scripsisse comperio

Contra Martinum de Papatu.

Martinus de Ebulo, S. R. E. Vicecancellarius, & Archiepiscopus Capuanus, scripsisse perhibetur

De electione Romani Pontificis.

De rebus gestis quorundam Romanorum Pontificum.

Vixit sub Gregorio X. summo Pontifice.

Marius Podianus, Italus, scripsit

Librum de aduentu Pauli III. Rom. Pont. Perusium & Pompa, quâ exceptus est.

Floruit sub Paulo III. Papa.

Marsilius Ficinus, Florentinus, scripsit Latinè

Orationem gregis Christiani ad Sixtum IV. Rom. Pont.

Obiit Florentiæ anno Domini 1499. sub Alexandro VI. Papa: sepultus est in Ecclesia Cathedrali, cum Epitaphio, quod ibi legi.

Marsilius Menandrinus, Patauinus, Consiliarius Cæsareus, scripsit

De translatione Imperij Romani tractatum. Extat *tom. 2. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag. 147. ad 153.*

Aduersùs vsurpatam Romani Pontificis iurisdictionem, de re Imperatoria & Pontificia librum, qui *Defensor Pacis* inscribitur, &c. Extat apud eundem Goldastum hæreticum *tom. 2. à pag. 154. ad 313.*

Tractatum de iurisdictione Imperatoris in causis matrimonialibus, &c. *aduersùs auctoritatem summi Pontificis.* Extat apud Goldastum hæreticum *tom. 2. Monarchiæ à pag 1383. ad 1391.*

Claruit anno Domini 1319. sub Ioanne XXII. Papa.

Martini I. Papæ *vita*, in Menologio Græcorum MS. Romæ in Bibliotheca Cardinalis Barberini asseruato, 3. Aprilis, & 16. Septembris.

Martini V. Papæ *Diaria*, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberini.

Martinus Beccanus, Hiluarenbecensis, Brabantinus, S. I. Theologus, edidit

De Primatu Ecclesiæ aduersùs Angliæ Regem, refutationem.

Controuersiam Anglicanam de potestate Regis & Pontificis contra Lancellotum, Andream Sacellanum Regis, pro defensione Cardinalis Bellarmini.

De Romano Pontifice, in summa Theologica.

Floruit sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Martinus Berzeuicius, Stephani Bathorei, tunc Principis Transiluaniæ Orator Romanus, scripsit

Orationem habitam Romæ nomine Stephani Bathorei ad Gregorium XIII. Rom. Pont.

Martinus Bonacina, Mediolanensis Theologus, & IC. Comes Palatinus, S. R. E. Protonotarius Apostolicus, deinde Episcopus Vtinensis, edidit

De Legitima electione summi Pontificis librum. Lugduni sumptibus Laurentij Durand anno 1637. in 8.

Obiit

Obiit in Legatione Germanica anno Christi 1631. sub Vrbano VIII. Papa.

Martinus Censius, Camerarius S. R. E. scripsit

Libros censuum S.R.E. MSS. Romæ in Vaticano.

Floruit sub Clemente III. summo Pontifice.

Martinus Pistor, Gallus, Theologus edidit

Concionatorem Antithesium Iesu Christi & Romani Pontificis. Parisiis apud Ioannem Andream anno 1552.

Vixit sub Paulo IV. Romano Pontifice.

Martinus Polonus, è Nobili familia Streporum oriundus, patriâ Cartulanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, Pœnitentiarius Apostolicus, & Archiepiscopus Gnesnensis, anno 1278. creatus, scripsit

Chronicon summorum Pontificum atque Imperatorum Romanorum, in quo ineptè admiscuit fabulam Ioannæ Papissæ. Extat MS. Romæ in Vaticano, Florentiæ in Bibliotheca Medicæa, Viennæ in Austria, in Imperiali & in illa VVolfgangi Lazij, Angliæ, Patauij, & alibi. Prodiit Antuerpiæ apud Christophorum Plantinum 1574. in 8. operâ Suffridi Petri Leouardiensis.

Decessit Bononiæ in Italia anno Domini 1279. sub Nicolao III. Papa: sepultus est in Cœnobio D. Dominici Fratrum Prædicatorum.

Martius Milesius Sarazanius, IC. Romanus, edidit

S. Damasi I. Romani Pontificis vitam. Extat ante *opera* dicti Damasi Romæ typis Vaticanis anno 1638. in 4. edita, Latinè.

Obiit Romæ sub S.D.N. Vrbano VIII. Rom. Pont.

Matthæus Argenta, scripsit

Itinerarium S.D.N. Clementis VIII. Rom. Pont. Ferrariam versùs. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Vixit sub Clemente VIII. Rom. Pont.

Matthæus Bapalmensis, Episcopus 49. Bononiẽsis in Gallia, scripsit

Romanorum Pontificum vitas.

Moritur anno gratiæ 1410.

Matthæus Gothus, Germanus, edidit

De rebus gestis S. Petri Apostoli, in vitis Iesu Christi & Apostolorum, Basileæ 1573. in 8. carmine editis.

Matthæus Herculanus, scripsit

Encomium in laudem Leonis X. Papæ. Extat MS. Florentiæ in Bibliotheca Medicæa S. Laurentij.

Matthæus de Rubeis, Vrsinus, Romanus, S.R.E. Diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Porticu, & Archipresbyter S. Petri, scripsit

De authoritate Summi Pontificis, seu Ecclesiæ.

Obiit circa annum Domini 1306. sub Clemente V. Rom. Pont.

Matthæus Stephanus Pomeranus, edidit

De imperio Papæ in Principes sæculares. Prohibetur *ex decreto* 12. Decembris 1624.

Matthias Alberti, Florentinus, Monachus Oliuetanus, edidit

Romanorum Pontificum ordinationes & sacrorum Conciliorum Constitutiones. Venetiis apud Bologninum Zalterium 1571.

Claruit sub Pio V. Summo Pontifice.

Mauritius Bressius, Delphinas, Regius Mathematicarum Lutetiæ Professor, ac Orator Romanus, edidit

Orationem habitam Romæ ad Sixtum V. Pont. Max. pro Henrici III. Galliæ & Poloniæ Regis obedientia, anno 1586.

Orationem habitam Romæ ad Clementem VIII. Pont. Max. pro Henrico IV. Magno Galliæ & Nauarræ Rege, anno 1597.

Claruit sub Clemente VIII. Papa.

Mauritius Somersetus, Anglus, Abbas Fontanensis, Ordinis Cistercienſis, scripsit ad Reginaldum Episcopum Bothonensem

De schemate Pontificali lib. 1.

Vixit anno Domini 1193. sub Cœlestino III. Romano Pontifice.

Maximiliani Cæsaris Responsio ad Leonem X. Pont. Max. Prodiit in Germania in 4.

Maximilianus Vrientius, Flander, S.P.Q. Gandauensis Secretarius, scripsit

In effigiem, vitam & obitum Hadriani VI. Rom. Pont. Carmina.

Obiit anno Christi 1614. die 27. Decembris sub Paulo V. Burghesio, Pontifice Maximo.

S. Maximus, Episcopus Taurinensis, scripsit

De S. Petro Apostolo lib. de laudibus Apostolorum.

De

De fide Petri Homiliam.

De SS. Petro & Paulo Apostolis Homiliam. Romæ 1564. lib. *Homiliarum* à Petro Galesino edito.

Vixit anno Christi 451. sub S. Leone Magno Papa.

Maximus Planudes, Græcus, Constantinopolitanus Monachus, scripsit

De S. Petro Apostolorum Principe Encomion. Extat MS. Viennæ in Austria in Bibliotheca Cæsarea, ex Possevino *in Apparatu sacro.*

Vixit anno Domini 1434. sub Martino V. Papa.

S. Melchiades, Scotus, scripsit

De legitima Petri Cathedra contra schismaticos, lib. 1. ex Thoma Dempstero *in historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, v. M.*

Obiit in Monasterio Clarauallensi anno Domini 1120. sub Calixto II. summo Pontifice.

Melchior Canus, Hispanus, Ordinis Prædicatorum, Doctor ac Professor Salmanticensis, deinde Episcopus Canariensis, edidit

De Romano Pontifice lib. 6. de locis communibus.

Claruit sub Gregorio XIII. Rom. Pont.

Melchior Lussius, Heluetiorum Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ nomine Heluetiorum Catholicorum ad Gregorium XIII. Pont. Max.

Michael Anchialus, Græcus, scripsit Græcè

De Primatu Ecclesiæ Romanæ librum. Extat M S. in Bibliotheca Regis Christianissimi, & in illa Scoriaci Regis Catholici.

Michael Bousselus, Gallus, edidit

Historiam Pontificiæ iurisdictionis. Parisiis apud Ioannem & Stephanum Richer anno 1625. quam postea *Censorijs notationibus* exornauit Vrbanus Feliceus, Episcopus Policastrensis, *ex Apibus Vrbanis* Leonis Allatij. Hæc historia prohibetur *in Indice Romano*, *in decreto* 4. Februarij 1627.

Scribebat sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Michael Brechingerus, siue *Buchingerus*, vulgò *Buochinger*, Germanus, Colmariensis Presbyter Theologus, edidit

De

De Romanis Pontificibus à S. Petro vsque ad Paulum IV. in historia Ecclesiastica, Moguntiæ ann. 1560. apud Franciscum Behem edita.

Michael de Cæsenas, Italus, Ordinis Minorum Minister Generalis 17. anno 1315. vel 1316. electus, scripsit

Tractatus tres contra errores Ioannis XXII. Papæ super vtili dominio Ecclesiasticorum. Extant *tom. 2. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 1236. *ad* 1361. Inter Auctores Primæ Classis *in Indice Romano* reperitur.

Obiit profugus in conuentu Monachij in Bauaria anno salutis 1350. sub Clemente VI. Rom. Pont.

Michael Fermus, Mediolanensis, scripsit

De Conclaui Alexandri VI. Rom. Pont. librum. Extat MS. Patauij in Bibliotheca S. Mariæ de Auentio, quam variis Codicibus decorauit Illustriss. D. Iacobus Philippus Tomasinus, nunc Episcopus ciuitatis nouæ in Istria, cuius beneficio perlustrauimus anno 1640. mense Iunio.

Michael Hagerus, Friburgi, Theologiæ Professor, edidit

Orationem aduersùs calumniam hæreticorum oblatrantium Pontificis Maximi, & eius Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Ingolstadij apud Sartorium anno 1578. in 8. & Friburgi 1584. in 8.

Responsiones de singularitate Antichristi aduersùs hæreticos. Ingolstadij anno 1583. in 8.

Responsum aduersùs Iacobi Herbrandi de Antichristo Apologiam. Friburgi anno 1583. in 8.

Floruit sub Gregorio XIII. Pont. Opt. Max.

Michael Lonigus, scripsit

De S. Petri Apostoli confessionis situ librum. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Michael Mauclerus, Gallus, Doctor Sorbonicus, edidit

De Romano Pontifice, in Monarchia Ecclesiastica Parisiis 1622. in fol. typis Sebastiani Cramoisy, edita.

Obiit Parisiis sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Michael Maurus, Marchio, Orator Aluari Regis Congi, scripsit

Orationem quam habuit nomine dicti Regis Congi ex Æthiopia inferiori ad Paulum V. Pont. Opt. Max.

Michael Mercatus, scripsit

De

De Obeliſcis Romæ à Sixto V. Rom. Pont. erectis.

Michaël Noſtradamus, San-Remigius, Prouincialis, naſcitur anno Chriſti 1503. die Iouis 14. Decembris, Medicinæ Doctor Monſpeſulanus, Conſiliarius & Medicus Caroli IX. Francorum Regis Chriſtianiſſimi, ſcripſit

Vaticinia de Francorum Regis victoria, & Pontificis Maximi ruina. Lugduni Batauorum anno 1589. in 12. Latinè à Petro Conſtantino reddita.

Obiit Salone apud Saluuios Cauaros anno Domini 1566. die 2. Iulij, ſub Pio IV. Romano Pontifice. Vixit annos 62. menſes 6. & dies 17. ſepultus eſt in Eccleſia Franciſcanorum cum Epitaphio Gallico, quod dabo (Deo auxiliante) *in noſtra Bibliotheca Gallicana vniuerſali.*

Michaël Ritius, Neapolitanus, Protopræſes Parlamenti Aquenſis in Prouincia, & Ludouici XII. Regis Galliarum, Hieruſalem, Siciliæ, Neapolis, &c. Orator Romanus, ſcripſit

Orationem, quam habuit Romæ ad Iulium II. Papam, nomine dicti Regis Ludouici XII.

Morbiſani, Turcarum Principis, ad Pium II. Papam *Reſponſio* de religione ſua, Baſileæ apud Ioãnem Opotinum cum *Alcorano.*

Moteus Hodancurius, Gallicè *de la Mote Houdancourt*, Epiſcopus Redonenſis, ſcripſit

De Romano Pontifice, vt habeo ex relationibus variorum.

Viuit hoc anno à partu virgineo 1643. ſub Vrbano VIII. Pontifice Optimo Maximo.

Mutius Panſa, è ciuitate Penna, Italus, ſcripſit metricè

De gloria Sixti V. Pont. Max. librum. Romæ apud Hieronymum Fraurinum 1588. in 8. Italicè.

Floruit ſub Sixto V. Papa.

Mutius Ricietius edidit

De interioribus diuitijs Sacelli Exquilini à Paulo V. erecti Carmina Latina. Leguntur apud Bzouium in Pont. Rom.

Claruit ſub Paulo V. Rom. Pont.

Mutius Sforția, Monopolitanus, aliis Iuſtinopolitanus, Italus, edidit

Tyberim, ſeu Poëma de rebus geſtis Pij V. Pont. Max. Venetiis 1586. apud Nicolaum Moretum.

Clementiadem, seu *Poëma de Clemente VIII. Papa.* Venetiis 1586. apud Nicolaum Moretum.

Clementiados libros 2. seu *de actionibus Clementis VIII.* Rom. Pont. Romæ apud Aloysium Zannetum 1593. in 4. Carmine.

Vixit sub Clemente VIII. Rom. Pont.

M. Vvesselus, Croningensis, Germanus, scripsit

Tractatum de dignitate & potestate Ecclesiastica. Extat *tomo* 1. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 563. *ad* 572.

Propositiones de potestate Papæ & Ecclesiæ. Extant *tom.* 1. *Monarchiæ Goldastinæ à pag.* 572. *ad* 574.

Responsionem de potestate Papæ, & materia indulgentiarum. ibid. *à pag.* 574. *ad* 588.

Claruit anno salutis 1476. sub Sixto IV. Papa.

N.

NArratio verissima eorum, quæ contigerunt in disputatione publicè proposita Parisiis *de absoluta Papæ potestate.* A. D. MDCII. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ prohibitæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *pag.* 755. *& seqq.*

Narius Bandinæus, Eques Senensis, scripsit

Orationem habitam Romæ ad Paulum III. Summum Pontificem.

Floruit sub dicto Papa Paulo III.

Neophytus Rhodinus, Cyprius, Monachus Ordinis S. Basilij, scripsit Græcè

Gregorij XIII. Pont. Opt. Max. vitam.

Viuebat Romæ anno Christi 1633. sub Vrbano VIII. Papa.

Nicephorus Callistus, Xanthopulus, Græcus, scripsit

S. Petri Apostoli vitam, lib. de XII. Apostolis.

De S. Petro & Simone Mago, lib. 2. historiæ Ecclesiast. *cap.* 27. 36. *&* 37. lib. 3. *cap.* 5. 6. *& seqq.*

Vixit anno Domini 1305. sub Clemente VIII. Rom. Pont.

Nicolai V. Rom. Pont. *Conclaue & Diarium* MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Nicolaus

Nicolaus Alemannus, Bibliothecæ Vaticanæ cuſtos, edidit

In Columnam Pauli V. è templo Pacis in Exquilinum tranſlatum, Carmina. Leguntur apud Abrahamum Bzouium *in Pontifice Romano.*

Diſſertationem hiſtoricam de parietibus Lateranenſibus.

De Principis Apoſtolorum ſepulchro librum MS.

Floruit Romæ ſub Paulo V. Pont. Max.

Nicolaus Ardhingellus, Florentinus, & Alexandri Farneſij Cardinalis Pauli III. Papæ nepotis Secretarij Piceni Vicarius, Epiſcopus Foroſempronienſis, deinde Galliarum Nuncius, poſtremò S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Apollinaris, ſcripſit Italicè

Lib. de negotiatione ſua, pro pace ineunda inter Franciſcum I. Regem Chriſtianiſſimum, & Carolum V. Imperatorem, Summo Pontifice Paulo III. mediante, incipit, *Sire la Santita di noſtro Signore*, &c. Legi Romæ MS. in Bibliotheca Monachorum Valliſ-vmbroſæ S. Praxedis, vbi aſſeruatur.

Obiit Romæ anno Chriſti 1547. 10. Kal. Septembris, ſub Paulo III. Papa: ſepultus eſt in Eccleſia S. Mariæ ad Minerua cum Epitaphio.

Nicolaus Coefftæus, vulgò *Coëffteau*, Cenomanenſis, Gallus, Ordinis Prædicatorum, Doctor Pariſienſis, Prædicator Regius, Epiſcopus Dardanenſis, & Suffraganeus Metenſis, deinde nominatione Regia Epiſcopus Maſſilienſis, edidit

Pro Romano Pontifice, aduersùs Iacobum Angliæ & Scotiæ Regem, *Miniſterium iniquitatis* Philippi Mornæi Pleſſæi, & *Rempublicam* Marci Antonij de Dominis, Archiepiſcopi Spalatenſis.

Obiit Pariſiis anno ſalutis 1623. 11. April. ſub Gregor. XV. Papa: iacet apud Dominicanos.

Nicolaus Craſſus, IC. Venetus, edidit

Antiparæneſin ad Cardinalem Baronium pro Republica Veneta. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ* Melchioris Goldaſti Caluiniſtæ *à pag.* 414. *ad* 439. Patauij 1607 in 4.

Vixit ſub Paulo V. Pont. Max.

Nicolaus de Cuſa, Germanus, ex Canonico Regulari Archidiaconus Leodienſis, Protonotarius Apoſtolicus, Epiſcopus Brixe-

nensis, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula, scripsit

Pro Romano Pontifice aduersùs Bohemos Hæreticos.

De concordia Catholica ad Concilium Basilienſe.

Obiit Tuderti in Vmbria pridie Idus Augusti, anno 1464. ætatis 63. corpus Romam delatum in tit. S. Petri ad Vincula, quem restituerat, sepultum est cum Epitaphio alibi dando; cor verò ad Hospitalem domum Cusæ delatum, in templi choro sub marmore collocatum fuit.

Nicolaus Estenſis, Italus, Episcopus Adriæ, Herculis Estensis Ferrariæ Ducis Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ ad Alexandrum VI. Pont. Max. nomine Ducis Herculis.

Nicolaus Gelder edidit

In Sacelli Exquilini Pauli V. exteriorem partem, carmina Latina, leguntur apud Bzouium *in Pontifice Romano.*

Vixit Romæ sub Paulo V. Pont Rom.

Nicolaus Macchiauellus, ciuis & Secretarius Florentinus, edidit

Historiæ Florentinæ libros 8. in quibus migrationes populorum Septentrionalium, ruina imperij Romani, & *incrementum Romanorum Pontificum.* Argentinæ anno 1610. in 8. Hic inter Auctores primæ classis adscribitur.

Nicolaus Mameranus, Lucemburgensis, edidit

Epistolam de eo, quòd S. Petrus Romæ fuerit.

Claruit anno salutis 1560. sub Pio IV. Papa.

Nicolaus Manerbius, Venetus, Ordinis Camaldulensis Abbas S. Michaëlis de Lemo, deinde S. Matthiæ de Murano, edidit Italicè

Sanctorum quorundam Romanorum Pontificum vitas, in historia Sanctorum Venetiis anno 1525. edita.

Viuebat anno Christi 1574. sub Gregor. XIII. Rom. Pont. *ex Francisco Sansouino.*

Nicolaus Maniacutius scripsit carmine

De Romanis Pont. ex Iodoco Coccio *in Thesauro Catholico.*

Floruit anno salutis 1180. sub Alexandro III. Rom. Pont.

Nicolaus Montacutius, Anglus, scripsit

De Rom. Pont. ex Ioanne Pitseo *de illustrib. Angliæ scriptorib.*

Floruit

Floruit anno Domini 1466. sub Paulo II. Papa.

Nicolaus Morus, vel *Maurus*, Taruisinus, Italus, scripsit vulgari sermone

Benedicti XI. Romani Pontificis vitam, ex Bartholomæo Burchelato Medico *in historia Taruisina*.

Nicolaus Oranus, Belga, Ordinis Minorum, edidit Latinè

Conuersionem Cornelij Centurionis Cæsarei, factam per D. Petrum Apostolum 30. concionibus explicatam. Montibus Hanoniæ 1634. apud Franciscum VVoudre.

Vixit sub S.D.N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Nicolaus à Prato, seu *Martini*, natione Tuscus, patriâ Pratensis, Ordinis Prædicatorum Theologus, ex Ordinis Procuratore in Curia Romana Episcopus Spoletanus, postea Vicarius Papæ in Vrbe, postremò S.R.E. Presbyter Cardinalis, Episcopus Ostiensis, & Veliternus, scripsit

De ratione Poncificalium Comitiorum habendorum lib.

Obiit Auenione anno gratiæ 1321. sub Ioanne XXII. Papa; conditus est in Ecclesia Prædicatorum cum Epitaphio.

Nicolaus Philelphus, Talentinus, Italus, scripsit

Nicolai V. Pont. Max. vitam, libris 2. distinctam.

Nicolaus Ploueus, vulgò *de Ploue*, Gallus, Theologus, edidit

De Summi Pontificis auctoritate tractatum. Parisiis in 8.

Nicolaus Roccius scripsit

Sixti V. Pont. Opt. Max. vitam, quæ extat MS.

Nicolaus Rossellius, Tarraconensis, Arragonius, vnde vulgò *de Arragonia* dictus, Ordinis Prædicatorum Theologus, ex Prouinciali & Inquisitore generali Arragoniæ S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Sixti, deinde S. Sabinæ, scripsit

Romanorum Pont. vitas. Extant MSS. in Bibl. Sfortiana Rom. etiam in illa Collegij Capranicensis, & in Vaticana, *n.* 498.

Obiit anno salutis 1362. 5. Kal. April. sub Innocentio VI. Papa; sepultus Maioricis in Ecclesia Prædicatorum.

Nicolaus Sanderus, Anglus, Sacerdos Theologus, edidit

Sedem Apostolicam, seu *de militantis Ecclesiæ Romanæ potestate, Romanorumq; Pontificum Primatu & auctoritate*. Venetiis anno 1603. in 4.

De Romano Pontifice, lib. 8. *visibilis Monarchiæ*.

De Antichristo aduersùs protestantes, qui Romanum Pontificem audent Antichristum vocare, lib. 8. de Monarchia visibili.

Vixit sub Clemente VIII. Rom. Pont.

Nicolaus Serrarius, Raberulanus, Lotharingus, S. I. Theologus, edidit

De S. Petro Apostolorum Principe, lib. de 12. Apostolis.

Aduersùs fabulam Ioannæ Moguntinæ Papissæ, lib. 1. cap. 41. *rerum Moguntinarum.*

Viuebat tempore Pontificatus Pauli V. Papæ.

Nicolaus Simonis, Batauus, Ordinis Carmelitarum Theologus, & Prouinciæ inferioris Germaniæ Prior Prouincialis, scribit

De potestate Papæ, Imperatoris, & Concilij libros, qui à quibusdam tribuuntur Nicolao Tudeschio, Cardinali Panormitano, vt notat Possevinus *in Apparatu sacro, v. N.*

Decessit Harlemi anno Christi 1531. sub Ioanne XXIII. Rom. Pont. sepultus est in Ecclesia Carmelitana.

Nicolaus Tigrinus, Lucensis, eiusdemque Reipublicæ ad Romanos Pontifices Orator, edidit

Orationem habitam Romæ ad Alexandrum VI. Papam, nomine Lucensium. Parisiis 1577. in 16. apud Hieronymum de Marnef.

Orationem habitam ad Pium III. Papam.

Orationem habitam ad Iulium II. Papam.

Vixit sub Iulio II. Romano Pontifice.

Nicolaus Tucius, Lucensis, eiusdem Reipublicæ ad Romanum Pontificem Orator, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ ad Gregorium XIV. Papam, nomine Lucensium.

Nicolaus Tudeschius, Catanensis, Siculus, Abbas Ordinis S. Benedicti, Archiepiscopus Panormitanus, deinde S. R. E. Cardinalis à Felice V. Antipapa creatus, scripsit

De potestate Papæ & Concilij libros, secundùm quosdam; sed Antonij Possevini iudicio sunt *Nicolai Simonis Carmelitæ*, vt supra monuimus. Incipiunt, *Papa non potest sine causa rationabili*, &c. Extant MSS. Patauij in Bibl. S. Ioannis in Viridario.

Obiit Panormi anno Christi 1445. sub Eugenio IV. Papa: sepultus in sua Cathedrali cum Epitaphio.

Nicolaus

Nicolaus Viguerius, edidit

De Venetorum excommunicatione, aduersùs Cæsarem Baronium dissertationem, cum adiuncta responsione Christianorum Reip. Venet. ciuium & amicorum, ad Antichristianam Cæsaris Baronij Paraenesin. Francofurti 1607. in 4. ex Officina Feyerabendina, & 1606. in 4. apud Commelinum.

Nicolaus Villanius, Pistorienſis, Italus, edidit

De laudibus Gregorij XV. Pont. ter Max. Carmen. Viterbij apud Petrum discipulum anno 1621. in 4.

Cautiones ad sanctitatem D. N. Vrbani VIII. Papæ, ad Antonium Brunum. Venetiis apud Antonium Pinellum 1632. in 4. Italicè.

Floruit anno Christi 1633. sub Vrbano VIII. Pont. Max.

Nilus, Archiepiscopus Thessalonicensis, Græcus, schismaticus, scripsit

Contra Primatum Romani Pontificis libros veneni plenos. Prodierunt Lugduni 1595. in 8. Interprete Bonauentura Vulcanio hæretico, *& tom. 1. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ. Prohibentur *in Indice Romano.*

Nomenclator præcipuorum iam inde nato Christo Ecclesiæ Doctorum, Scriptorum, Professorum, &c. Cui accesserunt continua series *Romanorum Pontificum*, atque Imperatorum: & Catalogus præcipuorum Conciliorum, &c. Prohibetur *in decreto* 16. Martij 1621.

S. Norbertus, Zanctinus, in Ducatu Cliuiæ natus, diœcesis Colonienſis, Ordinis Præmonstratenſis Patriarcha, ac Magdeburgenſis 1. Archiepiscopus, scripsit

Pro defensione Innocentij II. Papæ, contra Petrum Leonis Antipapam.

Obiit anno Domini 1134. die 6. Iunij sub Innocentio II. Rom. Pont.

O.

OCTAVIANVS VESTRIVS, Forocornelius, Italus, Iurisconsultus, scripsit

De

De officijs & officialibus Curiæ Romanæ, & in quibus eorum versatur officium.

Claruit sub Gregorio XIII. Romano Pontifice.

Octauius Baronius, Italus, edidit

Panegyricum Carmen, ad Vrbanum VIII. Pont. Max. Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneti 1627. in 4.

Vixit Romæ sub S. D. N. Vrbano VIII. Pontifice Optimo Maximo.

Octauius Meninus, IC. Foroiulienſis, ac Cenetenſis Præfectus, ſcripſit

Orationem ad Clementem VIII. de Ferraria recepta. Venetiis 1598. in 4.

De immenſa Curiæ Romanæ potentia moderanda Orationem ad ſacri Romani Imperij Principes. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ* Melchioris Goldaſti Caluiniſtæ *à pag.* 386. *ad* 388.

Odam in adulatores Pontificis Romani. Extat ibidem apud eundem *pag.* 389. *&* 390.

Vixit tempore Pontificatus S. D. Pauli V. anno 1606.

S. Odilo, Gallus, Abbas 5. Cluniacenſis, diœceſis Matiſconenſis, ſcripſit

De S. Petro Apoſtolorum Principe Homiliam.

Deceſſit Siluianici in Borbonio anno Domini 1048. Pridie Calendas Ianuarias, ætatis 87. ſanctâ Sede Romanâ tunc vacante per obitum Clementis II. Papæ.

Officialium Romanæ Curiæ & Theſaurariæ Apoſtolicæ *libri*, MSS. Romæ in Bibliotheca Vaticana.

Onithon, Italus, Epiſcopus Sutrinus, ſcripſit

Romanorum Pontificum Chronicon.

Onuphrius Panuinus, Veronenſis, Italus, Ordinis Auguſtinianorum Theologus, & hiſtoricus Eccleſiaſticus, edidit

De Romanis Pontificibus à S. Petro vſque ad Paulum IV. Epitomen; vbi de electionibus ſingulorum & Conclauijs compendiariam narrationem. Venetiis anno 1557. & 1573. in fol. Coloniæ 1574. apud Maternum Cholinum.

Continuationem hiſtoriæ Romanorum Pontificum Platinæ à Leone IX. vſque ad Paulum IV. Colonio 1574. in folio & 1600.

Eiuſdem

Eiusdem 27. *Pontificum Maximorum Elogia & Icones.* Romæ 1578. in fol. typis æneis delineatas.

De Primatu Petri & Apostolicæ Sedis potestate libros 3. Venetiis apud Franciscum Franciscium anno 1591. in 4.

De dignitate Sedis Apostolicæ, & de potestate summi Pontificis aduersùs Centuriatores hæreticos librum, qui inscriptus est, *Historia Ecclesiastica*, MS.

De origine Cardinalatus.

De creationibus summorum Pontificum, deque morte ipsorum, interregno, legibus eâ de re sancitis à D. Petro vsque ad Pium IV. MS.

Vitas Romanorum Pontificum ab edito diuersas, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina *in relationibus* Cl. V. Gabrielis Naudæi.

Chronicon Ecclesiasticum Romanorum Pontificum, Imperatorum, &c. MS. Prodiit Coloniæ 1574. in fol. apud Maternum Cholinum.

Obiit Panormi in Sicilia anno Domini 1568. Pridie 8. Aprilis, ætatis suæ 39. sub Pio IV. Rom. Pont. sepultus est apud Augustinianos cum Epitaphio inciso in nigro marmore ab eius amicis extructo, vnâ cum effigie ad viuum expressa.

S. Optatus Mileuitanus, Episcopus, natione Afer, scripsit

De Romanorum Pontificum successione, lib. 2. contra Parmenidem.

Floruit anno à partu virgineo 365. sub Felice II. Romano Pontifice.

Oratio pro Iulio II. Ligure à quodam benè docto & Christiano perscripta. Prohibetur *in Indice Romano.*

Orationes funebres, in morte *Pontificum, Imperatorum*, &c. Hanouiæ 1613. in 8. apud hæredes Aubrij.

Orationes gratulatoriæ, in Electione, Coronatione, Natiuitate, nuptiis & triumphis *Pontificum, Imperatorum, Regum*, &c. Hanouiæ 1613. in 8.

Ordo Pontificum, *qui Cathedram S. Petri tenuêre à S. Petro vsque ad Ioannem XII. Papam.* Extat MS. Patauij in Bibliotheca S. Ioannis de Viridario.

Otho Frisingensis, Episcopus Ordinis Cistercienſis, scripsit

De Romanis Pontificibus, in Chronico.

Vixit anno salutis 1145. sub Eugenio III. Rom. Pont.

Ouidius de Amicis, à Pedemontio, olim Canonicus Capuanus, IC. & Protonotarius Apostolicus, edidit

De Primatu Ecclesiæ tam in spiritualibus, quàm temporalibus, discursus duos, ad Vrbanum VIII.

Viuebat Romæ anno Christi 1633. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

P.

PANDVLPHVS MASCA, Pisanus, Tuscus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. SS. duodecim Apostolorum, Prior Presbyterorum, scripsit

Romanorum Pontificum vitas à S. Petro vsque ad Innocentium III. Venetiis anno 1547. & 1600. Extant MS S. in Bibliotheca Vaticana num. 226. & 3762. & in Museolo Alexandri Cherubini.

Gelasij II. Papæ vitam, quam *commentarijs* illustrauit R. P. D. Constantinus Caietanus Abbas, ad Vrbanum VIII. Pont. Max. Romæ anno 1638. in 4. typis Caballinis.

Obiit anno salutis 1198. sub Innocentio III. Romano Pontifice.

Panigarda scripsisse comperio

S. Petri Apostoli vitam. Venetiis anno 1595. in 8. ex Paulo Bolduano hæretico *in Bibliotheca historica pag.* 98.

Claruit sub Clemente VIII. summo Pontifice.

Papyrius Massonus, vulgò *Masson*, Segusianus, Gallus, Iurisconsultus, edidit

De Episcopis Vrbis Romæ, seu de vitis Romanorum Pontificum. Prodiit Parisiis, tamen prohibetur *in Indice Romano*, donec expurgetur.

Decessit Parisiis anno salutis 1603. sub Pontificatu Clementis VIII. sepultus est in Ecclesia Billetarum, quæ nunc est Carmelitarum, reformationis Rhedonensis.

Paris de Crassis, Cæremoniarum Pontificiarum Magister, scripsit

De

De Cæremonijs Pontificis Romani tractatum, MS. Romæ in Bibliotheca Vaticana, & Pisauri in illa Sereniſſimi Ducis.

Diaria Iulij II. Rom. Pont. MSS. Romæ in Vaticano.

Diaria Leonis X. Rom. Pont. MSS. Romæ in Vaticano.

Claruit ſub Leone X. ſummo Pontifice.

Pariſienſis, Oxonienſis, Pragenſis, & Romanæ Academiarum epiſtola, *de auctoritate Imperatoris in ſchiſmate Paparum tollendo*, &c. ad Vrbanum V I. & VVenceſlaum Imperator. ann. D. MCCCLXXX. Extat *tom.* 1. *Monarchiæ* Melchioris Goldaſti Caluiniſtæ *à pag.* 229. *ad* 232.

Participationum, ſeu *Diuiſionum, de minutis ſeruitijs*, S. R. E. Cardinalium liber, MS. Romæ in Vaticano.

Patricius Myrton, Abedonenſis, Scotus, V. I. Doctor, ſcripſit

De capite viſibili Eccleſiæ librum.

Viuebat anno ſalutis 1560. ſub Pio I V. Pont. Max.

Pauli II. Papæ, *Conclaue & Diaria*, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Pauli III. Papæ *Conclaue & Diaria*, MSS. Romæ ibid.

Pauli III. Papæ *Itineraria duo Peruſiam & Niciam versùs*, MSS. ibidem.

Pauli IV. Papæ *Conclaue & Diaria*, MSS. ibid.

Pauli V. Papæ *Conclaue & Diaria*, MSS. ibid.

Pauli Conſtantinopolitani Patriarchæ *epiſtola*, ad Papam & Cardinales, MS. Romæ in Vaticano.

Paulus Æmilius Sanctorius, Caſernatus, Italus, vtriuſque Signaturæ Referendarius, Conſultor S. Officij, Pœnitentiariæ Datarius, ac Archiepiſcopus Cuſentinus, edidit

SS. Petri & Pauli Apoſtolorum vitam. Romæ anno 1597. ex Typographia Antonij Zanneti.

Vixit ſub S.D. Clemente VIII. Pont. Max.

Paulus de Angelis, Abbas, Italus, edidit

Baſilicæ S. Mariæ Maioris de Vrbe deſcriptionem, & delineationem. Romæ 1620. in fol. & in Ciaconio 1630. edito in Paulo V.

Floruit Romæ anno Chriſti 1631. ſub Vrbano VIII. Pontifice Maximo.

Paulus Angelus, Theologus, ſcripſit

De potestate Papæ librum.

Paulus Annicula, seu *Amicola*, Abbas Cellæ veteris, scripsit

De auctoritate Summi Pontificis.

Obiit anno Domini 1535. sub Paulo III. Rom. Pont.

Paulus Belmisserus, Medicus, scripsit

De discessu Clementis VII. Pontificis in Galliam, Elegiam.

Alteram ad eundem Pontificem de bello in Turcas mouendo. Basileæ apud Robertum VVinterum.

Claruit sub Clemente VII Pont. Max.

Paulus Bernrietensis, Germanus, Augustinianus, Episcopus Augustanus, scripsit

Vitam Gregorij VII. Rom. Pont. lib. 2. distinctam. Prodiit Ingolstadij anno 1610. Latinè.

De tempore quo vixit nihil reperio.

Paulus Bombinus, Religiosæ Congregationis Somaschæ Presbyter, Theologus, scripsit

Vitam Gregorij XIII. Pont. Opt. Max.

Vitam Sixti V. Papæ.

Vitas reliquorum Pontificum ad Clementem VIII.

De Summo Pontifice.

De Conciliis.

Vixit Romæ anno Domini 1630. sub Vrbano VIII. Papa.

Paulus Comitolus, Italus, S.I. Theologus, edidit

Tractatum Apologeticum pro defensione Pauli V. Rom. Pont. contra Venetos.

Vixit sub Paulo V. Summo Pontifice.

Paulus Cortesius, Protonotarius Apostolicus, scripsit

De Cardinalatu librum.

Floruit anno Christi 1509. sub Iulio II. Papa.

Paulus, Decretorum Doctor Anglus, scripsit

Speculum super plenitudine potestatis Papalis. Extat *tom. 2. Monarchiæ* Goldasti Caluinistæ *à pag.* 1527. *vsque ad* 1558.

Paulus, Diaconus Aquileiensis, natione Lombardus, Desiderij Regis Longobardorum Secretarius, deinde Monachus Cassinensis, scripsit

De rebus gestis S. Gregorij Magni Papæ.

Claruit

Claruit anno Domini 774. sub Hadriano I. Rom. Pont.

Paulus Iouius, Italus, Episcopus Comensis, edidit

Leonis X. & Hadriani VI. Romanorum Pontificum vitas, quas vertit Italico idiomate Ludouicus Dominicus. Florentiæ 1549. in 8. & 1551.

Clementis VII. Pont. Max. vitam.

Obiit Florentiæ, ibidémque sepultus est in Claustro S. Laurentij, cum Epitaphio & effigie ad viuum expressa.

Paulus Isuardus, Ferrariensis, Italus, Abbas Congregationis Cassinensis, scripsit

De SS. Apostolis Petro & Paulo Hymnos, vario generis carmine, qui concessu Capituli Generalis decantatur in eorum solemnitatibus, in Cœnobio S. Benedicti Mantuani, vbi asseruantur MSS.

Claruit anno Domini 1590. sub Sixto V. Pont. Max.

Paulus Iustinianus, Patritius Venetus, Eremita Camaldulensis, scripsit ad Leonem X. Papam

De officio Pontificis tractatum.

Obiit in Eremo S. Orestis anno salutis 1528. mense Augusti sub Hadriano VI. Romano Pontifice.

Paulus Lælius Petronus, scripsit

Alexandri V. Romani Pontificis Diaria MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Paulus Morigia, Mediolanensis, Ordinis Iesuatorum, edidit

Elogia Romanorum Pontificum Religionum Fundatorum.

Summarium Chronologicum vitarum Romanorum Pontificum.

Bergomi anno 1601. in 4. Italicè

Descriptionem familiæ Gregorij XIV. Rom. Pont. Mediolani anno 1591. in 4. apud Pacificum Pontium, Italicè.

Floruit sub Clemente VIII. Pont. Max.

Paulus Pansa, Genuensis, Ligur, edidit Italicè

Hadriani IV. & Hadriani V. Romanorum Pontificum vitas.

Neapoli anno 1598. Item

Innocentij VI. Papæ vitam.

Claruit sub Clemente VIII. Pont. Max.

Paulus Princeps de la Scala, edidit opus, cui titulus est,

Vaticiniorum & imaginũ Ioachimi Abbatis Florensis Calabriæ,

& Anſelmi Epiſcopi Marſicani, ſuper ſtatu ſummorum Pontificum Romanæ Eccleſiæ, contra falſam cuiuſdam Pſeudomagi, quæ nuper nomine Theophraſti Paracelſi in lucem prodijt, Pſeudomagicam expoſitionem, indubitata explanatio. Coloniæ ex Officina Typographica Theodori Graminæi 1570. in 4.

Eiuſdem loci communes Theologici, ſiue pro Eccleſiæ Romanæ, eiuſque auctoritate, aduersùs Veſanium Neophiſtorum, Oratio, &c. Coloniæ ex Officina Typographica Theodori Graminæi 1571. in 4.

Paulus Regius, Neapolitanus, S. Th. Doctor, proſequutus eſt

Vitam S. Celeſtini V. Papæ, à Iacobo Caietano Cardinali conſcriptam, quam edidit etiam Italicè Neapoli anno 1581. in 8. apud Ioannem Baptiſtam Capelli.

Vixit ſub Gregorio XIII. Romano Pontifice.

Paulus Sarpus, Venetus, edidit

Veneti interdicti hiſtoriam ſub initio Pontificatus Pauli V. Rom. Pont. Canterugiæ in 4.

Claruit ſub Paulo V. ſummo Pontifice.

Paulus Seruita, ab Ordine ſeruorum B. V. Mariæ ſic denominatus, Venetus, Theologus, edidit Italicè

Conſiderationes in cenſuras Pauli V. contra Rempublicam Venetam. Prohibentur in edicto 20. Septembris 1606. Extant *tom. 3. Monarchiæ* Goldaſti.

Vixit ſub Paulo V. Rom. Pont.

Paulus Sherlogus, Hibernus, patriâ Manapienſis, S.I. Theologus, edidit

De Pontificis Romani humano & Politico Magiſtratu propugnato, aduersùs Caluinicum, in explanatione de Chriſto & Eccleſia *tom. 2. Commentariorum in Canticum Canticorum Salomonis.* Lugduni 1637. in fol. apud Iacobum Proſt.

Viuebat Matriti in Hiſpania anno gratiæ 1637. ſub Vrbano VIII. Papa.

Paulus Theupulus, Venetorum Orator Romanus, ſcripſit

Orationem habitam Romæ ad S.D. Gregorium XIII. Pont. Max. nomine Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ.

Paulus Venetus, Neotericus, Auguſtinianus Theologus, ſcripſit

De

De Romani Pontificis potestate librum, ex Thoma Gratiano *in Anastasi Augustiniana, v.P.*

Paulus Voluckius, Polonus, Episcopus Luceorienſis, Regni Poloniæ Senator, Sigismundi III. Poloniæ, Sueciæ, Gothorum & Vandalorum Regis Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ anno 1613. ad Paulum V. Pont. Max. nomine Regis Poloniæ.

Pelagius Aluarus, Lusitanus, Ordinis Minorum Theologus, Episcopus Syluensis, scripsit

De Romano Pontifice, lib. *de Planctu Ecclesiæ.*

Apologiam pro Ioanne XXII. Romano Pontifice, aduersùs M. Guilielmum Ochamum, eiusdem Ordinis Theologum.

Vixit sub Ioanne XXII. Papa. Aliqui putant fuisse Cardinalem.

Peregrinus Massellus, Patauinus, Augustinianus Theolog. scripsit

De potestate summi Pontificis & Concilij, cum comparatione adinuicem.

Obiit Patauij nonagenario maior anno Christi 1556. sub Paulo I V. Pont. Max.

Petrus, cuius nomen ignoratur, scripsit

Glossas in Pontificale Romanorum Damasi, & continuationem Anastasij Bibliothecarij & Pandulphi Pisani. Extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Vixit sub Vrbano V. Pont. Max. vt colligitur aliquot in locis prædicti operis.

Petrus Albinianus Trotius, Italus, IC. scripsit

De potestate Papæ.

Claruit sub Gregorio XIII. Pont. Max.

Petrus Albretius, Antonij & Ioannæ Regum Nauarræ, Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ ad Pium IV. Rom. Pont. nomine Antonij & Ioannæ Regum Nauarræ.

Petrus Alliacensis, seu *de Alliace*, Gallicè *D'ailly*, Compendiensis Picardus, Doctor ac Cancellarius Vniuersitatis Parisiensis, Magnus Franciæ Eleemosynarius, Episcopus 69. Podiensis, inde 11. Vaurensis, & 65. Cameracensis, postremò S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Chrysogoni, scripsit

De

De ſtabilitate Eccleſiæ.

De Concilio Generali.

De electione ſummi Pontificis.

De Eccleſiaſtica poteſtate.

Vitam S. Petri Celeſtini Pont. Max. quæ legitur *in hiſtoria Sanctorum*, à Laurentio Surio collecta. Eam MS. poſſidet Cl. V. Gabriel Naudæus, Eminentiſſimi Iulij Cardinalis de Mazzarini Nobilis Aulicus à Litteris.

Obiit Auenione anno Domini 1425. 6. Idus Auguſti, ſub Martino V. Rom. Pont. Corpus Cameracum eſt delatum, & conditum in Eccleſia Cathedrali cum Epitaphio.

Petrus Amelius, vulgò *Ameueil*, Alethenſis, vel Alectenſis, Auxitanus, Auguſtinianus, S. Th. D. & Epiſcopus Senogalliæ in Italia, ſcripſit carmine

Iter Gregorij XI. Pont. Max. Extat apud Papyrium Maſſonum *in Gregorio XI.* & Alphonſum Ciaconium *ibid.*

Claruit ſub Gregorio XI. Rom. Pont.

Petrus Apollonius Collatius, Nouarienſis, Presbyter, ſcripſit

De S. Petro Apoſtolorum Principe, in Faſtis, qui extant *tom. 8. Bibl. Patrum.*

Petrus Arcudius, Græcus, ſcripſit

In Columnam à Paulo V. Pont. Max. è veteri Pacis templo in Exquilinum tranſlatam, carmina Græca.

Vixit Romæ ſub Paulo V. Pont. Max.

Petrus Auithius, vulgò *D'Auithy*, Turnonenſis, apud Heluios, è Nobilium Viceregius Cubicularius, edidit

Romanorum Pontificum Catalogum, in hiſtoria totius mundi Pariſiis edita.

Obiit Pariſiis circa annum ſalutis 1636. ſub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Petrus Barzius, Polonus, Senator, ac Sigiſmundi Auguſti Regis Poloniæ Orator Romanus, ſcripſit

Orationem, quam habuit Romæ ad Pium V. Pont. Max. nomine Sigiſmundi Regis.

Petrus Bertrandus, Annonenſis, apud Heluios Montanos, Gallus, ex Conſiliario Regio Epiſcopus 78. Niuernenſis, deinde 64. Æduenſis, poſtremò S. R. E. Presbyter Cardinalis,

Epiſcopus

Episcopus Ostiensis & Veliternus, scripsit aduersùs Petrum de Cuneriis, Aduocatum Regium.

De origine & vsu iurisdictionum, siue de temporali & spirituali potestate librum. Extat *tom. 2. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ.

Obiit peste Auenione anno Christi 1348. die 24. Iunij, sub Clemente VI. Papa; sepultus est in Prioratu B. Mariæ de Mortault, quem fundauerat iuxta Auenionem.

Petrus Boninsegnius scripsit

Vrbani VI. Pontificis Maximi vitam.

Petrus Canisius, Nouiomagus, Belga, S.I. Theologus, edidit

Romanorum Pontificum Catalogum à S. Petro vsque ad Paulum V.

S. Leonis Magni vitam, quam præfixit operibus dicti Leonis Coloniæ Vbiorum editis.

De Pastore vniuersalis Ecclesiæ tractatum. Extat *in Summa Doctrinæ Christianæ*, Dilingæ anno 1571. in 8. Antuerpiæ 1566. in 16. & 1592. in 12. Venetiis 1574. in 12. edita.

Obiit Friburgi apud Heluetios anno Christi 1597. die 21. Decembris, ætatis suæ 77. sub S. D. Clemente VIII. Papa.

Petrus Cara, Sabaudiæ Ducis Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem nomine dicti Ducis Sabaudiæ.

Petrus Charron, Parisinus, Doctor Sorbonicus, Regis Christianissimi Orator Romanus, edidit

Orationem, quam habuit Romæ in Aula Regia ad Summum Pontificem, cùm Regis Christianissimi nomine, Summo Pontifici obedientiam exhiberet.

Decessit Parisiis apoplexiâ correptus hoc sæculo.

Petrus Cheurerius, Ducis Sabaudiæ Orator Romanus, scripsit

Orationem habitam Romæ ad Innocentium VIII. Pont. Max. nomine Ducis Sabaudiæ.

Petrus Ciar, Gallus, Ordinis S. Mariæ de Mercede Theologus, scripsit

De potestate Romani Pontificis librum. Parisiis 1506. apud Ioannem Garmonium.

Claruit sub Iulio II. Pont. Max.

Petrus Cluniacenſis, Monachus, patriâ Pictauus, ſcripſit

Panegyricum Gelaſij II. Pont. Max. hoc eſt, *Epitaphium*, quod retuli *lib. 1. huius Bibliothecæ, v. G.*

Floruit ſub Calixto II. Rom. Pont.

Petrus à Cordua, Comes Capræ, & Hieronymus Balbus, Epiſcopus Gurcenſis, Ferdinandi Archiducis Auſtriæ Oratores Romani, ſcripſerunt

Orationem habitam Romæ ad Alexandrum VI. Rom. Pont. nomine Ferdinandi Archiducis.

Petrus Cottonus, vulgò *Cotton*, Roanenſis, Seguſianus, S.I. Theologus, Prædicator & Confeſſarius Regius, edidit

De Romano Pontifice & Cardinalibus, in Inſtitutionibus Catholicis.

Obiit Pariſiis ſub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. die 19. Martij 1626. ætatis ſuæ 63.

Petrus Corſinus, ciuis & Epiſcopus Florentinus, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. SS. Laurentij & Damaſi, poſtea Epiſcopus Portuenſis & S. Rufinæ, ſcripſit

De abolendo ſchiſmate, vt puto, *Vrbani VI. & Clementis VII. Antipapæ.*

Vitas aliquot Romanorum Pontificum, ex Michaële Poccantio *de Scriptoribus Florentiæ.*

Obiit Auenione anno Domini 1405. die 16. Auguſti ſub Innocentio VII. Rom. Pont. Iacet apud Auguſtinianos cum Epitaphio.

Petrus Creſpetius, Gallus, Monachus Celeſtinus, ſcripſit

De S. Celeſtino V. Pont. Max. Sermonem.

Claruit anno ſalutis 1598. ſub Clemente VIII. Romano Pontifice.

Petrus Cunerius, vel *de Cunerijs*, vulgò *de Cugniers*, vel *Cunieres*, vel *du Coignet*, Eques, Conſiliarius & Aduocatus Philippi Valeſij Francorum Regis, *alijs* Procurator, deinde Archidiaconus Pariſienſis, ſcripſit

Actionem coram Rege habitam de iuriſdictione Eccleſiaſtica & Politica. Extat *tom. 2. Monarchiæ prohibitæ* Melchioris Goldaſti *à pag. 1361. ad 1383.*

Vixit anno 1328. ſub Ioanne XXII. Rom. Pont. ſepultus eſt

est in Ecclesia S. Iuliani de Santinis in Valesio, *de Saintines en Valois.*

S. Petrus Damianus, cognomento *de Honestis*, Rauennas, Monachus sanctæ Crucis de Auellana, Ordinis S. Benedicti Congregationis Columbæ, S.R.E. Episcopus Cardinalis Ostiensis, scripsit

De priuilegio Ecclesiæ Romanæ.

De officijs Pontificis librum 1.

De SS. Petro & Paulo Homilias 2.

De Stephano Papa & Martyre Homiliam 1.

De correctione Episcopi & Papæ tractatum, ab hæreticis Petro Damiano tributum. Extat *tom.* 2. Monarchiæ Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 43. *ad* 45.

Disceptationem Synodalem inter Imperij Romani Aduocatum, & Ecclesiæ Romanæ defensorem, de electione Pontificis Romani. Extat *tom.* 2. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pagin.* 45. *ad* 66.

Obiit Fauentiæ in Monasterio Dei Genitricis extra muros, die 22. Februarij, anno 1072. ætatis suæ 66. sub Alexandro II. Papa, ibidemque sepultus. Extat Epitaphium eiusdem in eius sepulchro excidendum, ab ipsomet elaboratum inter eiusdem Petri versus in Codice Basilicæ S. Petri repertum à Cardinali Baronio *tom.* 10. *Annalium Ecclesiasticorum*, relatum.

Petrus Diaconus, Monachus, & Bibliothecarius Cassinensis, patriâ Romanus, scripsit

De SS. Petro & Paulo Sermonem.

S. Leonis Papæ vitam.

De rebus gestis Paschalis II. Papæ, & quorundam aliorum Romanorum Pontificum.

Floruit anno Domini 1115. sub Paschali II. Papa. Obiit tamen Cassini, vbi & sepultus est.

Petrus Flandrini, aliàs *Flandrius*, Gallus, Decretorum Doctor, S.R.E. Diaconus Cardinalis tit. S. Eustachij, scripsit

Deductionem materiæ schismatis oborti post mortem Gregorij XI. Rom. Pont. Extabat MS. Romæ in Bibliotheca Cardinalis Sirleti.

Obiit Auenione anno salutis 1381. 10. Kal. Februarij, sub Vrbano VI. Rom. Pont.

Petrus Flores, scripsisse comperio

Sermonem ad sacrum Senatum Cadinalium de eligendo Iulij II. Papæ successore.

Viuebat anno Christi 1513. sub Leone X. Rom. Pont.

Petrus Fontedonius, Segobiensis Hispanus, S. Th. Doctor, Orator Romanus, scripsit

Orationes 3. quas habuit ad Pium V. Pont. Max. Antuerpiæ 1575. in 8. typis Plantinianis.

Petrus Frizouius, vel *Frizo*, vulgò *Frizon*, Gallus, Doctor Parisiensis, ac Canonicus Rhemensis, edidit ad Eminentissimum Alphonsum Ludouicum Plessæum Richelium Cardinalem, Archiepiscopum Lugdunensem, &c.

Galliam purpuratam, hoc est, *De omnibus Romanis Pontificibus, & Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus è Gallia oriundis.* Parisiis anno 1638. in fol. Latinè.

Viuit hoc anno Domini 1643. sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Max.

Petrus Gallardus, vulgò *de Gaillard*, Gallus, Aduocatus Parisiensis, edidit Gallico idiomate

Chronicon Ecclesiasticum, seu Romanorum Ponticum à S. Petro vsque ad Sixtum V. postea auctum *vsque ad Vrbanum VIII.* studio Gabrielis Michaëlis de la Rochemaillet. Prodiit primò Parisiis anno 1585. deinde 1639. in 8. apud Cardinum Besongne.

Scribebat tempore Pontificatus Sixti V. Papæ.

Petrus Galesinus, Mediolanensis, S. Th. D. ac Protonotarius Apostolicus, edidit

Orationem dedicationis Obelisci, quem Sixtus V. in foro Vaticano ad limina Apostolorum erexit, & benedictionem item Crucis, quam in eius præstigio collocauit explicatum. Romæ anno 1586. in 4. typis Bartholomæi Grassij.

Librum de translatione Pij V. Papæ, beatæ memoriæ, quam solemni sanctoque pietatis officio S. D. N. Sixtus V. celebrauit 6. Idus Ianuarij 1588. Romæ typis Vaticanis.

Theatrum Pontificale, in quo tabulæ spectãtur Romanorum Pont. Historiam

Historiam summorum Pontificum à Platina conscriptam, & à Petro Galesino multis locis emendatam, notationibúsque diligenter auctam, atque illustratam.

Vixit sub Sixto V. summo Pontifice.

Petrus Guilielmus, aliis *Gillermus*, S. R. E. Diaconus Cardinalis, deinde Presbyter tit. S. Chrysogoni, & Bibliothecarius, scripsit

Romanorum Pontificum vitas, nempe à Nicolao I. vsque ad Paschalem II.

Obiit sub Paschali II. Romano Pontifice.

Petrus Grauinas, Panormitanus, Siculus, scripsit

Orationem, quam dixit Alexandro VI. summo Pontifici.

Petrus Gymnicus, Germanus, patriâ Aquensis, Canonicus Marcurianus, scripsit

De donatione Constantini.

Petrus Ioannes Perpinianus, Valentinus, Hispanus, S.I. Theologus, edidit

Orationem Latinam ad Pium IV. Rom. Pont. cùm Gymnasium Societatis Iesu Romæ inuiseret. Extat *nona* inter eius orationes, Lugduni apud Ioannem Pillehotte editas.

Obiit Lutetiæ Parisiorum anno salutis 1566. mense Nouembri, sub Pio IV. Papa.

Petrus Ioannis, (forsan ille, qui dictus est,) *Oliuus de Bituris*, Ordinis Minorum, è Castro Semicani Custodiæ Narbonæ Theologus, scripsit

Quæstiones de Papæ & Concilij auctoritate. Extant MSS. Patauij in Museo Benedicti Saluatici, Medici.

Claruit anno Domini 1283. sub Martino I V. Papa, *Sixto Senensi* verò 1400. sub Bonifacio IX. nisi sint duo.

Petrus Kintyrus, Scotus, Presbyter, scripsit

Laudes, acta, vitam, ac mortem Gregorij X. Romani Pontificis, librum 1.

Vixit anno salutis 1276. sub Ioanne XXI. Pontifice Romano.

Petrus Lizetius, Gallicè *Lizet*, Aruernus, IC. Protopræses Parisiensis, ac Abbas 37. Victorinus, edidit

De summi Pontificis auctoritate tractatum. Parisiis 1551.

Obiit Parisiis anno Christi 1554. 7. Idus Iunij, ætatis

ſuæ 72. ſub Iulio III. Rom. Pont. ſepultus eſt in Eccleſia ſua Abbatiali Victorina cum Epitaphio.

Petrus de Lunæ, Arrago, S.R.E. Cardinalis, deinde Antipapa Benedictus XIII. dictus, ſcripſit

De poteſtate Papæ & Concilij tractatum. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Vaticana ex Rupipozæo *in Nomenclatura Cardinalium.* Vide, quæ diximus de eo, *in Catalogo Pſeudopontificum.*

Petrus de Lutra, Germanus, Ordinis Præmonſtratenſis Theologus, ſcripſit

Septenarium Candelabrum de ſummi Pontificis eminentia, lib. 4.

Aduersùs Michaëlem quendam, eiuſque Aſſeclas ſanctum Pontificem impugnantes librum 1. ad Cardinalem Columnam.

Claruit anno Chriſti 1330. ſub Ioanne XXII. Pontifice Maximo.

Petrus Magnus, Octauij Farneſij, Ducis Placentiæ Orator Romanus, ſcripſit

Orationem, quam habuit Romæ ad Gregorium XIII. Pont. Max. nomine Ducis Octauij, cùm eidem Pontifici obedientiam exhiberet.

Petrus Malon, Hiſpanus, Auguſtinianus Theologus, ſcripſit

De S. Petro Apoſtolo tractatum, ex Thoma Gratiano *in Anaſtaſi Auguſtiniana.*

Petrus Manlius ſcripſit ad Alexandrum III. Pont. Max.

De Romanis Pontificibus, in opuſculo hiſtoriæ ſacræ.

Petrus Maphæus, Italus, ſcripſit Italicè

Gregorij XIII. Rom. Pont. Annales libris 2. *diſtinctos.* Extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina, *ex relationibus* Cl. V. Gabrielis Nudæi Pariſini.

Petrus de Marca, Gallus, Senator Parlamenti Nauarræ, & Regis in ſanctiore Conſiſtorio Conſiliarius, edidit ad Eminentiſſimum Cardinalem Ducem Richelæum,

De concordia Sacerdotij & Imperij, ſeu de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ diſſertationem, lib. 4. vbi fuſiùs *de Romano Pontifice.* Pariſiis apud viduam Ioannis Camuſat anno 1641. in 4 Latinè.

Viuit

Viuit hoc anno Domini 1643. sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Petrus Maria Campus, Italus, Canonicus Placentinus, edidit

Relationem ad Gregorium XV. Pont. Max. transmissam anno 1622. die 10. Martij, super processu & causa canonizationis, seu beatificationis Gregorij X. Papæ, quæ deinceps ab eodem S.D.N. remissa fuit sacræ Congregationi Rituum examinanda. Placentiæ typis Alexandri Barachi apud Iacobum Ardizzonum 1622.

Viuebat anno Domini 1630. sub Vrbano VIII. Pontifice Maximo.

Petrus Matthæus, vulgò *Matthieu*, Gallus, *Ioanne Imperiali Vicentino Medico in Petri Elogio*, Sequanus, Iurisconsultus Lugdunensis, Historiographus Regius, edidit

De rebus gestis Romanorum Pontificum, in historia Henrici IV. *cognomento* Magni Galliarum & Nauarræ Regis Christianissimi.

Interiit peste anno Domini 1621. sub Paulo V. Romano Pontifice.

S. Petrus Mauricius, aliis *Mauriacenus*, cognomento Venerabilis Aruernus, Abbas 10. Cluniacensis, scripsit

De S. Marcello Papa & Martyre librum.

Obiit Cluniaci anno Domini 1157. 8. Calendas Ianuarias, sub Hadriano VI. Rom. Pont. sepultus est iuxta altare SS. Apostolorum Iacobi & Philippi.

Petrus Michaël Delphinus, Italus, edidit

Decisionem de proportione Papæ ad Concilium, & de eius Principatu. Venetiis anno 1569. in 4.

Claruit sub Pio V. summo Pontifice.

Petrus è Monte, Venetus, Episcopus Brixiensis, edidit

De Monarchia, in qua agitur è Conciliis Generalibus *de potestate atque præstantia summi Pontificis*, &c. Romæ apud Antonium Bladum 1537. Extat etiam inter tractatus iuris *tom.* 13. *part.* 1. *fol.* 144. Asseruatur MS. Romæ in Bibliotheca Sfortiana.

Vixit sub Leone X. Romano Pontifice.

Petrus de Natalibus, Venetus, Episcopus Equilinus, edidit

Sanctorum

Sanctorum Romanorum Pontificum vitas, in Catalogo Sanctorum Venetiis & alibi edito.

Petrus Opmerus, Amstelodamus, Batauus, edidit

Concordiæ inter Alexandrum III. & Federicum Imperatorem Venetijs confirmatæ narrationem. Parisiis in fol.

Carmina de laudibus Gregorij XIII. Rom. Pont. Leguntur in opere Chronologico.

Icones & Elogia summorum Pontificum, &c. Leguntur ibidem cum continuatione Laurentij Beyerlinck.

Obiit Delphis anno Christi 1595. 4. Idus Nouembris, sub Clemente VIII. Rom. Pont.

Petri & Pauli Passio, MS. Græcè Pisauri in Bibliotheca Serenissimi Ducis.

Petri & Pauli Encomium, MS. Græcè in Bibliotheca Heildebergensi Comitis Palatini.

Petri & Pauli, SS. Apostolorum, *Acta*, & quemadmodum Romæ sub Nerone Imperatore martyrium passi sunt, copiosè scripta, MSS. Græcè Messanæ in Sicilia, & Heildebergæ in Comitatu Palatino.

Petrus Paludanus, natione Burgundus, Ordinis Prædicatorum Theologus, & Patriarcha Hierosolymitanus, scripsit

Tractatum egregium de causa immediata Ecclesiasticæ potestatis. MS. Patauij in Bibl. Ecclesiæ Cathedr.

Claruit anno Domini 1330. sub Ioanne XXII. Romano Pontifice.

Petrus Rauennas, scripsit

De potestate Papæ & Imperatoris.

Petrus Rebuffus, Mons-Pessulanus, Gallus, IC. edidit

Tractatum concordatorum, quæ inter S. D. N. Papam Leonem X. & sedem Apostolicam, ac Christianissimum D. N. Regem Franciscum I. & Regnum sunt edita, in duos tomos diuisum. Quorum Prior concordatorum textum continet, cum quibusdam glossis. Alter nominationum quæstiones, & de pacificis possessoribus tractatum. Luduni anno 1580.

Claruit sub Gregorio XIII. Rom. Pont.

Petrus Ribadeneira, natione Hispanus, patriâ Toletanus, S. I. Theologus, edidit

Sanctorum

Sanctorum Romanorum Pontificum vitas, in Flore Sanctorum.

Vixit sub Paulo V. Romano Pontifice. Obiit Matriti anno 1611. ætatis 85. ex Petro Doutremant *in eius Elogio.*

Petrus Richardus, Canonicus Trecensis, ac Doctor Parisiensis, scripsit

De martyrio & clauibus S. Petri Apostoli.

Vixit anno Domini 1525. sub Clemente VII. Papa.

Petrus Soto, Hispanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, edidit

De Romano Pontifice, in defensione suæ confessionis *à c.* 24. *vsque ad finem.*

Claruit sub Iulio III. summo Pontifice.

Petrus Thomas Saracenus, Bononiensis, Italus, Ordinis Carmelitarum Theologus, & S. Inquisitionis Consultor, edidit

S. Dionysij Papæ Ordinis Carmelitarum vitam, in Menologio Carmelitico Bononiæ 1625. in 4. edito Latinè.

Vidi Bononiæ senis anno 1640. sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Petrus Tyræus, Nouesiensis, Germanus, Societatis Iesu Theologus, edidit

De nouo & falso Antichristo librum, in quo defenditur Romanus Pontifex.

De potestate Ecclesiastica. Moguntiæ anno 1586. in 4.

Obiit Herbipoli anno Domini 1601. die 3. Decembris, sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

Petrus de Vineis, Germanus, Friderici Imperatoris Cancellarius, scripsit

De potestate Imperiali, aduersùs potestatem Romani Pontificis, librum. Prohibetur *in Indice Romano.*

Petrus Victorius, Italus, Cosmæ Ducis Florentiæ Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ ad Iulium III. Rom. Pont. nomine Cosmæ Ducis Florentiæ.

Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici *edictum*, contra tractatum Cardinalis Baronij *de Monarchia Siciliæ.* Extat apud Goldastum Caluinistam *tom.* 3. *Monarchiæ S. Romani Imperij, à pag.* 619. *ad* 621.

Obiit anno Christi 1621. sub S. D. Paulo V. Pont. Max.

Philippus Cheurerius, Ducis Sabaudiæ Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ ad Innocentium VIII. Pontificem Maximum, nomine Ducis Sabaudiæ.

Philippus Decius, Mediolanensis, IC. scripsit

Consilium pro auctoritate Concilij Generalis supra Papam. Extat apud Melchiorem Goldastum Caluinistam *tom. 2. Monarchiæ.*

Sermonem super eadem materia, pro iustificatione Concilij Pisani, contra Papam Iulium II. congregati. Extat *ibidem* apud eundem.

Vixit sub Iulio II. summo Pontifice.

Philippus Gallæus, Harlemensis, Batauus, edidit

Elogia & effigies 12. Cardinalium pietate, doctrinâ, rerumque gestis maximè illustrium, anno 1598.

Viuebat sub Clemente VIII. Papa.

Philippus Gibletus, Cyprius, Collegij Romani Græcorum Alumnus, edidit

In Columnam à Paulo V. Pontifice Maximo è veteri Pacis templo in Exquilinum translatam Carmina Græca & Latina. Extant apud Abrahamum Bzouium *in Pontifice Romano.*

Floruit Romæ sub Paulo V. Rom. Pont.

Philippus Kersbeelius, Gandauensis, Flander, Ordinis Carmelitarum Theologus, scripsit

De potestate summi Pontificis librum 1.

Moritur Parisiis anno Verbi Incarnati 1486. vel 1487. sub Innocentio VIII. Pontifice Maximo: sepelitur apud Carmelitas.

Philippus Maynardus, edidit

De priuilegiis Ecclesiæ contra Venetos, vbi *de Romano Pontifice.*

Claruit sub Paulo V. Pont. Max.

Philotheus Achillinus, Gallus, Caroli V. Francorum Regis Christianissimi Consiliarius, scripsit

Somnium viridarij de iurisdictione Regia & sacerdotali. Extat *tom. 1. Monarchiæ Goldastinæ.* Prohibetur *in Indice Romano.*

Vixit anno Christi 1374. sub Gregorio XI. Papa.

Pij II. Romani Pontificis *Conclaue & Diaria* MSS. Romæ in Biblitheca Eminentiſſimi Principis Franciſci Cardinalis Barberini.

Pij III. Romani Pontificis *Conclaue & Diaria* MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Pij IV. Romani Pontificis *Conclaue, Diaria, & Breuia diuerſa,* MSS Romæ ibid.

Pij V. Romani Pontificis *Conclaue & Diaria* MSS. Romæ ibid.

Pogius Blandolinus, Florentinus, ſcripſit

De Nicolai V. Romani Pontificis laudibus orationem. incipit, *Vellem beatiſsime Pater*, &c.

De ſummi Pontificis auctoritate ac poteſtate librum.

Vixit ſub Nicolao Pont. Max.

Polycarpus de Hertoghe, Antuerpienſis, Ordinis Præmonſtratenſis, ſcripſit

Tragœdiam de vita & martyrio S. Cornelij Papæ, ex Franciſco Svvertio *in Athenis Belgicis, v. P.*

Viuebat anno à natiuitate Chriſti 1627. ſub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Pompeius Vgonius, Romanus, edidit Latinè

Orationem funebrem Vrbani VIII. Romani Pontificis. Romæ anno 1590. ex collectione Pauli Diani Typographi.

Orationem funebrem Leonis XI. Pont. Max.

Orationem ad Clementem VIII. Pont. Max. Romæ ann. 1592.

Floruit ſub Paulo V. Rom. Pont.

Pompeius Vizanus, Bononienſis, edidit

Breuem narrationem de Clementis VIII. rebus in ciuitate Bononienſi peractis, in hiſtoria Bononienſi.

Pomponius Cotta, Mediolanenſium Orator Romanus, ſcripſit

Orationem, quam habuit Romæ ad Pium IV. Pontificem Maximum, nomine Mediolanenſium.

Pontificum Maximorum 27. effigies, ad viuum typis æneis ex Rom. Prototypo expreſſæ, Philippi Galli artificio. Antuerpiæ 1572.

Pontificum Maximorum variæ creationes, lib. 2. MSS. Patauij in Bibliotheca S. Mariæ de Auentuo, *ex Bibliothecis Patauinis manuſcriptis publicis & priuatis*, Iacobi Philippi Tomaſini Epiſcopi ciuitatis nouæ.

Pontificum Romanorum historiæ MSS. Florentiæ in Bibliotheca Medicæa.

S. Prosper Aquitanicus, Episcopus Regiensis in Prouincia, scripsit
De Romanis Pontificibus, in Chronicis.
Vixit sub S. Leone Magno Papa.

Ptolomæus Lucensis, Italus, Ordinis Prædicatorum, Episcopus Torcellanus, scripsit
De Romanis Pontificibus à S. Petro vsque ad Cœlestinum V. in Chronico, quod asseruatur MS. Romæ in Bibliotheca Barberina. Prodiit Lugduni typis Iacobi Rousslin.
Floruit sub S. Cœlestino V. Pont. Max.

Pyrrhus Ligorius, Neapolitanus, Architector, scripsit
Testimonium de præclara Pauli IV. Rom. Pont. beneficentia & liberalitate. Coloniæ Vbiorum anno 1612. in 4. ex Officina Ioannis Kinkij, cum aliis qui de Paulo IV. scripserunt.
Vixit sub Paulo IV. Summo Pontifice.

Q.

QVÆSTIO in Thomam VVatsonum, Episcopum Lincolnienſem, alioſque nonnullos, *ſuper articulis quibuſdam de Bulla Papali*, quæ contra Reginam Eliſabetham recèns exierit. Extat *tom. 3. Monarchiæ* Melchioris Goldaſti Caluiniſtæ *pag. 66. & 67.*

Quintinus Kennedius, Scotus, Comitis Caſſiliæ frater, ac Crucis Regalis Abbas, ſcripſit
De Conciliorum auctoritate lib. 1.
Obiit anno ſalutis 1564. die 22. Auguſti, ſub Pio V. Romano Pontifice.

R.

S. RABANVS MAVRVS, ex Abbate 5. Fuldenſi, Ordinis S. Benedicti, Archiepiſcopus 46. Moguntinus, ſcripſit

De

De Gregorij IV.Pom.Pont.encomÿs, Epigramma, quod legitur ante opus metricum *de S. Cruce* Gregorio dicatum, cusum anno 1501.Induſtriâ Iacobi VVimphelindij.

Obiit anno Domini 856.ſub Benedicto III.Rom.Pont.

Radulphus Columna, Romanus, Canonicus Carnotenſis in Gallia, ſcripſit

Tractatum de tranſlatione Imperij. Extat *tom.* 2. *Monarchiæ* Melchioris Goldaſti Caluiniſtæ *à pag.* 88. *ad* 95.

Radulphus, vel *Rodulphus*, aliis *Rudolphus Preſlæus*, vulgò *de Preſles*, natione Gallus, Conſiliarius Regius, ac Magiſter libellorum ſupplicum Caroli V.Francorum Regis Chriſtianiſſimi, ſcripſit

Tractatum de poteſtate Pontificali & imperiali, ſeu Regia, ad Carolum V.Regem Galliarum. Extat *tom.* 1. *Monarchiæ* Melchioris Goldaſti Caluiniſtæ *à pag.* 39. *vſque ad* 58.

Floruit anno Domini 1370.ſub Vrbano V.Pont.Max.

Raynerus Zenus, Venetus, Eques S.Marci, Chriſtianiſſimæ Reipublicæ Venetæ Orator Romanus, edidit

Orationem obedientialem Romæ in aula Regum ad S. D. N. Vrbanum VIII. Pont. Max. nomine Venetorum anno 1624. *die* 19. *Decembris.*

Raphaël Venoſtas, vel *Venoſtus*, Nouocomenſis, Italus, Canonicus Congregationis Lateranenſis, Theologus, ſcripſit

De poteſtate Summi Pontificis.

Viuebat ann.Domini 1530.ſub Clemente VII.Pont.Max.

Raphaël Volaterranus, Tuſcus, edidit Latinè

Vitas Sixti IV. Innocentij VIII. Alexandri VI. & Pÿ III. Maximorum Pontificum. Venetiis anno 1518.in fol.

De Romanis Pontificibus, in Commentariis Vrbanicis.

Claruit tempore Pontificatus Leonis X.Papæ.

S.Ratbodus, Germanus, Epiſcopus 14.Vltraiectinus, ſcripſit

SS.Epiſcoporum, Martyrum, Doctorum, atque Rom.Pont. hiſtor.

Vixit anno Chriſti 917.ſub Ioanne XII.Papa: ſepultus eſt Dauentriæ cum Epitaphio.

Raymundus Peraldus, Gallicè *Peraud*, Gallus, Xantonenſis, Epiſcopus Agrigentinus, Legatus in Germania, deinde S. R. E. Presbyter Card.SS.Ioannis & Pauli, tit.Pammachij, ſcripſit

De dignitate ſacerdotali, ſuper omnes Reges terræ.

De Actis, ſeu Legationibus ſuis Lubeci & in Dacia libros.

Deceſſit Viterbij anno Chriſti 1505. Nonis Septembris, ſub Iulio II. Papa; ſepultus in Eccleſia S. Trinitatis cum Epitaphio.

Raymundus Ruffus, Gallus I C. edidit aduersùs Carolum Molinæum IC. Pariſienſem auctorem damnatum,

Summi Pontificis, Cardinalium, Epiſcoporum, totiúſque Ordinis ſacri defenſionem. Pariſiis anno 1553. apud Poncetum le Preux.

Floruit ſub Iulio III. Summo Pontifice.

Regeſta Pontificia MSS. Romæ in Bibliotheca Vaticana.

Reginaldus Polus, Anglus, regio ſanguine ortus, Archiepiſcopus 67. Cantuarienſis, Primas Angliæ & Concilij Regij Præſes, S.R.E. Diaconus Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei, deinde Presbyter Cardinalis & Legatus, ſcripſit ad Henricum VIII. Angliæ Regem.

De Summo Pontifice Chriſti Vicario in terris, eiúſque officio, ac poteſtate librum ſingularem per modum Dialogi. Louanij anno 1569. in 8. apud Ioannem Faulerum.

De Baptiſmo Conſtantini Magni Imperatoris lib. 1.

Obiit anno Chriſti 1552. 12. Kal. Decembr. aliis 1558. 16. Kal. Decembris, ſub Iulio III. Papa; ſepultus eſt in Eccleſia Cantuarienſi, in Sacello S. Thomæ dicato.

Regino, Abbas Prunienſis, ſcripſit

De Romanis Pontificibus, in Chronico.

Claruit anno Domini 908. ſub Sergio III. Romano Pontifice.

Reſponſio Doctoris Theologi *ſuper Cenſuris*, ſeu *Excommunicatione Pauli V. Papæ*, contra Rempublicam Venetam, & ſuper nullitate dictarum cenſurarum, ſeu excommunicationis. Extat *tom. 3. Monarchiæ Goldaſtinæ, à pag. 368. ad 374.*

Reuelatio Conſiliorum, quæ initio Synodi Tridentinæ, *inter Pontificem, cæteróſque Principes & ſtatus Pontificios*, contra veros & liberos orbis Chriſtiani Reges, Principes, & Ordines ſunt inita. Prohibetur *in Decreto* 16. Martij 1621.

Richardus Vaſſeburgius, Gallus, Archidiacon. Virdunenſis, edidit

Compen

Compendium vitarum Romanorum Pontificum, Cæsarum, &c. Parisiis anno 1549. apud Stephanum Giraud.

Claruit sub Paulo III. Romano Pontifice.

Richardus Victorinus, seu *de S. Victore*, natione Scotus, Canonicus Regularis S. Victoris Parisiensis, Theologus, scripsit

De potestate Petri lib. 1.

Obiit anno Domini 1173. 6. Idus Martij sub Alexand. III. Papa.

Robertus Bellarminus, Politianus, Tuscus, ex Theologo S.I. celeberrimo S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ in Via, & Archiepiscopus Capuanus, edidit

De Romano Pontifice lib. 5. tom. 1. Controuersiarum.

Obiit Romæ anno Christi 1621. die 17. Septembris, sub Gregorio XV. Papæ; sepultus est in Ecclesia Patrum S.I. Domus professionis ad cornu Euangelij maioris altaris, cum Epitaphio marmoreo à nobis collecto.

Robertus Cenalis, Gallus, Theologus Parisiensis, ex Thesauro S. Capellæ Parisiensis, Episcopus Vencensis, deinde 44. Abrincensis, edidit

De vtriusque gladij potestate. Parisiis anno 1557. apud Michaëlem Fezendat.

Obiit Parisiis anno Domini 1560. die 27. April. sub Pio IV. Papa; sepultus est apud S. Paulum cum effigie marmorea nigra cum Epitaphio.

Robertus Finynghamus, Anglus, Ordinis Minorum Theologus, scripsit

De casibus Summo Pontifici reseruatis lib. 1.

Robertus, Francorum Rex Christianissimus, composuit

Responsorium de S. Petro Apostolo, incipit, *Cornelius Centurio*, &c. quo S.R.E. vtitur.

Obiit Meloduni anno Christi 1032. die 20. Iulij, sub Ioanne XX. Rom. Pont. sepelitur postea apud S. Dionysium prope Parisios.

Robertus Grostead, vel *Grossa-testa*, vel *Capito*, Anglus, Doctor Oxonienſis, Episcopus Lincolnienſis, scripsit

De potestate pastorali lib. 1. Extat MS. Oxoniæ in Bibliotheca publica.

Positionem

Positionem coram Papa, MS. ibid.

Obiit anno post Christi natiuitatem 1253.7.Idus Octobris, sub Innocentio IV. Pontifice Maximo.

Robertus Guibé, aliàs *de Vitré*, Brito, Abbas S. Melanij Rhedonensis, postea Episcopus 115. Trecorensis,60. Rhedonensis, & 79. Nannetensis,Ludouici XII. Francorum Regis ad summum Pontificem Legatus, postremò S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Anastasiæ, scripsit

Orationem ad Innocentium VIII. Rom. Pont. habitam, cùm Franciſci vltimi Britanniæ Ducis nomine, eidem Pontifici obedientiam exhiberet.

Obiit Romæ anno Christi 1513. die 5. Idus Nouembris, sub Leone X. Rom. Pont. sepultus est in Ecclesia S. Yuonis Britonum.

Robertus Monachus, Celestinus, ac S. Petri Celestini discipulus, scripsit

De rebus gestis S. Petri Celestini V. Papæ. Extat MS. apud eruditissimum Gabrielem Naudæum.

Vixit sub S. Celestino V. Pont. Max.

Robertus Monachus, Celestinus alter, S. Petri Celestini discipulus, scripsit

De rebus gestis Celestini V. Papæ,MS. apud eundem.

Robertus Politianus, Nobilis Italus, Iulij III. Rom. Pont. ex sorore pronepos, ac S. R. E. Diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Cosmedin, scripsit

Orationem, quam habuit ad Iulium III. Propatruum, anno ætatis suæ 13.

Obiit Romæ anno post Christum natum 1559. die 16.Kalendas Februarij, sub Paulo IV. Papa; anno ætatis 17. m.4. d.11. hora 16. in ædibus Cardinalis S. Floræ; sepultus est ad S. Petrum ad Montem Aureum, ad dexteram principis Aræ partem, in sepulchro marmoreo cum Epitaphio.

Robertus Southvvellus, Anglus,scripsit

Querimoniam S. Petri, carmine.

Robertus Staffordius, Anglus, edidit

In Columnam à Paulo V. Pontifice Maximo è veteri Pacis templo in Exquilinum translatam, Carmina Latina, quæ habentur apud

apud Abrahamum Bzouium *in Pontifice Romano.*

Floruit Romæ sub Paulo V. Papa.

Robertus Titius, Burgensis, edidit Latinè

In Clementem VIII. Pont. Max. orationem & Carmen. Bononiæ apud hæredes Ioannis Rossij 1598. in 4.

Claruit sub Clemente VIII. Papa.

Rodericus Caruaial, Hispanus, Patriarcha Hierosolymitanus, edidit

Comitium electionis Hadriani VI. Rom. Pont. anno 1523.

Claruit sub Hadriano VI. Papa.

Rodericus de S. Ella, scripsit

Orationem, quam habuit ad Sixtum IV. Romanum Pontificem.

Rodericus Episcopus Nouotensis, scripsit

De potestate Papæ & Cardinalium tractatum. incipit, *Archiepiscopo*, &c. Extat M S. Patauij in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis.

Rodericus Episcopus Zamorensis, Hispanus, scripsit

De Papæ & Concilij auctoritate, seu Defensorium fidei Ecclesiasticæ. Extat M S. Patauij in Museo Benedicti Saluatici Medici.

Vixit anno Domini 1467. sub Paulo II. Pont. Max.

Rodericus Sancius de Azeculo, Hispanus, Apostolicus Referendarius, & Episcopus Ouatensis, deinde Palentinus, postremò Calagurritanus, & S. D. N. Pauli II. in Castro S. Angeli de Vrbe Præfectus, scripsit

Tractatum de appellatione à sententia Romani Pontificis non informati, ad se ipsum bene informandum. In quo disputatur quæstio pro vtraque parte, & tandem adducitur veritas, quæ pluribus testimoniis Iuris Diuini & humani roboratur: declaratur etiam, quotuplex sit superioritas, & quæ sit illa, quæ requiritur in appellatione ad Paulum II. Pont. Max. incipit, *Ad Romanos scripsit beatissimus Paulus, moderna tempora designans*, &c. Extat M S. Patauij in Bibliotheca Canonicorum Lateranensium S. Ioannis in Viridario *pluteo* 7.

Libellum de remedijs afflictæ Ecclesiæ militantis aduersùs extrinsecas Turcarum persecutiones, pressuras & angustias; & an Generalis Synodus pro hoc tempore sit expediens, ac sufficiens

remedium ad eas extirpandas. Demum ostenditur quando & quomodo, & ex quibus causis Generalia Concilia congregari debent. Rursus deducitur, Romanum Pontificem habere in terris supremam auctoritatem, foreque summum & ordinarium tribunal, ad læuanda quæuis mala & incommoda ab Ecclesia Dei, ad Bessarionem S. R. E. Cardinalem Episcopum Sabinensem & Patriarcham Constantinopolitanum. incipit, *Cunctorum sapientum illa semper verissima fuit sententia, quam ad pauca respicientes*, &c. MS. Patauij apud eosdem Canonicos.

Claruit sub Paulo II. summo Pontifice.

Rodulphus Agricola, Gruningensis, Frisius, edidit

Orationem dictam Innocentio VIII. Romano Pontifici anno Domini 1485.

Rodulphus Boterus, Gallus, in magno Franciæ Consistorio Aduocatus, edidit

Vrbani VIII. Romani Pontificis Echo, & Francisci Barberini S.R.E. Cardinalis & Principis ad Ludouicum XIII. Galliarum & Nauarræ Regem Christianissimum Pontificiam legationem. Extat *tom.* 3. *Annalium* dicti Boteri. Parisiis apud Ioannem Bessin prope Collegium Rhemense anno 1625. in 8.

Vixit sub S.D.N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Rodulphus Tracinthus, scripsit

De gestis Iulij II. Papæ.

Rogerus VVidringtonus, Anglus, edidit

Apologiam Cardinalis Bellarmini pro iure Principum, aduersùs suas ipsius rationes pro auctoritate Papali Principes sæculares in ordine ad bonum spirituale deponendi. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ prohibitæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pagin.* 688. *ad* 762.

Floruit sub Paulo V. Papa.

Romualdus, Archiepiscopus Salernitanus, scripsit

De Alexandro III. Papa, in Chronico.

Romulus Amasæus scripsit

Orationem, quam habuit in funere Pauli III. Romani Pontificis.

Vixit sub Pontificatu Iulij III. Papæ.

Rostangus, Monachus Cluniacensis, scripsit

Exceptiones

Exceptiones capitis S. Clementis Papæ & Martyris, ab Constantinopoli in Cluniacum translati, tempore Hugonis Abbatis 16. Cluniacensis tractatum, MS. Cluniaci. Extat etiam *in Bibliotheca Cluniacensi* ab Andrea Ducheſnio edita *à pagina* 1481. *ad* 1488.

De translatione capitis S. Clementis Papæ & Martyris Hymnum. ibidem.

Ruardus Tapperus, Enchuſianus, Batauus, Doctor ac Cancellarius Vniuerſitatis Louanienſis, edidit

Orationem aduersùs Philippum Melanchtonem in Apologia confeſſionis Auguſtanæ, de Iudice controuerſiarum in Eccleſia, quòd ad Romanum Pontificem quæſtiones fidei ſemper relatæ fuerunt definiendæ.

Orationem alteram de neceſſaria Eccleſiæ Chriſti vetuſtate, ac quòd vnum Petrum Chriſtus ſuæ præfecit Eccleſiæ Vicarium.

Obiit Bruxellæ anno Domini 1559. die 2. Martij, ætatis ſuæ 71. ſub Paulo IV. Romano Pontifice, corpus Louanium delatum, conditumque in Baſilica D. Petri cum Epitaphio à Franciſco Svvertio *in Athenis Belgicis* relato.

Rutilius Benzonius, Romanus, Theologus, Epiſcopus Lauretanus ac Recanatenſis, edidit

De iuriſdictione ſummi Pontificis librum.

Vixit ſub S.D. Paulo V. Pont. Opt. Max.

Rutilius Zeno, Epiſcopus S. Marci, Ferdinandi Regis Itali Orator Romanus, ſcripſit

Orationem, quam habuit Romæ ad Alexandrum VI. ſummum Pontificem, nomine dicti Ferdinandi.

S.

SACRI COLLEGII, S.R.E. Cardinalium *liber*, in quo obligationes Epiſcoporum de ſoluendis communibus ſeruitiis deſcribuntur, MS. Romæ in Vaticano.

Sacri Concilij Piſani Apologia pro Eccleſiæ Catholicæ auctoritate, contra edicta Papalia. Extat *tom.* 3. *Monarchiæ* Melchioris Goldaſti Caluiniſtæ *à pag.* 1654. *vſque ad* 1666.

Eiusdem *epistola* ad Imperatorem Sigismundum *pro auctoritate Ecclesiæ & Concilij Generalis*, ibid.

Sacri Concilij Turonensis Decreta contra plenitudinem Papalis potestatis in temporalibus, ibid. De his Conciliis consule Seuerinum Binium.

Scipio Burgheſius, Romanus, Pauli V. Papæ nepos, edidit

De Cardinalibus à S.D.N. Paulo V. creatis, & eorum, ac Episcoporum ab eo institutorum præstantia, Carmina.

Vixit sub Paulo V. Pont. Max.

Scipio Dupleix, Vasco, Consiliarius Burdegalensis, & Regius Historiographus, edidit

De rebus gestis Romanorum Pontificum, in historia Francica 5. tomis in fol. distincta.

Vixit, & forsan viuit sub Pontificatu S. D. N. Papæ Vrbani VIII.

Scriptum ad commouendum super se *misericordiam S. Petri Apostoli*. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti *vol.* 338. *num.* 17.

Sebastianus Baduarius, Eques & Senator Venetus, Orator Romanus, scripsit

Orationem habitam Romæ ad Alexandrum VI. Pont. Max. nomine Reipublicæ Venetæ.

Sebastianus Cæsar, Theologus, edidit

De Romano Pontifice, in Hierarchia Ecclesiastica.

Senatus Brauonius, Anglus, Abbas VVigorniæ Ordinis S. Benedicti, scripsit

De Pallij Pontificij ratione librum.

Obiit VVigorniæ circa annum Domini 1170. sub Alexandro III. Rom. Pont.

Seraphinus Ecclesianus, Italus, edidit

In insigne Iulij III. Romani Pontificis, Carmen. Mediolani apud Franciscum Marchesinum.

Vixit sub Iulio III. Rom. Pont.

Seraphinus Gerardus, Brixiensis, Italus, Congregationis S. Saluatoris Theologus, edidit

Ad Sixtum V. Pontificem Maximum, χαιρήριον λόγον. Romæ 1589. in 4.

Orationes, quas coram Sixto V. & Gregorio XIV. habuit.

Vixit anno Christi 1590. sub Gregorio XIV. Papa.

Seraphinus Razzius, Florentinus, Ordinis Prædicatorum, edidit

De Benedicto XI. Innocentio V. & Pio V. Romanis Pontificibus Ordinis Prædicatorum, in Chronico sui Ordinis.

Floruit anno Domini 1511. sub Paulo V. Papa.

Seuerinus Binius, Germanus, Canonicus Colonienſis, Theologus, edidit

Vitas Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Paulum V. Extant *tomis Conciliorum* Coloniæ & Parisiis 1636. typis Caroli Morelli editis.

Vixit sub Paulo V. summo Pontifice.

Sibegnius Episcopus Modrusienſis, edidit

Orationem de Croatiæ desolatione ad Leonem X. Pont. Max. Parisiis anno 1516. in 4.

Sicardus Cremonenſis, Episcopus, natione Italus, scripsit

Romanorum Pontificum historiam.

Claruit sub Pio V. Pont. Max.

Sigebertus, Gallus, Monachus Gemblacenſis, Ordinis S. Benedicti, diœceſis Namurenſis, scripsit ad Episcopum Metenſem

Contra Gregorij VII. Pont. Max. epistolam. Prohibetur *in Indice Romano.*

Contra Paschalis II. Pont. Max. epistolam. Prohibetur.

De Romanis Pontificibus, in Chronologia, quam continuauit Robertus de Monte *vsque ad annum* 1210.

Romanorum Pontificum vitas. Extant MSS. Pisauri in Bibliotheca Ducali.

Obiit Gemblaci anno salutis 1112. 3. Nonas Octobris, sub Paschali II. Papa: sepultus fuit in Cœmeterio monasterij.

Sigismundi Archiducis Austriæ, *Processus contra Papam Pium II.* Extat *tom. 2. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pagin.* 1576. *ad* 1591. Prohibetur ex Decreto *de correctione librorum*, §. 11. quod hîc affero, cùm mens nostra sit in omnibus sequi, *in hoc secundo libro*, regulas confectas per Patres à Tridentina Synodo delectos, circa auctores prohibitos. Decretum igitur tale est,

Expungendæ sunt etiam propositiones, quæ sunt contra libertatem, immunitatem & iurisdictionem Ecclesiasticam.

Sigismundi Seld Consilium pro Imperatore Ferdinando, *in causa quadam contra Pontificem agitata.* Extat MS. in Bibliotheca Imperatoris Viennæ in Austria.

S. Simeon Metaphrastes, Græcus, scripsit

SS. Petri Apostoli, Clementis I. & aliorum Romanorum Pontificum vitas.

Vixit anno Domini 850. sub Leone IV. Pont. Max.

Sixti IV. Romani Pontificis *Diaria diuersa* MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Sixti V. Romani Pontificis *Conclaue & Diaria* MSS. ibidem.

S. Sophronius, Græcus, Patriarcha Hierosolymitanus, scripsit

De laboribus, certaminibus, & peregrinationibus SS. Apostolorum Petri & Pauli fragmentum. Extat *tom. 1. Biblioth. Patrum, & tom. 2. edit. 2.* Incautè tamen sub nomine Sophronij Constantinopolitani.

Obiit anno Domini 636. sub Honorio I. Rom. Pont.

Stanislaus Minslei, Palatinus Lamicienſis, regni Poloniæ Senator Sigismundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis Orator Romanus, scripsit

Orationem habitam Romæ ad Clementem VIII. Summum Pontificem, nomine Sigismundi Regis.

Stanislaus Orichouius, Ruthenus, edidit ad Iacobum Vchanicium Cuiauiæ Episcopus

De maiestate Sedis Apostolicæ lib. 1.

De Ecclesia Christi aduersùs Martinum Lutherum Hæresiarcham.

De Notis Ecclesiæ Orationes.

Floruit sub Pio IV. Romano Pontifice.

Stanislaus Osius, vel *Hosius*, Polonus, V.I. Doctor, Episcopus Culmensis, deinde Varmiensis, postremò S.R.E. Presbyter Cardinalis, Concilij Tridentini Legatus, & Maior Pœnitentiarius, edidit

Epistolam ad Stanislaum Orechouium *de loco & auctoritate Summi Pontificis.* Præfixa verò est Orechouij *Epistola*, cui respondet. Coloniæ anno 1567. in 8.

Obiit

Obiit Capranicæ anno Christi 1579. die 5. Augusti, hora nona, ætatis suæ 70. sub Gregorio XIII. Papa: corpus postea Romam delatum, conditum fuit in Ecclesia S. Mariæ trans Tyberim, cum Epitaphio.

S. Stephani I. Papæ *Passio*, incipit, *Temporibus Valeriani & Galieni*, &c. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina *in Sanctuario signato 925. fol. 225. verso.* 4. Nonas Augusti; item *in Menologio Græcorum*, 3. Augusti, & 7. Septembris.

Stephanus Aufrerius Tolosanus IC. scripsit

De Primatu Papæ & maiestate Imperatoris.

Stephanus Binetus, Diuionensis, Burgundus, S.I. Theologus, Prouinciæ Lugdunensis Prouincialis, ac Confessor Regis Christianissimi, edidit Gallicè

Cœlestini V. & Pauli IV. Romanorum Pontificum Elogia. Extant *lib. de vitis principalium Fundatorum Ordinum Ecclesiæ.* Antuerpiæ 1634. & Parisiis 1636. edito.

Obiit Parisiis anno Domini 1639. sub Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Stephanus Bubalus de Cancellariis, Romanus, Societatis Iesu, Apost. supremæ Pœnitentiariæ Theologus, edidit

Electionem S.D.N. Vrbani VIII. Heroico carmine.

Viuebat Romæ anno Christi 1633. sub Vrbano VIII. Papa.

Stephanus, Episcopus VVintonienſis, Anglus, scripsit

Orationem de vera obedientia, in qua tractatur, *Romano Pontifici nullum esse in alias Ecclesias imperium, nullámque iurisdictionem.* Extat *tom. 1. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ. Prohibetur.

Claruit anno Christi 1536. sub Paulo III. Papa.

Stephanus Herrandus, Germanus, Episcopus Halberstatensis, scripsit aduersùs Vultramum Episcopum Niemburgensem

Defensorium Hildebrandi, seu Gregorij VII. Papæ.

Viuebat anno Christi 1107. sub Paschali II. Summo Pontifice.

Stephanus Infessura scripsit

Diaria Alexandri V. Rom. Pont. Extant MSS. in Bibliotheca Barberina, necnon in Vaticana.

Stepha

Stephanus Ioanninensis, IC. Senensis, Tuscus, scripsit
Leonis X. Romani Pontificis gesta, in Monarchia Medicea.

Stephanus Simoninus, vulgò *Simonin*, Sequanus, edidit carmine
Syluas Vrbanianas, seu gesta Vrbani VIII. Pont. Opt. Max. Antuerpiæ anno 1637. in 4. ex Officina Plantiniana Balthasaris Moreti.

Viuebat Romæ anno salutis 1640. sub Vrbano VIII. Papa.

Stephanus Tegliatius, Archiepiscopus Patracensis, scripsit
Orationem, quam habuit ad Innocentium VIII. Papam.

Stephanus Tuccius, Siculus, S.I. Theologus, edidit Latinè
Orationem funebrem Gregorij XIII. Pont. Max. Romæ anno 1588. in 8. & Duaci 1592.

Claruit sub Sixto V. Rom. Pont.

Sylvestri I. Papæ & Iudæorum *disputatio*, olim Romæ habita coram Imperatore Constantino *cum præfatione* Georgij V Vicelij. Moguntiæ ad D. Victorem excudebat Franciscus Behem anno 1554. in 4.

Sylvester Petra Sancta, Romanus, S.I. Theologus, edidit
Notas in epistolam Petri Molinæ hæretici ad Balzacum, cum responsione ad hæreses, errores & calumnias eius, ac vindicijs vrbis Romæ, & Pontificis Romani. Antuerpiæ typis Plantinianis in 8. Latinè.

Viuit Romæ hoc anno salutis 1642. sub Vrbano VIII. Pont. Max.

Sylvester Prieras, Pedemontanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, & sacri Palatij Magister, scripsit
De Romano Pontifice & Ecclesia contra Lutherum.
De Cardinalatu, in summa.

Obiit Rhedonis in Britannia Minori anno 1520. die 20. Octobris, sub Leone X. Romano Pontifice; sepultus apud Dominicanos.

Syluius Antonianus, Romanus, V.I. Doctor Ferrariensis, S. Caroli Borromæi Secretarius, supplicum libellorum Gregorij XIV. Papæ Magister, Ecclesiæ Vaticanæ Canonicus, & Abbatiæ S. Mariæ Montis viridis administrator, deinde S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Saluatoris in Lauro, scripsit
De Primatu S. Petri, Homilias plures.

De

De Successione Apostolica.

Responsionem ad Oratores Alexandrinos, nomine Clementis VIII. Papæ.

De conscribenda Pontificali historia, seu de stylo Ecclesiastico.

Obiit Romæ anno Christi 1604. die 16. Augusti, sub Clemente VIII. Papa: sepultus est in Ecclesia S. Mariæ de Vallicella cum Epitaphio.

Symphorianus Champerius, Lugdunensis, Gallus, Medicus, edidit

De summis Galliarum Pontificibus, qui tum in Italia, tum in Gallia resederunt, librum. Extat ad calcem libri, *de quadruplici vita*. Lugduni anno 1507. in fol. editi.

Viuebat anno Domini 1534. sub Paulo III. Romano Pontifice.

T.

TELESPHORVS, Eremita, scripsit

Prophetiarum librum, in quo agitur *de Romanis Pontificibus*. Extat MS. Lugduni in Bibliotheca Collegij SS. Trinitatis Patrum Societatis Iesu, vbi vidi cum figuris manu exaratis. Extare etiam dicitur Venetiis ex Arnoldo VVione, & Antonio Possevino. Noster Cassanatus *in Paradiso Carmelitici Decoris*, perperam tribuit hoc opus S. Telesphoro Papæ, vt iam annotauimus *lib.* 1. in Telesphoro.

Vixit anno Domini 1386. sub Vrbano VI. Pont. Max.

Tertullianus scripsit

De S. Petro & Simone Mago, in Apologetico *cap.* 13.

Vixit anno Domini 203. sub S. Zepherino Pontifice Romano.

Theobaldus Stampensis, Normannus, Theologus, S.R.E. Cardinalis à Nicolao IV. creatus, scripsit ad Robertum Episcopum Lincolnienſem.

Aduersùs quosdam, qui sua ætate contra Ecclesiæ claues à Christo Domino datas Petro, & eius successoribus, temere concionabantur.

Obiit anno salutis 1289. sub Nicolao IV. Rom. Pont.

Theodoricus Niemus, vel *à Niem*, Germanus, Episcopus Verdensis, scripsit

Exhortationem ad Dominum Rupertum Regem Romanorum, vt surgat à diuturno somno, quodque vt extirpetur *schisma Pontificium ab Ecclesia, & iura Imperij reformentur*, intendat. Extat *tom. 2. Monarchiæ* Melchioris Goldasti, Auctoris prohibiti, *à pag. 1381. ad 1384.*

De rebus gestis Ioannis XXIII. Rom. Pont. librum. Francofurti anno 1620. in fol.

De schismatibus, libros 3. quæ per 39. annos, videlicet ab anno 1379. vsque ad Concilium Constantiense durauerunt inter Vrbanum VI. Papam & Clementem VII. Antipapam, eorumque successores. Norimbergæ anno 1532. in fol. apud Ioannem Petreium. Prohibentur *in Indice Romano.*

Vixit sub Bonifacio IX. summo Pontifice.

Theodoricus de Vallis-color, vulgò *de Vaux-couleur*, Gallus, scripsit carmine

Vrbani IV. Romani Pontificis vitam. Extat MS. Trecis in Campania *in Archiuis* Ecclesiæ S. Vrbani, vt testantur Andreas Ducheſnius *in vita Vrbani IV.* & Petrus Frizonus *in Gallia Purpurata.*

Theodoritus scripsit

De S. Petro & Simone Mago, lib. 1. hæret. fabularum, *in Simone Mago.*

Theodorus Amydenus, scripsit

Panegyricum ad S.D.N. Vrbanum VIII. de felici eius ad suum Pontificatum assumptione. Lugduni anno 1625. in 8. apud Antonium Trauersarium.

Claruit anno Domini 1631. Romæ sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Theodorus Balsamo, Græcus, Patriarcha Antiochenus, edidit

Edictum Constantini Imperatoris de donatione, in Nomocanone legitur, sed malo dolo relatum.

Floruit anno Christi 1191. sub Celestino III. Papa.

Theodorus Graminæus, Ruræmundanus, Flander, edidit vulgari sermone

Prodromum

Prodromum Antichristi, hoc est, *Hæreticorum nostri temporis, in quo defenditur Romanus Pontifex.* Coloniæ anno 1578. in 4. apud Ludouicum Alectorium.

Exhortationem de exequenda Calendarij correctione, quam Gregorius XIII. Papa edi, promulgari, & per Italiam cæteraſque orbis Christiani partes anno 1582. obseruari mandauit. Prodiit 1583. in 4.

Vixit sub Gregorio XIII. Rom. Pont.

Theodorus Lælius, Italus, Episcopus Taruisinus, Referendarius Apostolicus, ac S.R.E. Cardinalis designatus à Paulo II. Papa anno 1464. scripsit

Gratulationem pro Pio II. Rom. Pont. ad Venetiarum Ducem. Extabat MS. in Bibliotheca Guilielmi Cardinalis Sirleti.

Orationem ad Regem Francorum pro Pio II. Rom. Pont. de defensione iustitiæ Inuestituræ Regni Siciliæ. MS. ibid.

Replica Theodori Lælij Episcopi Feltrensis, pro Pio II. Papa, & sede Romana, ad scriptum Gregorij Heimburgi, habetur *tom. 2. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag. 1595. vsque ad* 1604.

Obiit Romæ anno Christi 1464. ante adeptionem Pilei Cardinalitij, sub Paulo II. Papa; sepultus est in Ecclesia sanctæ Mariæ nouæ, vbi ad eius sepulchrum Epitaphium soluta oratione conscriptum visitur; in quo nulla de Cardinalatu ipsius extat mentio.

Theodorus Petreius, Campensis, Belga, Ordinis Carthusianorum, scripsit

Chronologiam summorum Pontificum & Imperatorum. Coloniæ apud Petrum à Brachel 1626. & 1628. in 4.

Vixit sub Paulo V. Romano Pontifice.

Theodotus, Ancyræ in Galatia Episcopus, scripsit

De Claudo à SS. Petro & Ioanne sanato in Act. 3. Homiliam.

Claruit anno Christi 430. sub S. Celestino I. Romano Pontifice.

Theologi scholastici in libros sententiarum.

Theophilus Raynaudus, Sabaudus, Societatis Iesu Presbyter, & sacræ Theologiæ Professor olim in Collegio Lugdunensi Sanctissimæ Trinitatis, scripsit opus, cui titulus est,

Corona aurea super mitram, *expressa signis sanctitatis*, *gloria honoris. Collectio illustrata titulorum selectorum*, *quibus Concilia & Patres omnium retrò Christianorum sæculorum*, *maiestatem Romani Pontificis*, *& luculentissimum Sedis Apostolicæ splendorem*, *compendio expresserunt: Reposita Poppæ Genuensi*, *qui Christi Vicarium infatui Antichristi nomine dehonestarat.* Extat MS. apud eruditissimum Auctorem, vt habeo ex eius *epistola*, ad nos Lugdunum transmissa, *die* 4. *Ianuarij*, *anno* 1643.

Viuit Auenione hoc anno Verbi Incarnati 1643. sub Pontificatu sanctissimi Domini nostri Papæ Vrbani VIII.

Theophorus scripsit

Tractatum prænotatum. *Qualis fuerit status Ecclesiæ in veteri & nouo Testamento: & qualiter Ecclesia fuerit erecta temporibus prædictis*, *& quot schismata*, *& quot intrusiones fuerunt in Ecclesia Romana: & qualiter in schismatibus præteritis fuerit actum secundùm veras Chronicas.* Extat *tom.* 2. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ, *pag.* 1424. *&* 1425. qui tribuit hunc tractatum Ioanni Gersoni.

Thomas Abbas, Dundramensis, Scotus, interfuit Concilio Constantiensi, scripsit

De schismate deponendo librum 1.

De Pontifice eligendo librum 1.

Acta Concilij Constantiensis.

Viuebat anno Domini 1439. sub Eugenio IV. Papa.

S. Thomas Aquinas, Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum, Doctor Sorbonicus Angelicus, scripsit

De Romano Pontifice, in opusculo 1. contra errores Græcorum, & libro 4. *contra Gentes cap.* 76. & in summa Theologica.

Obiit in Monasterio Fossæ-Nouæ Ordinis Cisterciensis, diœcesis Ferracinensis in Latio anno Domini 1274. die 7. Martij, corpus postea Tolosam fuit delatum, vbi magna cum veneratione colitur.

Thomas Aquinas à S. Ioseph, Claro-Monferrandus, Aruernus Carmelita Excalceatus, Theologus, scripsit

Vitas Calixti II. & Stephani X. Romanorum Pontificum, in Monarchia

Monarchia Francorum sancta, siue Fastis Regiis.

Viuit hoc anno 1642. sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Thomas Beauzamis, Parisiensis, Carmelita Mediolanensis, Doctor Sorbonicus, Prædicator Regius, ac sancti Pauli Parisiensis Curatus, postea Prior Commendatarius Villæ-Petrosæ Ordinis S. Benedicti prope Parisios, edidit Gallicè

Aduersùs hæreticos pro Papa, & alijs Ecclesiæ Prælatis librum. Parisiis apud Guilielmum Chaudiere.

Obiit Parisiis anno Domini 1589. Calendis Maij, sub Sixto V. Pontifice Maximo. Iacet apud Carmelitas Maubertinos.

Thomas Bonus, Lucensis, Italus, Presbyter, edidit Latinè

De S. Apostolo Petro orationem.

Claruit sub Clemente VIII. Pontifice Optimo Maximo.

Thomas Bozius, Eugubinus, Italus, Presbyter Congregationis Oratorij de Vrbe Theologus, edidit

De Romano Pontifice, libro de signis Ecclesiæ Romæ apud Iacobum Tornerium anno 1591. in fol.

Vixit sub Clemente VIII. Pont. Opt. Max.

Thomas Campanella, Calaber, Stylensis, Ordinis Prædicatorum, edidit *ex Syntagmate de libris proprijs*, à Cl. V. Gabriele Naudæo Parisiis 1642. edito.

De regimine Ecclesiæ, ad Pontificem, quibus modis, non obnoxiis Principum contradictionibus, ex toto mundo, Pontifex Maximus solis armis Ecclesiasticis potest efficere vnum ouile, sub vno Pastore.

Opusculum, de eligendo summo Pontifice semper Optimo. Extabat M S. apud Cardinales Burghesium & Ludouisium.

Librum de Monarchia sapientiæ æternæ in humano corpore assumpto, vbi de iuribus Pontificis, & Principum in temporalibus & spiritualibus, &c. Prodiit anno 1630.

Libellum pro Papa iuxta Canones, & Politicam optimam.

Apologeticum ad Paulum V. pro regimine Ecclesiæ.

Opusculum de titulis, ad Virginium Vrsinum, cùm præsciret velle Vrbanum VIII. titulum nouum Cardinalis asserere.

Opusculum de assistentia DD. Cardinalium in Curia, & de non residentia in Episcopatibus, nisi vbi ociantur Romæ, per Canones, Theologiam, & Politicam.

Opusculum Latinum, quòd libertas sub Papatu maior est, quàm sub quocumque alio Principatu, aut Republica. MS. apud Gabrielem Naudæum.

Commentariorum volumen super Poëmatibus Vrbani VIII. continens expositiones Grammaticas, & Philosophicas, vtilissimas sanè Poëtis, oratoribus, Physiologis, Politicis, Prædicatoribus, Theologis, Mathematicis, & mores bonos curantibus, ad scientiarum instaurationem.

Obiit Parisiis anno Christi 1639. sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Thomas Campegius, Bononiensis, Episcopus Feltrensis, scripsit

De summi Pontificis auctoritate tractatum, extat *inter tractatus iuris* Venetiis editos.

Thomas ex Capitaneis, Dominicanus, Regis Francorum Orator Romanus, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ anno salutis 1483. *ad Sixtum IV. Rom. Pont. nomine Regis Francorum*, ex Abrahamo Bzouio Dominicano *in Pontifice Romano.*

Thomas Corræa edidit

Orationem, quam habuit Romæ anno 1585. 4. *Calend. Augusti ad Sixtum V. nomine Francisci de Aßtorch Sagreuille Oratoris Magni Magistri familiæ Hospitalis S. Ioannis Baptistæ.*

Thomas Costæus, siue *à Costa*, Neapolitanus, edidit Italicè

Compendium vitarum Romanorum Pontificum cum Iconibus, à S. Petro, vsque ad Clementem VIII. Venetiis apud Bernardum Basam & Barrezzum Barrezzi anno 1592. in 8.

Vixit sub Clemente VIII. Pont. Opt. Max.

Thomas Courtnæus, Anglus, edidit

In Columnam à Paulo V. Pont. Max. è veteri Pacis templo in Exquilinum translatam, carmina. Extant apud Bzouium *in Pontifice Romano.*

Floruit sub Paulo V. Opt. Max.

Thomas Dempsterus, Scotus, IC. Baro de Muresck, Eques Auratus confutauit

Fabulam

Fabulam Ioannæ Papissæ lib.4.Hetrur.Regal.*cap.*11.

Vixit Bononiæ in Italia sub S.D.N.Vrbano VIII.Papa.

Thomas Diplouatius,seu *Diplouatarius*,Italus,scripsit

Innocentij IV.Rom.Pont.vitam.

Thomas Guichardus , Equitum Rhodiorum Orator Romanus, scripsit

Orationem habitam Romæ ad Clementem VII.Papam , nomine Rhodiorum.

Thomas Illirycus, aliis *Elysius*,Oximanus , Picens , Ordinis Minorum Theologus,scripsit

De potestate Papæ , in Clypeo Ecclesiæ , *in Indice Romano* prohibito,tamen expurgando.

De donatione Constantini facta S.Syluestro Pontifici,ibidem.

Conclusiones circa electionem Summi Pontificis.

Modum se habendi tempore schismatis.

Claruit anno Domini 1524. sub Clemente VII. Pontifice Maximo.

Thomas Netterus,vulgò *VValdensis*,à patria sic denominatus, natione Anglus,Carmelita,Doctor Theologus, Prouinciæ Angliæ Prior Prouincialis , Regum Confessarius & Orator, scripsit

De Romano Pontifice,seu *de Primatu Petri*,lib.2.Doctrinalis fidei *art.*1.*&* 3.

Obiit Rhotomagi anno Domini 1430.die 3. Nouembris, sub Martino V. Papa; sepultus est in Ecclesia Carmelitarum.

Thomas Porcacchius,natione Italus,edidit

Pij V. Romani Pontificis vitam. Extat in continuatione Panuiniana Venetiis anno 1612.in 4.edita,Italicè.

Thomas Ramon, Alcagniziacus, Ordinis Prædicatorum Theologus,edidit Latinè

De Primatu Petri. Tolosæ anno 1618.in 4. apud Raymundum Colmerium.

Viuebat tempore Pontificatus S.D.Pauli V.

Thomas Rinus,vel *Rius*,Belga,vir Senatorius,edidit

*Orationem,quam habuit Romæ ad Pium IV. Pontificem Maximum pro Legato Regis Catholici Ignatio de Mendoza.*Romæ anno 1564.

Thomas

Thomas Stapletonus, Anglus, Theologiæ Professor Louanienſis, edidit

De magnitudine Romanæ Eccleſiæ, vbi *de Romano Pontifice*, lib. 2. Antuerpiæ apud Ioannem Moretum ex Officina Plantiniana anno 1599. in 4.

Claruit ſub Clemente VIII. ſummo Pontifice.

Thomas Treterus, Poſnanienſis, Polonus, ſcripſit

Romanorum Pontificum compendiaria geſta, ex Simone Starouolſco.

Claruit tempore Pontificatus Clementis VIII.

Thomas de Vio, patriâ Caietanus, Ordinis Prædicatorum Magiſter Generalis 39. deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Sixti & Legatus, Epiſcopus Caietanus, & Archiepiſcopus Panormitanus, ſcripſit

Quæſtiones de poteſtate ſummi Pontificis, & Concilij.

De Pontificatus auctoritate & inſtitutione, M S. Florentiæ in Bibliotheca Medicæa S. Laurentij *plut. 26.*

Orationem habitam coram Alexandro VI. Romano Pontifice.

Orationes varias habitas in Sacello Pontificio & Concilio Lateranenſi.

Apologiam pro opuſculo de poteſtate Papæ.

Obiit Romæ anno ſalutis 1534. 5. Idus Septembris, ætatis ſuæ 66. ſub Clemente VII. Papæ; ſepultus eſt ad fores Eccleſiæ S. Mariæ ſupra Mineruam, cum Epitaphio.

Thomas VValſinghamus, Anglus, Monachus S. Albani, ſcripſit

De Romanis Pontificibus, in hiſtoria.

Viuebat anno Chriſti 1440. ſub Eugenio IV. Papa.

Timotheus Berardus, Ligur, Carmelita Genuenſis, Doctor Theologus, è Procuratore Generali Epiſcopus Nolanus in ditione Genuenſium à Sixto V. creatus, ſcripſit

Panegyricas declamationes de ſacra fide, & Pontifice Romano.

Obiit Genuæ anno Chriſti 1616. die 21. Aprilis, ſub Paulo V. Papa; ſepultus eſt in Eccleſia S. Annæ Carmelitarum Excalceatorum.

Titus Veſpaſianus Strozza, Orator Ducis Ferrariæ, ſcripſit

Orationem, quam habuit Romæ ad Innocentium VIII. Pontificem

ficem Maximum nomine Ducis Ferrariæ. Prodiit Parisiis anno 1577. in 16. apud Hieronymum de Marnef.

Tractatus Theologorum Venetorum *de interdicto Pauli V. Papæ* contra Rempubl. Venetam. Extat *tom. 3. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluiniſtæ.

Tractatus de Tribus de Papatu contendentibus, quem mater Ecclesia ipsis de Papatu contendentibus tanquam filiis abortiuis scripsit, & specialiter *de fuga Ioannis olim Papæ*. Extabat MS. in Bibliotheca Guilielmi Sirleti.

Tyresius Foscarus, scripsisse exploratum habeo

De donatione Constantini, ex Bibliotheca Gesneriana.

V.

VALASCVS FERDINANDVS, Orator Ioannis Regis Portugalliæ, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ ad Innocentium VIII. Rom. Pont. nomine Ioannis Regis Portugalliæ.

Valentinus Boltzius, Rubeaquensis, scripsit

Consilium Christi & Papæ.

Valentinus Lebaris, Theologus, scripsit

De Primatu Romani Pontificis. Tubingæ in 4.

Valerianus Salainius, Florentinus, Monachus, Vallis-Vmbrosæ, Abbas S. Saluij, deinde S. Praxedis de Vrbe, scripsit Italicè

Vitas Sanctorum, Romanorum Pontificum, Cardinalium, & Episcoporum Florentinorum, quas vidi MSS. Romæ in Bibliotheca S. Praxedis, cum eorum insigniis & miniaturis, in fol. beneficio Reuerendissimi P. Iacobi de Franchis Genuensis, tunc Abbatis, nunc totius Ordinis Visitatoris Generalis.

Obiit Romæ paucis ab hinc annis sub S. D. N. Vrbano VIII. Papa.

Venericus Episcopus Vercellensis, scripsit

De Sacerdotio & Regno librum, ad Gregorium VII. Romanum Pontificem.

Ventura, Vincentinus, Philosophus, ac IC. Venetus, edidit

Consilium super controuersia vertente inter Paulum V. Papam,

ac Rempublicam Venetam, occasione nonnullorum statutorum, ac cuiusdam censuræ. Extat *tom. 3. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ, *à pag. 486. ad 557.*

Floruit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

Vespasianus Grispoltus, Canonicus, Perusinus, edidit Latinè

Orationem ad S. D. N. Paulum V. Pont. Max. nomine Academicorum Eccentricorum. Prodiit apud Academicos Augustos 1605. in 4. Perusiæ.

Claruit sub Paulo V. Rom. Pont.

Vidus Faber Pibracius, Tolosanus, Regius in supremo Galliæ Senatu Patronus, deinde Præses, ac Regis Christianissimi Orator Romanus, edidit

Orationem habitam Romæ in Aula Regia ad summum Pontificem, nomine Caroli IX. Francorum Regis Christianissimi, ex relatione clarissimi ac eruditissimi Dionysij Saluagnij Boësij Protopræsidis Cameræ computorum Delphinatus.

Obiit Parisiis anno Christi 1584. sub Gregorio XIII. Pontifice Maximo.

Vincentius Bandellus, è Castro nouo, Ordinis Prædicatorum Prior Generalis 37. scripsit

De potestate Romani Pontificis.

Floruit sub Innocentio VIII. Romano Pontifice.

Vincentius Bellouacensis, natione Burgundus, Ordinis Prædicatorum, scripsit

De Romanis Pontificibus, in speculo historiali.

Claruit tempore Innocentij IV. Pontificis.

Vincentius Blasius Garcias, Valentinus, Hispanus, edidit Latinè

De felici Gregorij XIV. Pont. Pontificatu, ad Amplissimos S.R.E. Cardinales orationem apud S. Petrum habitam 5. Idus Ianuarij 1591. Romæ anno 1591. in 8. apud Vincentium Accoltum.

Vincentius Caraffa, Prior Capuæ, religionis Equitum Hierosolymitanorum Orator Romanus, edidit

Orationem, quam habuit Romæ ad Paulum V. Pontificem Optimum Maximum, nomine Equitum Hierosolymitanorum ann. 1605. die 28. Nouembris.

Vincentius Robardus, edidit Latino carmine

Gesta

Gesta Quinquennalia Sixti V. ac Illustrissimorum ac Reuerendissimorum S.R.E. Cardinalium Elogia. Romæ anno 1590. in 8. apud Paulum Bladium.

Vita S. Clementis I. Episcopi Romani & Martyris. Extat MS. Græcè Florentiæ in Bibliotheca Medicæa, Messanæ in Sicilia, Monachij in Bauaria, Scoriaci in Hispania, & Caffæ Tauricæ in Chersoneso.

Vita & Gesta Hildebrandi, seu Gregorij VII. Prohibetur *in Indice Incertorum auctorum.*

Vita & Instituta S. Patris Syluestri Episcopi Romani. Extat MS. Messanæ in Sicilia.

Vitæ Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Stephanum. Extant MSS. Florentiæ in Bibliotheca Medicæa S. Laurentij *plut.* 18. & 66.

Vitæ Romanorum Pontificum, VVitebergæ impressæ, prohibentur *in Indice Romano.*

Vitellotius Vitellius, ciuis Tifernas, Italus, V.I.D. Episcopus Tifernas, & Imolensis, Signaturæ Gratiæ Præfectus, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ in Via Lata, Galliæ Protector, ac S.R.E. Camerarius, scripsit

Pontificum, & Cardinalium historiam, quam morte sublatus pertexere non potuit.

Obiit Romæ anno Christi 1568. die 13. Kal. Decembris, ætatis suæ 37. sub Pio V. Papa; sepultus est in Ecclesia S. Mariæ in Via Lata.

Vltrenus Boltonus, Anglus, Benedictinus, scripsit

De donatione Constantini Ecclesiæ facta.

Vrbani VII. Conclaue & Diaria, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Vrbani VIII. Conclaue & Diaria, MSS. Romæ ibid.

Vrbanus Flischus, Episcopus Foroliuiensis, scripsit

De rebus gestis Lucij II. Papæ, in commentariis *ex Ciaconio.*

Vrsio Altimontensis, Belga, Abbas Ordinis S. Benedicti, scripsit

Librum *de Inuentione corporis S. Marcelli Pont. Max. & Martyris, quod ex Vrbe in Altum-Montensem translatum, ibidem tempore vastationis Hungariæ fuerat sub terra reconditum.*

Claruit anno Christi 1054. sub Victore II. Pont. Rom.

VValtramus, Episcopus Niemburgensis, scripsit

Pro defensione Henrici Imperatoris aduersùs Hildebrandum Papam, seu Gregorium VII.

VVibertus, Archidiaconus Tullensis, Leoni IX. coætaneus, scripsit

S. Leonis IX. Pontificis Maximi vitam. Prodiit Parisiis apud Sebastianum Cramoisy anno 1615. in 8. Latinè.

VVolfgangus Dellingerus, Germanus, Theologus, edidit

Orationem à se habitam publicè in Academia Viennensi *de Vnitate Ecclesiæ, & visibili eius capite in terris anno* 1579. *die* 23. *Septembris.* Ingolstadij ex Officina VVieſenhorniana anno 1580.

Claruit sub Gregorio XIII. Pontifice Optimo Maximo.

Z.

Zacharias Bouerius, Salutiensis, Ordinis Capuccinorum Theologus, edidit

De Romano Pontifice, tom. 2. Demonstrationum Symbolorum veræ & falsæ religionis aduersùs hæreticos.

Vixit sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

Zacharias Ferrerius, edidit

Orationem dictam Hadriano VI. summo Pontifici *de reformatione Ecclesiæ.*

Zacharias Lipeloo, Germanus, Ordinis Carthusianorum, edidit

SS. Romanorum Pontificum vitas, in historia Sanctorum Coloniæ apud Henricum Falkenburgium anno 1595. & apud VValtherum 1601. in 8. edita.

Floruit sub Clemente VIII. Pont. Max.

Zacharias Vartabied, Armenus, Orator Patriarchæ Armeniæ, scripsit

Orationem, quam habuit Romæ ad S.D.N. Paulum V. Pontificem Maximum, nomine Patriarchæ Armeniæ.

Claruit Romæ sub Pontificatu Pauli V. Pontificis.

Finis Auctorum, qui de Romanis Pontificibus scripserunt.

ELEN

ELENCHVS HÆRETICORVM,

Qui aduersùs Romanum Pontificem malo animo scripserunt.

A.

ABRAHAMVS HOFMANNVS, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè *Romanorum Pontificum Chronicon.* Lipsiæ anno 1612. in folio.

Acta Ducis Niuernensis, *cum summo Pontifice.* Francofurti impressa ab hæreticis, omnino prohibita sunt *in edicto* 7. Augusti 1603.

Adamus Reuterus, edidit *Libertatis Anglicanæ defensionem, seu demonstrationem, Regnum Angliæ non esse feudum Pontificis, oppositam Martino Beccano S. I.* Londini anno 1614. in 4. apud VVillelmum Happer.

Ægidius Hundius, Germanus, Lutheranus, edidit *Aduersùs Primatum & auctoritatem Romani Pontificis*, in articulo *de Ecclesia.* Item *S. Petrum non præsedisse Romanæ Ecclesia anno* 25. ibid. *pagin.* 132. *& in cap.* 16. *Matth. pag.* 1000. *in cap.* 2. *epistolæ Pauli ad Galatas, pag.* 73. *& in tractatu particulari Germanicè edito,* anno 1618. in 8.

Romanum Pontificem esse Antichristum, in articulo *de Ecclesia pag.* 166. *disput.* 35. *tom.* 1. Marpurg. *pag.* 412. de Antichristo magno *disput.* 36. ibid. *pag.* 431. de duobus Antichristis

primariis Mahomete & Pontifice Romano, eorumque fatali incremento, tyrannide,& occasu. *Comment. in 2. Thessalon. 2. pag.* 195. *&* 212. *& in* 1. *Timoth.* 4. *pag.* 136. *in* 13. *cap. ad Roman. pag.* 474. *& in* 1. *Ioan.* 2. *pag.* 89. 91. 174. *&* 195.

Albertus Gravverus, Germanus, Lutheranus, edidit

Romanum Pontificem esse Antichristum, disput. 6. *tom.* 1. *disputationum Anti-Iesuiticarum.* Ienæ anno 1614. in 4. Item

De Romano Pontifice librum.

Amandus Polonus, Caluinista, edidit

Sanctum Petrum non præsedisse Romanæ Ecclesiæ ann. 25. Syllog. thes. Theolog. *p.* 1. *pag.* 437.

Contra ementitam successionem Pontificum Romanorum in Episcopatu Romano.

Ἀνάμνησις *Iuris*, quod olim *in approbandis Pontificibus* habuerunt Imperatores, & viceuersa addita in fine constitutione Ludouici IV. Imperatoris, quâ quæ *de confirmatione Pontificia* agitant, grauissimè definiuntur. Rostochij apud Ioannem Hallerford anno 1614. in 8.

Andreas Helvvigius, Germanus, Lutheranus, edidit *librum*, cuius titulus est,

Antichristus Romanus, in proprio suo nomine numerum illum Apocalypticum 666. continente, proditus VVitembergæ anno 1612. in 4.

Andreas Keßlerus, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

Bellum religiosum Iesu Christi, & Papæ Romani, lib. 2. typis Friderici Gruneri anno 1632. in 8.

Andreas Mergiletus, Germanus, Lutheranus, edidit

Papam hominem peccati, filium perditionis, & aduersarium, adeoque Antichristum demonstratum è Bibliorum sacræ Scripturæ singulis capitulis. Lipsiæ anno 1607. in 8.

Andreas Osiander, Germanus, Lutheranus, edidit opus prænotatum.

Papa non Papa, hoc est, *Papæ & Papiculum de præcipuis Christianæ Religionis partibus, Lutherana confessio, ex Iure canonico, & aliquot auctoribus Pontificys, in Enchiridij formam collecta.* Tubingæ anno 1600. & 1606.

Andreas Riuetus, Pictauus, Gallus, Caluinista, edidit

Notas

Notas & considerationes supra responsionem fratris Nicolai Coëffeteau ad librum Philippi Mornæi intitulatum, Mysterium iniquitatis, hoc est, *historia Papatus*. Parisiis apud Abrahamum Picard anno 1615. Gallicè.

Andreas Villetus, Germanus, Lutheranus, edidit

Papam purum putum Antichristum, siue decimam quæstionem de Antichristo. Francofurti anno 1619. in 8.

Angelus Panaretus & Matthæus κοιέστορος, scripserunt

Sermones contra Primatum & Monarchiam Papæ, ad omnes Ecclesias, secundùm Apostolum Petrum.

Anonymus edidit

De legibus & sacrificijs Papæ.

Anonymus edidit

Narrationem verissimam eorum, quæ contigerunt in Disputatione publicè proposita Parisijs de absoluta Papæ potestate anno 1602. Extat *tom.* 1. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ *à pag.* 755. *vsque ad finem tomi.*

Anonymus edidit

Romanorum Pontificum aliquot exempla, cum Ethnicorum Principum gestis comparata. Prodiit anno 1578. in 8.

Anonymus, Anglus, edidit librum, cuius titulus est.

Illustrissimi & Potentissimi Senatus, populique Angliæ sententia de eo consilio, *quòd Paulus Episcopus Romanus*, &c.

Anonymus, Gallus, edidit Gallicè

De Antichristo Romano, in 16.

Antonius Sadeel, Gallus, nascitur anno 1521. ex illustri, & antiqua Baronum Chandæorum familia, Chabotis domo materna, & Matisconensis agri Castello in confinio Galliæ & Sabaudiæ sito, sectæ Caluinianæ sectator, edidit

Aduersùs Romanum Pontificem, in operibus Theologicis.

Moritur Geneuæ in hæresi, febre hecticâ anno 1591. die 23. Februarij, stylo veteri circa meridiem ætatis suæ 57. ex Abrahamo Bucholcero *in Indice Chronologico.*

Arnoldus Cheffireus, Germanus, Lutheranus, edidit

De Antichristo, & defectione Romanæ Ecclesiæ. VVitembergæ anno 1582. in 8.

Articulus Alsmacaldus, Germanus, Lutheranus, edidit

De

De primatu & potestate Papæ librum.

Assuerus Blume, Germanus, Lutheranus, edidit

Reuelationem totius Babylonis Romanæ. Geræ anno 1607. in fol.

B.

Balthasar Gualterus, Germanus, Lutheranus, edidit

Problemata Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Græca, controuersias de Papæ Romani primatu, vt & de Antichristo concernentia. Ienæ anno 1612. in 4.

Balthasar Mentzerus, Germanus, Lutheranus, edidit

Disputationes 14. *contra Pistorium th.* 34. *& seqq. collationem doctrinæ Christi & Papæ.* Marpurgi anno 1614. in 8.

Bartholomæus Battus, Germanus, Lutheranus, edidit

De Antichristo disputationem. Griphsvvald anno 1618. in 4.

Benjamin Stares, Spiegel, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

De Antichristo. VVittembergæ anno 1605. in 8.

Brutum, Fulmen *Papæ Sixti V.* vide *Franciscum Hottomannum.*

Burchardus Harbartus, Germanus, Lutheranus, edidit

Theses de 3. *&* 4. *Smalcald. confessionis articulis, de Papa, eiúsque, quem sibi tribuit, primatu.* Lipsiæ anno 1609. in 4.

C.

Cælius secundus, Curio, Germanus, auctor damnatus primæ classis, edidit

Pro vera & antiqua Ecclesiæ Christi auctoritate in Antonium Florebellum Mutinensem, Orationem. Typis Ioannis Oporini anno 1546.

Capita fidei Christianæ, *contra Papam, & portas inferorum.*

Carolus Molinæus, Parisiensis I C. Regis & Reginæ Nauarræ à supplicibus libellis ordinarius Magister, & Principum Germaniæ Consiliarius, auctor primæ classis, edidit

Aduersùs Romani Pontificis potestatem, in Monarchia Francica

cica à Melchiore Goldasto Caluinista, edita *tom. 3. Monarchiæ.* Eius opera non possunt legi sine peculiari licentia Summi Pontificis, vt patet *ex Bulla* Clementis VIII. Papæ.

Obiit Parisiis anno Christi 1566. & more maiorum sepultus, *ex lib. 2. Elogiorum* Scæuolæ Sammarthani.

Catalogus Papæ & Moysis, ex Indice *librorum prohibitorum*, incertorum auctorum.

Causæ, quare Synodum indictam *à Romano Pontifice Paulo III.* recusarint Principes, Status, & ciuitates Imperij, profitentes puram & Catholicam doctrinam.

Chesitæus, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

De Antichristo aduersùs Romanum Pontificem, Tractatum. VVittembergæ in 8.

Christi & Papæ Antithesis, auctor huius libri est hæreticus.

Christophorus Binderus, Germanus, Lutheranus, edidit

Aduersùs Romanum Pontificem, in Theologia Scholastica anno 1614. Francofurti apud Bernerum in 4. edita.

Christophorus Iungenius, Academiæ Heidelbergensis Professor, Germanus, Lutheranus, edidit

Parallelam Apocalypticam sententiarum, quibus ex conflictu & collisione præcipuarum inter Christianos opinionum de Antichristo, Pontificio & Dauidico, veritas, quâ pote, vel elicitur, vel saltem elicienda proponitur. Francofurti anno 1618. in 8.

Christophorus Pelargus, Germanus, Lutheranus, edidit

Pontificis Romani, regnique Pontificij confutationem disput. 10. decad. 2. Francofurti anno 1593. in 4.

Claudius Salmasius, vulgò *Sommaise*, natione Burgundus, patriâ Diuionensis, Caluinista, scribit

Aduersùs primatum S. Petri librum. Audio nunc esse sub prælo Amstelodami.

Viuit hoc anno 1642. Diuione, dum hæc scribimus.

Commentarius in responsionem synodalem datam Basileæ Oratoribus D. Eugenij Papæ IV.

Comparatio Euangelij, Papæ, & Christi, Gallicè edita.

Conradus Glasseria, Germanus, Caluinista, edidit

Historiam Antichristi illius magni, explicatam decem exercitationibus in alteram partem cap. 11. prophetiæ Danielis, quæ de-

cem posterioribus versibus capitis continetur. Lugduni Batauorum anno 1608.in 8.

Conradus Ruhelius, Germanus, Lutheranus, edidit

Libros dogmatum & argumentorum præcipuorum, quæ Iesuitæ obtendunt de & pro Papa. V Vittembergę anno 1604.in 4.apud Zachariam Schurer.

Conradus Vorshius, Caluinista, edidit

Romani Pontificis, regniq; Pontificij confutationem, in Anti-Bellarmino *pag.* 17.57.80.&c.

D.

Daniel Arcularius, Germanus, Lutheranus, edidit

Aduersùs Romani Pontificis potestatem, disputationem 45.*tom.* 1.Marp.

Daniel Cramerus, vel *Chamierus*, Caluinista, edidit

De OEcumenico Pontifice disputationem libris 5. distinctam. Geneuæ anno 1600.apud Iacobum Choüet in 8.

Antiquiarum, vel reuelationem Antichristi. Francofurti in 4.

Daniel Tilenus, Silesius, Caluinista, edidit

Notas in Bellarminum de Summo Pontifice. Geneuæ anno 1619.in 4.

Antichristum, disputationem bipartitam, 1. Papam Romanum reuerè magnum illum, & propriè dictum Antichristum esse in sacris litteris prædictum. 2. Antichristum Pontificiorum & Iesuitarum fictitium, & ementitum monstrum esse aduersùs Robertum Bellarminum, auctore Thoma Brigtmanno coniunctim editam. Ambergæ anno 1611.in 8.

Speculum Antichristi. Rostochij anno 1605.in 8.

Dauid Blondellus, Catalaunensis, Campanus, Caluinista, edidit opus, cui titulus est,

Pseudo-Isidorus & Turrianus vapulantes, seu editio & censura noua Epistolarum omnium, quas pijssimis vrbis Romæ Præsulibus à B.Clemente ad Siricium,&c.nefando ausu, infelici euentu, Isidorus cognomento Mercator supposuit, Franciscus Turrianus Iesuita aduersùs Magdeburgenses centurias aculeato stylo defendere conatus est. Recensuit, Notis illustrauit, bono Ecclesiæ dicauit Dauid

uid Blondellus Catalaunenſis. Geneuæ ex Typographia Petri Choüet anno 1628.in 4.Latinè.

Dauid Chytræus,Germanus,Lutheranus,edidit

Anthitheſin doctrinæ Chriſti & Papæ, in 9.cap. Apocalypſ. *pag.*200.

De Antichriſto,in 13.cap.Apocal.*pag.*283.in 8.

Dauid Maierus,Germanus,Lutheranus,edidit Latinè

Tranſennam Theologicam & hiſtoricam de Papatu Romanenſi per Ethniciſmum imprægnato refermentatóque: porrò de Papiſtarum Deo,qui eſt reuera Papa Romanus. Francofurti anno 1634. in 4.apud Ioannem Fredericum VVeiſium.

Dauid Pareus,Germanus,Caluiniſta,edidit

Propoſitiones de poteſtate Eccleſiaſtica & ciuili,explicatas, & aſſertas à Philippo Pareo Dauidis filio. anno 1633.

Dauid Rungius,Germanus,Lutheranus,edidit

De primatu Eccleſiæ Romanæ diſput.18. ex Epiſt.ad Rom.

De tyrannide Romani Pontificis diſp.9. ex poſt .Epiſt. ad Corinth.*part.*3.

Contra primatum Papæ diſp.14.ibid.*part.*3.

Didymus Fauentinus,Lutheranus,ſcripſit pro Martino Luthero.

De Romani Pontificis Monarchia, Orationem anno 1521. editam.

Domites Menapius, Germanus,Lutheranus,edidit

Aduersùs primatum Romani Pontificis,in Enchiridio controuerſiarum inter Euangelicos & Pontificios *pag.*385.

Donatus Gotvviſus, Triuonenſis, Germanus, Lutheranus, edidit

Iuramentum Pij Papæ IV. continens capita Pontificiæ religionis cum confutatione 1573.in 8.

E.

Elias Reuſnerus, Leorinus, Germanus, Lutheranus, edidit

*Tertiam è ſeptem illuſtrium quæſt.hiſtoricarum pag.*39. *Vtrùm S.Petrus Apoſtolus Romæ Epiſcopatum egerit.* Ienæ anno 1609. in 4.

De Romanis Pontificibus, in Isagoge historica *lib.1. pag.71. & seqq.*

Ericius Tiletanus, Germanus, Lutheranus, scripsit opus, cuius titulus est,

Papa Romanus pharizans, cum pseudo-chymicis, ex fraude & dolo conferruminatis adfabrè comparatus, iteratò editus, cui subiecta sunt testimonia aliquot veterum & recentium Theologorum, Historicorum, Politicorum, de interitu & ruina monachatus Papalis. Lipsiæ anno 1617. in 4.

Esaias Suberschiagius, Germanus, Lutheranus, edidit

Aduersùs Romanum Pontificem, in Commentario de Antichristo. V Vittembergæ anno 1597. in 8. edito.

F.

F*Rancisçus Godvvinus*, Anglus, Pseudopontifex Landauensis, & Sacellanus Regius, Caluinista, edidit Latinè

De Romanis Pontificibus & Cardinalibus Anglis. Londini 1614. in 4.

Dele omnia quæ dixi de eo *pag.* 311. quia hæreticus est, ideo expungendus inter Catholicos.

Franciscus Gomarus, Germanus, Lutheranus, edidit

Defensorem pacis, siue aduersùs vsurpatam Romani Pontificis iurisdictionem. Francofurti anno 1592. in 8.

Franciscus Hotomanus, Parisiensis IC. Caluinista, edidit

Fulmen Brutum Papæ Sixti V. aduersùs Henricum Franciæ & Nauarræ Regem. Extat *tom.3. Monarchiæ Imperialis* Melchioris Goldasti.

Franciscus Iunius, Bituriæ, Gallus IC. Caluinista, edidit

Animaduersiones ad controuersiam 3. & 4. Christianæ fidei de Summo Pontifice, quam Robertus Bellarminus disputationum suarum libris exarauit, aduersùs huius temporis Hæreticos. Heidelbergæ anno 1600. in 8. apud Commelinum.

Obiit anno salutis 1602. die 13. Octobris, ætatis suæ 57.

Frangidelphus Escoche, edidit Gallicè

Descriptionem regni Pontificij in tabula descriptam, cum libro declaratorio. Prodiit anno 1566. in fol. & in 4.

Fride

Fridericus Balduinus, Germanus, Dresdensis, Lutheranus, edidit

De primatu & potestate Papæ disput. 10. ex art. Sumalcald.

Diatribem theologicam de Antichristo, in qua Papicolarum fabulæ de Antopico Antichristo, ex immotis Scripturarum diuinarum oraculis, & subsecuto infallibili temporum euentu, refutantur; oppositæ epistolæ Gasparis Scioppij Apostatæ. VVittebergiæ anno 1607. & 1615. in 8. apud P. Helvvig.

G.

Gabriel Bouelus, aliis *Paulus Britannus*, Caluinista, edidit *Disputationum Theologicarum, & Scholasticarum de Antichristo, & eius Ecclesia* libros 2. Hanouiæ anno 1605. in 8. & Lugduni Batauorum 1606. apud Vœgelinum in 12.

Georgius Bachmannus, Germanus, Lutheranus, edidit

Aduersùs primatum Romani Pontificis. Exercitat. Theolog. *cent. 1. quæst. 6. & 15.*

Petrum non præsedisse Romanæ Ecclesiæ. Ibid. *cent. 1. quæst. 87.*

Sitne Papa Concilio subiectus. Ibid. *cent. 3. quæst. 1.*

Sitne Papa Antichristus. Ibid. *cent. 3. quæst. 2.*

Georgius Beatus, Germanus, Lutheranus, edidit

Romanorum Pontificum Chronicon. Prodiit Francofurti anno 1604. in 8.

Georgius Doumanus, Germanus, Lutheranus, edidit opus prænotatum,

Papa Antichristus, siue Diatriba de Antichristo, cuius duæ partes, prior κατασκευὴ, quâ orthodoxa Regis Iacobi de Antichristo sententia demonstratur. Posterior ἀνασκευὴ, quâ Leonardi Lessij 16. demonstrationes monitoriæ Regis præfationi oppositæ, refutantur. Londini anno 1620. in 4.

Georgius VVintermonat, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

Historiam Ecclesiasticam Romanam, siue Romanorum Pontificum Chronicon. Lipsiæ anno 1614. in fol.

Georgius Nigrius, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

De Antichristo Tractatus 2. anno 1586. in 4. & 1589. in fol.

Georgius Sohnius, Germanus, Lutheranus, edidit

Disputationem, quòd Papa Romanus sit Antichristus ille, de quo Prophetæ & Apostoli prædixerunt. Heidelbergæ anno 1588. in 4.

Georgius Zeæmannus, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

De Antichristo. Augustæ Vindelicorum anno 1618. in 4.

Gothardus Arthusius, Germanus, Lutheranus, edidit

De rebus in regno Antichristi adhæc vsque tempora maximè memorabilibus, tom. 1. 2. & 3. Francofurti in 8.

Gouynus, Gallus, Caluinista, edidit Gallicè

Aduersùs potestatem Romani Pontificis, in 8.

Guilielmus VVitakerus, Germanus, Caluinista, edidit

Prælectiones in controuersiam de Romano Pontifice, aduersùs Pontificios, imprimis Robertum Bellarminum. Hanouiæ anno 1608. in 8.

H.

Hadrianus Damantius, Lymbergius, Gandauensis, Caluinista, edidit librum inscriptum,

Imperij ac Sacerdotij ornatus, diuersarum item gentium peculiaris vestitus, cum Commentariolo Cæsarum, Pontificum, ac Sacerdotum.

Henricus Bullingerus, Bremgartensis, Heluetius, Lutheranus, edidit

Contra Bullam Papisticam anno 1569. contra Angliæ Reginam Elizabetham, & contra eius regnum promulgatam, orthodoxæque Reginæ, & vniuersi regni Angliæ defensionem. Londini anno 1571. in 4.

De rebus gestis S. Petri Apostoli, in sua Chronologia Apostolorum.

Obiit Tiguri anno 1575. die 17. Septembris.

Henricus Butingius, Germanus, Lutheranus, edidit

S. Petrum non præsedisse Romanæ Ecclesiæ, in Itinerario S. Scripturæ *part. 2. pag. 46.*

Henricus Eckardus, Germanus, Lutheranus, edidit

S. Petrum

S. Petrum non præsedisse Romanæ Ecclesiæ, in opusculo Theologico de ordine Ecclesiastico & Politico *pag.* 72.

An Pontifex Romanus sit Dominus Ecclesiæ, ibid. *pag.* 55.

An idem verè sit, & dicatur Episcopus, ibid. *pag.* 71.

An idem sit successor Diui Petri, ibid. *pag.* 72. Lipsiæ anno 1612. in 8.

Papapharizans historicè, logicè, & philosophicè. Ienæ anno 1604. in 8. apud Brinstelium.

Henricus Pantaleo, Basiliensis, professione Medicus, edidit

Chronographiam Ecclesiæ Christi, in qua Patrum & Doctorum præcipuorum ordo per Impp. Principes, Concilia, Pontifices Romanos à Christi natiuitate vsque ad annum 1568. *ostenditur.* Basileæ apud hæredes Nicolai Brilingeri anno 1568. in folio.

Hermannus Fabronius, Germanus, Lutheranus, edidit

De Antichristo, in historia *pag.* 102.

Hermannus Rennecherus, Germanus, Lutheranus, edidit

Descriptionem Romani Pontificis Antichristi, & veram eius declarationem. Herbornæ, & Lichæ, anno 1589. in 8.

Hieronymus Valentinus de Cantoral, Caluinista, edidit

Versionem trilinguem, Italicam, Gallicam, & Hispanicam, historicorum tractatuum, qui aduersùs tyrannidem Episcopi Romani in tomis operum Lutheri extant, &c. Ienæ anno 1595. in 4.

Huldricus Huttenus, siue *de Vtten*, Germanus, Lutheranus, edidit

Epigrammata varia in Iulij II. Papæ tempora, Satyram. Francofurti anno 1538.

Orationem ad Christum pro Iulio II. Ligure Pontifice.

Præfationem ad declarationem Laurentij Vallæ contra donationem Constantini. Coloniæ cum Concilij Basilienſis descriptione anno 1535.

Huldricus Zuinglius, Toggius, vel Tugiensis, Heluetius, Hæresiarcha, articulum edidit tom. 1. operum, quem prænotauit,

Potestas, quam sibi Papa & Episcopi, cæterique quos spirituales vocant, arrogant, & fastus quo turgent, ex sacris litteris, & doctrina Christi firmamentum non habet. Item

Suggestio deliberandi super propositione Hadriani Pontificis Maximi Nerobergæ facta ad Principes Germaniæ.

Iacobus

I.

Iacobus VI. Angliæ & Scotiæ Rex, edidit
Commentationem de Antichristo. Lipsiæ anno 1604. in 4. Hanouiæ 1608. in 8. Londini & alibi.

Iacobus Herbrandus, Germanus, Lutheranus, edidit
Disputationem de Primatu Romani Pontificis. Tubingæ anno 1575. in 4.
Apologiam duarum disputationum de Antichristo, & refutationem responsionis Michaëlis Hageni ad posteriorem de Antichristo disputationem. Tubingæ anno 1583. in 4.
De verbis Christi, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Tubingæ anno 1589. in 4.
Alteram disputationem de Antichristo contra Michaëlem Hagenum. Tubingæ anno 1582. in 4.
Orationem de septem eius nominis Clementibus Rom. Pont. habitam. Tubingæ anno 1580. in 4.
De remotione eorum, quæ Pontifici Romano non competunt. Tubingæ.

Iacobus Reneccius, Germanus, Lutheranus, edidit
S. Petrum non præsedisse Romanæ Ecclesiæ, seu veræ Ecclesiæ inuentionem, cap. 5. pag. 148. Idem *cap.* 8. trium problematum problem. 1. *pag.* 255.
Disputationem de Antichristo, tom. 4. Panopliæ cap. 10.

Ianus Serræus, vulgò *de Serres*, Gallus, Caluinista, edidit
Aduersùs Romanos Pontifices, in Inuentario generali historiæ Franciæ Geneuæ anno 1615. edito.

Ioannes Auene, Rubeaquensis, Germanus, Lutheranus, edidit, seu è Gallica lingua vertit,
Librum cuiusdam anonymi, de repugnantia doctrinæ Christi, ac Romani Pontificis inscriptum; in quo demonstratur per antithesin, Pontificum doctrinam & vitam, non tantùm sacrosancto Christi Euangelio non consentaneam, sed extra Dei verbum ab hominibus traditam, atque conuinctam esse. Prostat anno 1546.

Ioannes Balæus, Anglus, Ordinis Carmelitarum Apostata, edidit
Romano

Romanorum Pontificum acta, ex maiore Catalogo Anglicorum Scriptorum desumpta, & in tres classes, lib. 7. diuisa. Francofurti anno 1567. in 8. postea Amstelodami 1615. in 8. *cum continuatione* Ioannis Martini Lidij.

Ioannes Bekinsæus, Anglus, edidit ad Henricum VIII. Regem

De supremo & absoluto Regis imperio, aduersùs Romanum Pontificem. Londini anno 1546. *& tom. 1. Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ.

Ioannes Brentius, Germanus, Lutheranus, edidit

Aduersùs Romanum Pontificem, tom. 8. pag. 28. 134. *&* 756. Tubingæ anno 1590. in fol.

Ioannes Caluinus, natione Picardus, patriâ Nouiomensis, Hæresiarcha, natus publico Christianæ Reipublicæ damno, anno 1509. die 10. Iulij, edidit

Aduersùs Romanum Pontificem, & eius auctoritatem, lib. 4. Institutorum cap. 6. sect. 1. & seqq. & cap. 7. sect. 1.

Moritur Geneuæ miserè anno 1564. die 27. Martij, ætatis suæ 54.

Ioannes Crispinus, Caluinista, edidit

De Romanis Pontificibus, libro de statu Ecclesiæ anno 1582. apud Ioannem Bauentium in 8. Gallicè edito.

Ioannes Deucerus, Lutheranus, edidit

De Antichristo Romano, in Thesauro Theologico *cap. 3. lib. 1. loc. 29. pag.* 173.

Ioannes Dolingius, Germanus, Lutheranus, edidit Latinè

De finali Antichristi interitu libros 4. vbi *aduersùs Romanum Pontificem*, impiè, (sicut cæteri hæretici,) scripsit. Rostochij anno 1633. in 4. apud Ioannem Halleruordium.

Ioannes Forsterus, Germanus, Lutheranus, edidit

Disput. 10. Systemat. Problemat. Theolog. cap. 2. th. 48. *de Monarcha, vel capite Ecclesiæ Catholicæ in hisce terris militantis; an Monarchia Ecclesiæ constituta sit in Petro, eiusque successoribus falsò sic dictis Pontificibus Romanis.* VVittebergæ anno 1610. in 4.

Ioannes Frenkelius, Germanus, Lutheranus, edidit

Romanorum Pontificum historiam. Vrsellis anno 1600. in folio.

Ioannes Funkius, Germanus, Lutheranus, edidit

S. Petrum non præsedisse Romanæ Ecclesiæ, anno 25. in sua Chronologica G.3. b.G.4.b.

Ioannes Garcæus, Germanus, Lutheranus, edidit

Collationem summi Pontificis veteris & noui Testamenti. Lipsiæ anno 1574. & 1585. in 8.

Ioannes Georgius Brunnerus, Germanus, Lutheranus, edidit

Orationem de causis corrupti Papatus, & in specie nullitate, & vanitate Petrini Episcopatus, contra modernos Papicolas, imprimis Bellarmini Cardinalis Φλυαρίας. Francofurti anno 1614. in 4.

Ioannes Gerhardus, Germanus, Lutheranus, edidit

De Romano Pontifice & Antichristo contra Robertum Cardinalem Bellarminum disp.6. & 7. Ienæ anno 1620. in 8.

Ioannes Hugonis, Sletstadiensis, Germanus, edidit

De potestate Papæ librum. Argentinæ ann. 1504. apud Ioannem Gruner.

Ioannes Hussus, Bohemus, in Academia Pragensi Theologus, Hæresiarcha, scripsit

Aduersùs potestatem Romani Pontificis.

[Crematus est viuus ob hæresim Constantiæ ex decreto Concilij anno 1415. die 6. Iulij.

Ioannes Iacobus Grynæus, Caluinista, edidit

Censuram Theologicam de prima Antichristianorum origine, & præcipuis capitibus, cum eorundem refutatione, ad disputandum, propositam. Heidelbergæ anno 1584. in 4.

Ioannes Martinus Lydius, natione Batauus, Caluinista, edidit

Continuationem historiæ Romanorum Pontificum Ioannis Balæi, quæ prodiit Amstelodami anno 1615. in 8.

Ioannes Prætorius, Germanus, Lutheranus, edidit

De Antichristo. Francofurti anno 1592. in 4. Germanicè

Ioannes Pseudo-Episcopus Roffensis, Anglus, Caluinista, cuius nomen est *Montacutius*, ni fallor edidit

De potestate Papæ in rebus temporalibus, siue in Regibus disponendis vsurpata aduersùs Robertum Bellarminum libros 2. Londini anno 1614.

Ioannes Rosa, Germanus, Lutheranus, edidit

Synopsin

Synopsin regni Pontificis. Erphordiæ anno 1579. in 8.

Ioannes Schroderus, Germanus, Lutheranus, edidit

Catecheticam aduersùs Romanum Pontificem, pagina 260. Svvinfurti anno 1606. in 12.

Ioannes Sleidanus, Belga, edidit Germanicè

De Romanis Pontificibus, 1567. in 4.

Obiit Argentinæ ex epidemico morbo anno 1556. ætatis 50.

Ioannes VVigandus, Germanus, Lutheranus, edidit

Synopsin Antichristi Romani, spiritu oris Christi reuelati. Vrsellis anno 1567. in 4.

Ioannes VVilsonus, Anglus, Caluinista, edidit

Quæstionem bipartitam in Georgium Blacuellum, Angliæ Archipresbyterum à Clemente VIII. Papa designatum, de potestate Romani Pontificis. Extat *tom.* 3. Monarchiæ Melchioris Goldasti *à pag.* 567. *ad* 610.

Ioannes VVinckelmannus, Germanus, Lutheranus, edidit

Theses Theologicas. *An Christus vnum hominem Ecclesiæ vniuersalem Episcopum præesse voluerit.* Marpurgi anno 1598. in 4.

Israël Murschelius, Germanus, Lutheranus, edidit

Fatorum Romæ Papalis Apocalypsin. Argentinæ apud Gasparem Bietzelium anno 1633. in 4.

Ius ab Imperatoribus olim in approbandis confirmandisque Pontificibus Romanis vsurpatum, & vice versa de assumpta Pontificum Romanorum in ipsos Cæsares & Imperatores confirmationis, & reprobationis auctoritate. Stetini anno 1634. in 8.

L.

Lambertus Danæus, natione Gallus, patriâ Auenionensis, Ordinis Minorum Apostata, Lutheranus, edidit

Tractatum de Antichristo, in quo Antichristiani regni locus, tempus, forma, ministri, fulcimenta, progressio, interitus, & exitium, ex verbo Dei describitur: explicatis simul aliquot difficilibus & obscuris locis Danielis & Apocalypsis. Additis quoque ad

finem scriptis quibusdam vetustissimorum Episcoporum, Monachorum & aliorum contra eiusdem tyrannidem. Genevæ anno 1576. in 8.

Leonellus Scharpus, Lutheranus, edidit

Speculum Papæ, id est, *viuam & expressam Antichristi effigiem*. Etonæ anno 1612.

Leonhardus Culmannus, Germanus, Lutheranus, edidit

De Antichristo loc. commun. Theolog. *pag.* 394. Francofurti anno 1561. in 8.

Leonhardus Hutterus, Germanus, Lutheranus, edidit

Disputationem super abominatione Pontificis, in Tractatu *de Ecclesia*. VVittebergæ anno 1599. in 4.

Disputationem de substantiatione & præceptionibus Pontificijs, contra Cardinalem Bellarminum. VVittebergæ anno 1599. in 4.

Triumphum de regno Pontificio, Tractatum Scholastico-theologicum. VVittebergæ anno 1607. apud Zachariam Schuretum.

Historicam dissertationem de iniustissimo Pontificis Romani in Ecclesia Dei dominatu. VVittebergæ anno 1609. in 4. apud Paulum Heluigium.

Aduersùs primatum Romani Pontificis loc. Theolog. loc. 16. pag. 568. & seqq. in fol.

Leonhardus Marius, Colonienſis, Germanus, edidit

Succinctam examinationem assertionis, in qua Pontificis Romani vsurpatum in Ecclesia dominatum, totamq; Synagogæ Romanæ Hierarchiam, sub vocabulo Primatus, aduersùs Marcum Antonium de Dominis defendendum suscipit. Londini anno 1618.

Leonhardus VVarmundus, Germanus, Lutheranus, edidit

Admonitionem in Anathematismum, quo Gregorius XII. PP. Rom. Gebhardum Truchsesium Archiepiscopum Colonienſem Electorem Imperij Romani damnauit. Lugduni Batauorum anno 1583. in 4.

Lucas Osiander, Germanus, Lutheranus, edidit

Aduersùs Romani Pontificis primatum & auctoritatem, in Enchiridio controuersiarum cum Pontificiis *cap.* 8. *p.* 50. & 531. *quæst.* 3. *p.* 60. & *quæst.* 5. *p.* 60.

Romano

Romanorum Pontificum vitas. anno 1591. in fol.

Ludouicus Capellus, Gallus, Caluinista, edidit Latinè

De S. Petro Apostolo, in historia Apostolica, &c. Geneuæ anno 1634. in 4. apud Ioannem de Tournes, & Iacobum de la Pierre.

M.

Marcus Beumlerus, Caluinista, edidit

Antichristum Romanum, hoc est, *Vindicationem disputationis Georgij Sohnij, contra Ioannis Aquipontani sacerdotis Papistici cauillationes, & sophismata.* Herbornæ anno 1590. & 1599. in 4.

Marcus Vulsonius, vulgò *de Vulson*, Gallus, Consiliarius Gratianopolitanus, Caluinista, edidit Gallicè

De auctoritate Summi Pontificis, & libertatibus Ecclesiæ Gallinæ libros 6. falsis citationibus (vt est mos hæreticorum) plenos. Geneuæ anno 1635. in 4. apud Ioannem de Tournes, & Iacobum de la Pierre.

Obiit Gratianopoli anno 1640. sepultus est in sua cella vinaria.

Martinus Lutherus, Germanus, Islebius, Ordinis Augustinianorum Apostata, Hęresiarcha, V Vittebergensis Minister, edidit

Aduersùs Romanum Pontificem, eiusq; primatum & potestatem. tom. 1. V Viteb. lat. *pag.* 311. de potestate Papæ, & *tom.* 7. V Viteb. lat. *pag.* 447. aduersùs Papatum Romæ à Sathana fundatum.

De Antichristo tom. 2. V Viteb. lat. *pag.* 135. & 141. Ienæ *tom.* 2. *pag.* 370. Germanicè Vrsellis 1574. in 4. & *tom.* 7. V Viteb. *pag.* 49. & 194.

Obiit in hæresi anno Christi 1546. die 17. Februarij, ætatis suæ 63. apostasiæ verò 34.

Matthæus Dresserus, Germanus, Lutheranus, edidit

Confutationem commentitiæ opinionis Roberti Bellarmini Iesuitæ, de translatione Imperij Romani à Græcis ad Romanos, institutioneque Septemuirorum Electoralium per Pontificem Romanum. Francofurti anno 1592. in 4.

Matthæus Flaccus Illyricus, Germanus, Lutheranus, Centuriator Magdeburgensis, edidit

Aduersùs Romanum Pontificem, Catal. test. veritat. lib. 1. *p.* 2. & 6. Christianæ & Antichristianæ doctrinæ Antitheses, *p.* 26. D. Petri Apostoli, & Pontificis Romani, eorumque doctrinæ collatio *p.* 62. Testimonia Diui Pauli aduersùs Papatum; de præcipuis doctrinæ Christianæ capitibus. Heidelbergæ anno 1608. in fol. Item lib. 1. *pag.* 52. lib. 3. *pag.* 141. lib. 4. *pag.* 271. lib. 6. *pag.* 619. lib. 8. *pag.* 799. & 823. Item lib. 1. *pag.* 1. & *seqq.* & in tract. *de Antichristo*, Germanicè ann. 1570. in 8. edit.

Matthæus Hoë, Germanus, Lutheranus, edidit

Aduersùs Romanum Pontificem de Antichristo, libro tertio Comment. in 6. cap. Apocalypsis, Angeli Tibicines, seu Insigniores hæretici septem; inter quos Antichristus imprimis maximus viuis coloribus depictus, &c. & lib. 4. in 13. cap. ibid. *pag.* 164. 269. & 322.

Matthæus Sutlius, Caluinista, edidit

De Pontificia Rom. iniustissima in Ecclesia dominatione, aduersùs Robertum Bellarminum, libros 5. Hanouiæ anno 1605. in 8. apud Guilielmum Antonium.

Maximilianus Philo, Germanus, Lutheranus, edidit

Triumphum Papalem per successionem mentitam, & consensum dissentientem Pontificiorum & Iesuitarum. Francofurti ad Porsium.

Melchior Goldastus, Haiminsfeldius, Germanus IC. Consiliarius Saxoneus, Caluinista, edidit opus, cui titulus est:

Monarchia S. Romani Imperij, siue tractatuum de Iurisdictione Imperiali, seu Regia, & Pontificia, seu Sacerdotali; deque potestate Imperatoris, siue Regis, ac Papæ, cum distinctione vtriusque Regiminis, Politici & Ecclesiastici. Tomi tres, Primus prodiit Hanouiæ typis Thomæ VVillierij, impensis Conradi Biermanni & consort. 1612. in fol. Secundus. Francofordiæ typis Nicolai Hoffmanni, impensis Conradi Biermanni, & consortum, anno 1614. in fol. Tertius ibid. typis eiusdem & impensis eorundem, anno 1613. in fol. Latinè, *sicut interponitur annus impressionis.* Hæc Monarchia prohibetur *in Indice Romano in decreto* 23. Augusti 1634.

Viuebat

Viuebat Francofurti ad Mœnum anno salutis 1614.

Menradus Moltherus, Germanus, Lutheranus, edidit

Romanorum Pontificum Catalogum.

Vixit anno Domini 1546.

Michaël Dunkius, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

De Antichristo reuelato aduersùs Romanum Pontificem. Nuremburgæ anno 1632. in 4.

Michaël VVendlandus, Gryphenbergensis, Germanus, Lutheranus, edidit

Discursum de pace, & curâ religionis, iurisdictione Imperatorum in Pontifices, libertate conscientiarum, violentam Pontificum Romanensium in Imperatorum & hominum conscientias arrogantiam gnauiter & grauiter depingentem. Lipsiæ anno 1615. in 8.

Dissertationem de iurisdictione Imperatoris in Pontifices, &c. Geræ anno 1614. in 8.

Milletierrus, Gallus, Caluinista, Minister Charentonij, scripsisse audio

De successione Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Vrbanum VIII.

Moses Pflagerus, Germanus, Lutheranus, edidit

De Antichristo aduersùs Romanum Pontificem, in Postilla Euang. Dom. 25. post Trinitatem loc. 1. *pag.* 1060

N.

Nicolaus Honigerus, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

De Romanis Pontificibus. Basileæ anno 1586. in 4.

Nicolaus de Morbais, edidit Gallicè

Supplicationem ad Imperatorem, Reges, Principes, Status, Respublicas, & Magistratus Christianos de causis conuocandi Concilium Generale aduersùs Paulum V. Romanum Pontificem.

O.

Otho Korberius, forsan *Cerberus*, Pabergensis, Germanus, Lutheranus, edidit

Librum,

Librum, quòd Papa nullo iure teneatur, neque etiam per omnes sanctiss. sui corporis vires possit, vel vnicam orationem dominicam verè, adeoque ex corde dicere. Prodiit anno 1539. in 4. Extat MS. in Bibliotheca Imperiali Viennæ in Austria.

Otho Gualperius, Germanus, Lutheranus, edidit

Orationem de Ecclesiæ auctoritate & potestate. Marpurgi anno 1591. apud Paulum Egenolphum.

P.

P*Acard*, Gallus, Caluinista, edidit Gallicè

Descriptionem Antichristi. Geneuæ in 8.

Papatus Romanus, hoc est, Liber de origine, progressu, atque extinctione ipsius. Londini 1618. in 4. apud Ioannem Bellum, & Francofurti.

Parallela, siue memorabilia de vita & moribus Pontificum Romanorum exempla cum Ethnicorum Principum dictis, factisque comparata, nunc aucta. Ambergæ anno 1610. in 8. apud Michaëlem Forsterum.

Paulus de la Scala, Comes Hunnorum, scripsit

De labyrintho Romani Antichristi. Item

Epistolam ad Romanum Antichristum. Basileæ in 4. apud Ioannem Oporinum.

Vaticiniorum & imaginum Ioachimi Abbatis Florensis Calabriæ, & Anselmi Marsicani, super statum summorum Pontificum Romanæ Ecclesiæ, contra falsam cuiusdam Pseudo-Magi, quæ nuper nomine Theophrasti Paracelsi in lucem prodiit, pseudomagicam expositionem, indubitatam explanationem. Coloniæ anno 1570.

Petrus Asilus, IC. Lutheranus, edidit

De Romani Pontificis tyrannide Commentarium. Francofurti anno 1594. in 8.

Petrus Cassiodorus, Eques, Anglus, scripsit

Epistolam de tyrannide Pontificis Romani in iura Regni & Ecclesiæ Anglicanæ anno Dom. 1250. Extat *tom.* 1. Monarchiæ Goldastinæ *à pag.* 11. *ad* 13.

Petrus Ioannes, Diœcesis Birauensis, scripsit

Postillam

Postillam in Apocalypsin, in qua Papam Antichristum dicit. Aduersùs hunc rescripserunt sancti Patres Anselmus & Bernardus.

Petrus Molineus, Gallus, Caluinista, Minister Sedani, scripsit

De Monarchia temporali Romanorum Pontificum. Londini in 8.

Librum de Antichristo, nomine suppresso.

Viuit Sedani hoc anno 1642.

Petrus Paulus Vergerius, Hæreticus, antea Episcopus Modrusensis, deinde Iustinopolitanus, & Clementis VII. & Pauli III. in Germania Legatus.

De coronatione Iulij III. Papæ, quid sperandum ex Papatu Iulij III. ad Angliæ Regem.

De nugis & fabulis Papæ Gregorij I. librum 1. *de triginta missis nuncupatis S. Gregorij.*

Orationem de diminutione Papatus. Edidit etiam

Epistolas Petrarchæ contra Papatum.

Rhythmos Franciſci Bernæ contra Papatum. Italicè

De Litteris Othonis Cardinalis Augustani de oratione Iulij III. scriptis.

De statu Romanæ curiæ, sub nomine Bonini de Boninis.

De Antichristo Romano.

Opusculum in quo rationes veræ monstrantur, quibus adducti Romani Pontifices, elegantes illas Septimanæ sanctæ cæremonias instituerunt. Tiguri anno 1552.

Librum de ordine eligendi Pontificis, & rationem de ordinatione, & consecratione eiusdem. Tubingæ anno 1556. in 8.

Petrus Piscator, Lutheranus, edidit

De Antichristo aduersùs Papam, disp. 19. loc. comm. theolog. Ienæ anno 1601. in 8.

Petrus Valladeus, vulgò *de la Vallade*, Gallus, Caluinista, Minister Fontiniaci Comitalis apud Pictones, edidit Gallicè

Apologiam pro epistola Ministrorum Parisiensium Regi oblatâ: oppositâ libro, quem aduersùs eos edidit Armandus Ioannes Plessæus Richeleus, Episcopus Lucionensis, Rupellæ ex Officina viduæ Ioannis Berthomme anno 1619.

Philippus Heilbrunnerus, Germanus, Lutheranus, edidit

Antitheſin doctrinæ S. Petri Apoſtoli, & Pontificis Romani. Lauingæ anno 1597. in 4.

Philippus Nicolaus, Germanus, Lutheranus, edidit

De Antichriſto Romano, filio perditionis, cum Loyolitana Societate conflictum 1.

Commentaria *de regno Chriſti*, lib. 1. cap. 5. *pag.* 143. *de Antichriſtis* in genere, ac in ſpecie cap. 10. ibid. *pag.* 337. Item *de regno Chriſti*, lib. 1. cap. 7. *pag.* 187. *De filio perditionis, ſiue Pontifice Romano, eiuſque Notis, regno & occaſu*, cap. 8. ibidem *pag.* 238. Item *de Beſtia filij perditionis ſepticipite, Papatu Romano per ſeptem Occidentis regna diffusè, eiuſque capitibus quinque deficientibus & duobus remanentibus.* Francofurti anno 1607. in 8.

Philippus Pleſſæus Mornæus, aliis *Marnixius*, Dominus de ſancta Aldegunde, Gallus, Caluiniſta, edidit

Examen eruditum, ac feſtiuum rationum, quibus Robertus Bellarminus Pontificatum Romanum adſtruere nititur. Heidelbergæ anno 1614. in 8.

Myſterium iniquitatis, ſeu hiſtoriam Papatus, quibus gradibus, ad id faſtigij eniſus ſit, quamque acriter omni tempore, vbique à pijs contra interceſſum. Aſſeruntur etiam iura Imperatorum, Regum, & Principum Chriſtianorum, aduersùs Bellarminum & Baronium Cardinales. Salmarij anno 1611. in 8. & in fol. Geneuæ 1612. in 8.

R.

Regis & Senatus Anglici ſententia, de Concilio, quod Paulus Epiſcopus Romanus Mantuæ futurum ſimulauit.

Remundus, Gallus, Caluiniſta, edidit Gallicè

Antichriſtum Romanum Antichriſto Iudaico Cardinalis Bellarmini oppoſitum. Geneuæ anno 1606. in 16.

Robertus Abbas, vel *Abbatius*, Anglus, Oxonienſis, Caluiniſta, edidit

Antichriſti demonſtrationem contra fabulas pontificias, & ineptam Roberti Bellarmini de Antichriſto demonſtrationem.

Robertus Abbot, Anglus, Profeſſor Oxonienſis, Caluiniſta, edidit

De

De potestate regia exercitationes aliquot aduersùs Cardinalem Bellarminum. Londini anno 1619. & Francofurti eodem anno in 4.

Robertus Barnes, Anglus, Caluinista, edidit

De vitis Romanorum Pontificum. VVittebergæ anno 1536. in 8. & Amstelodami anno 1615. in 8. vnâ cum Ioanne Balæo, *& continuatione* Ioannis Martini Lydij.

Robertus Burhillus, Anglus, Caluinista, edidit

De potestate regia, & vsurpatione Papali pro Tortura Torti, &c. *Responsionem.* Londini anno 1614. in 8. apud VVilhelmum Harper.

Rodolphus Gualtherus, vulgò *VValthern*, Germanus, Caluinista, edidit Germanicè

De Antichristo librum. Tiguri anno 1584. in 8.

Rogerius VVildringtonus, Anglus, edidit

Disputationem theologicam de iuramento fidelitatis sanctissimo Patri Paulo V. Papæ dicatam. Accessit eiusdem *Responsio Apologetica.* Basileæ anno 1614. in 8. apud Koning, & Londini eodem anno. Prohibetur *in decreto* 12. Nouembris 1616.

Apologiam Cardinalis Bellarmini pro iure Principum aduersùs suas ipsius rationes, pro auctoritate Papali Principes sæculares in ordine ad bonum spirituale deponendi. Londini anno 1601.

S.

Salomon Gesnerus, Germanus, Lutheranus, edidit

Aduersùs Primatum Romani Pontificis, lib. 1. cap. 7. & lib. 3. cap. 1. *de Concilijs.*

De Antichristo, in Compendio Theologico loc. 40. *pag.* 297. VVittebergæ anno 1606. in 8. & in disputatione Biblica in cap. 12. Danielis, membr. 1. *de Notis*, &c.

Serranus, Caluinista, edidisse comperio

De Ecclesia, librum in 8.

Sibrandus Luberthus, Caluinista, edidit

De Papa Romano libros 10. scholasticè & theologicè collatos cum disputationibus Roberti Bellarmini, ad illustres Frisiæ. Frankeræ anno 1593. in 8. apud Radæum.

De Papa Romano, replicationem ad defensionem 3. Controuersiæ Roberti Bellarmini, scriptam à Iacobo Gretsero. Arnhemi anno 1610. in 8.

Simon Hessus, edidit

Apologiam aduersùs D. Roffensem Episcopum Anglicanum super concertatione eius cum Vlrico Veleno, an Petrus fuerit Romæ, & quid de Primatu Romani Pontificis sit censendum. Prodiit in 4.

Somnium & Vaticinium Esdræ, de fatis Monarchiæ Romanæ.

Sorbonicæ laudes M. Becani Iesuitæ, hoc est, summa actorum facultatis Theologicæ Parisiensis, contra librum inscriptum: *Controuersia Anglicana de potestate Regis & Pontificis*, &c. Auctore Martino Becano, S. I. ad exemplum Bonhami Norton, Caluinistæ, recusum anno 1614. in 8.

Stephanus Szegedinus, Caluinista, natione Pannonius, edidit

Speculum Romanorum Pontificum, in quo decreta cum verbo Dei pugnantia, vitæ cursus, & prodigia horrenda depinguntur. Geneuæ anno 1584. in 8. Item in locis communibus Theologicis *pag.* 498. Basileæ anno 1599. in fol. & 1602. in 8. apud V Valdkirkium.

De Antichristo, in locis commun. Theolog. *pag.* 388.

Supplicatio ad Imperatorem, Reges, Principes, super causis Generalis Concilij conuocandi contra Paulum V. ad exemplum Bonhami Norton Caluinistæ, recusa anno 1604. in 8.

T.

Theodorus Bibliander, Germanus, Lutheranus, edidit

Vitam S. Petri Apostoli. Basileæ anno 1550.

Aduersùs Romani Pontificis auctoritatem.

Theodorus Snepfius, Germanus, Lutheranus, edidit

Thesin de clauibus ex dicto Christi Matth. 16. *Tibi dabo claues regni cælorum.* Tubingæ anno 1586. in 4.

Theophilus Bannosius, edidit

De Politia ciuitatis Dei, & Hierarchia Romana, librum 1. Prodiit anno 1592. in 4.

Thomas

Thomas Brigtmannus, Caluinista, edidit

Antichristum Pontificiorum & Iesuitarum fictitium & ementitum monstrum esse, demonstrationem, aduersùs Robertum Bellarminum. Ambergæ anno 1610. in 8.

Thomas Draxus, Germanus, Lutheranus, edidit

Aduersùs Romanum Pontificem, in præparatione angelica de fuga à Babylone, in qua euincitur, Romam hodiernam esse Babylonem Apocalypticam, &c. Oppenheimij anno 1614. in 8.

Thomas Mortonus, Anglus, Caluinista, edidit

De Iudice Ecclesiæ, librum. Londini anno 1606. in 4. ex Officina Nortoniana.

Thomas Reuius, vel *Riuius*, Regis Angliæ Aduocatus, Caluinista, edidit

Historiam Romanorum Pontificum. Amstelodami anno 1632. in 8.

V.

VIgnerius, Gallus, Caluinista, edidit Gallicè

Theatrum Antichristi, in fol.

Vlricus Velenus, Minhonensis, edidit

Disputationem, *Petrum Apostolum nunquam Romæ fuisse.* Prodiit anno 1520.

VVilelmus Lyserus, Germanus, Lutheranus, edidit

Necessariam depulsionem duarum grauissimarum accusationum, quibus Iesuitæ Ecclesias Augustanæ confessionis calumniosè onerant, ac si Papam dicendo Antichristum 1. Romanum Imperium, Cæsaream maiestatem, cæterosque status catholicos, iniuria afficerent. 2. solemnem religionis pacificationem violarent. VVittebergæ anno 1629. in 12. apud Paulum Helvvigium.

VVolfgangus Frantzius, Germanus, Lutheranus, edidit

Tractatum Theologicum nouum & perspicuum, de interpretatione sacrarum Scripturarum maximè legitima, duabus constantem regulis essentialibus illis, quæ Luthero ad Papatus destructionem, in versione Bibliorum Germanica, & in Scripturarum, præter morem antea sub Papatu consuetum explicatione, vnicè

vsitatæ & familiares fuere. VVittembergæ anno 1633. in 4. apud hæredes Samuelis Seelfischij & Zachariæ Schureri.

VVolfangus Martius, Germanus, Lutheranus, edidit *Quædam contra Papatum*, quibus respondet Hanardus Gamerius.

Finis Libri secundi, ac totius operis.

Laus Deo, ac Beatissimæ semperque Virgini Mariæ de Monte Carmelo Patronæ meæ carissimæ.

Hanc Bibliothecam Pontificiam duobus libris distinctam omnino subijcio sanctæ & immaculatæ Ecclesiæ Romanæ, D.N. Iesu Christi sponsæ, ac Pontifici Maximo.

APPEN

APPENDIX

Ad primum librum.

PAgina 7. linea 4. *post illa verba*, S.I. etiam & septemdecim tomo quarto historiæ Francorum Scriptorum Francisci Duchesnij Andreæ filij, *à pag.* 200. *vsque ad* 206.

Pag. 8. linea 17. *post illa verba*, in lucem proditura. Nunc verò habemus centum & decem tom. 4. historiæ Francorum Scriptorum, beneficio Francisci Duchesnij, *à pag.* 557. *vsque ad* 569. Item *à pag.* 592. *ad* 629. *&* 751. *ad* 769.

Pag. 17. linea 31. *post illa verba*, M S S. Eius verò filius Franciscus vnam refert tom. 4. historiæ Francorum Scriptorum *pag.* 767.

Pag. 90. linea 11. *post illa verba*, anno 1613. editam, & Franciscum Duchesnium Andreæ filium eruditissimum tomo 3. historiæ Francorum Scriptorum *pag.* 703. *&* 704.

Pag. 93. linea 4. *post illa verba*, S. I. Item & septemdecim tom. 4. historiæ Francorum Scriptorum Francisci Duchesnij *à pag.* 207. *vsque ad* 216.

Pag. 102. linea 26. *post illa verba*, Baronij; sed Franciscus Duchesnius quadraginta septem Epistolas Hadriani refert tom. 3. historiæ Francorum Scriptorum *à pagin.* 766. *vsque ad* 823.

Pag. 104. linea vlt. *post illa verba*, anno 868. Franciscus Duchesnius habet 15. eius Epistolas tom. 3. historiæ Francorum Scriptorum *à pag.* 853. *ad* 866.

Pag. 106. linea 2. *post hunc numerum*, 1585. Variæ eius etiam Epistolæ leguntur tom. 4. historiæ Francorum Scriptorum Francisci Duchesnij *à pag.* 586. *ad* 592.

Pag. 116. linea 29. *post illa verba*, in eius vita. Franciscus Duchesnius vnam Hugoni Attrebatensi, Archidiacono directam refert tom. 4. historiæ Francorum Scriptorum *pag.* 629. *&* 630.

Pag. 132. linea 10. *post illa verba*, in Vaticano, Franciscus Duches

Ducheſnius habet 88. eius Epiſtolas tom. 3. hiſtoriæ Francorum Scriptorum *à pag.* 866. *ad* 913.

Pag. 155. linea 9. *poſt illa verba*, Gabriel Naudæus. Ei ſcribit Epiſtolas Vlgerius Epiſcopus 47. Andegauenſis, quæ leguntur apud Franciſcum Ducheſnium tom. 4. hiſtoriæ Francorum Scriptorum *pag.* 769. *&* 770.

Pag. 161. linea 29. *poſt illa verba*, & ſeqq. Prodiit etiam in 4. per Fratrem Auguſtinum Fiuizanium Romanum Apoſtolici Palatij Sacriſtam, cum aliis quibuſdam D. Auguſtini *de vita ſua propria*, & Petri Oleradi opuſculis. Romæ ex Officina Ioannis Martinelli anno 1587.

Pag. 163. linea 18. *poſt illa verba*, in 4. editas. Item viginti duæ reperiuntur apud Franciſcum Ducheſnium Geographum Regium Andreæ filium tom. 3. hiſtoriæ Francorum Scriptorum *à pag.* 828. *vſque ad* 852.

Pag. 164. linea 35. *poſt illud verbum*, dicitur, & apud Franciſcum Ducheſnium tom. 4. hiſtoriæ Francorum Scriptorum *pag.* 198. *&* 199.

Pag. 169. linea 19. *poſt illa verba*, Antiq. Lect. & Franciſcus Ducheſnius tom. 4. hiſtoriæ Francorum Scriptorum *pag.* 763.

Pag. 170. linea 8. *poſt illud verbum*, Regius; ſed poſt eius mortem Franciſcus eius filius triginta & vnam, edidit tom. 3. hiſtoriæ Francorum Scriptorum *à pag.* 725. *vſque ad* 760.

Pag. 208. linea 18. *poſt illa verba*, Gretſerus, S. I. & Franciſcus Ducheſnius tom. 3. hiſtoriæ Francorum Scriptorum *à pagin.* 705. *vſque ad* 709.

Ibid. linea vltima, *poſt illud verbum*, edito, & apud Franciſcum Ducheſnium tom. 3. hiſtoriæ Francorum Scriptorum *à pag.* 715. *vſque ad* 725. *&* 760. *ad* 766.

Pag. 211. linea 20. *poſt illud verbum*, dicitur. Item apud Franciſcum Ducheſnium tom. 4. hiſtoriæ Francorum Scriptorum *pag.* 198.

Pag. 214. lin. 28. *poſt illa verba*, fore auctiora, è quibus 161. prodierunt *ex editione* Ioannis Baptiſtæ Maſſoni Papyrij fratris, & 55. *à Codice Manuſcripto*, Iacobi Sirmondi S. I. tom. 2. hiſtoriæ Francorum Scriptorum *à pag.* 789. *ad* 844.

Pag. 222.

Pag. 222. linea 20. *post illud verbum*, Purpurata, necnon in historia Hierosolymitana Fulcherij Carnotensis, quam nouissimè edidit Cl. V. Franciscus Ducheſnius tom. 4. historiæ Francorum Scriptorum *à pag.* 816. *vsque ad* 889.

Pag. 231. linea 4. *post illud verbum*, Viennensem, & Franciscus Ducheſnius tom. 3. historiæ Francorum Scriptorum *à pag.* 709. *vsque ad* 714.

APPENDIX

Ad Centuriam Pseudopontificum.

Pag. 236. post lineam 2. adde:

Constantinus Nepesinus, Ducis Nepesini filius, ex laico Pseudopontifex Romæ creatus anno Domini 767. die Dominico 4. Calendas Iulias, postridie Diaconus, & Presbyter à Georgio Prænestino Episcopo factus; Pontifex verò die Dominico sequenti, 3. Nonas Iulij, apud S. Petrum in Vaticano à Georgio Prænestino, Eustratio Albano, & Citonato Portuensi creatus aduersùs Stephanum IV. legitimum Pontificem Romanum, scripsit

Epistolas varias, præsertim duas, ad Pippinum Regem Francorum, & Patricium Romanorum, quæ leguntur apud Franciscum Ducheſnium tom. 3. historiæ Francorum Scriptorum *à pag.* 824. *vsque* 827.

Excæcatus est à factiosis quibusdam hominibus post Stephani consecrationem. Sedit annum 1. mensem 1. & dies 9.

De Constantini Epistolis testimonia perhibent Cardinalis Baronius anno 767. *num.* 7. Centuriatores Magdeburgenses hæretici *centuria* 8. *cap.* 10.

Ibidem post lineam vltimam.

Paschalis III. seu IV. antea Guido Cremensis, Pseudopontifex anno Christi 1164. creatus aduersùs Alexandrum III. legitimum Pontificem Romanum, scripsit

Epistolam, ad Ludouicum VII. *cognomento* Iuniorem Francorum

corum Regem, quæ habetur tom. 4. historiæ Francorum Scriptorum *pag.* 729.

Decessit Romæ anno salutis 1164. in Basilica S. Petri, quam magno Friderici Imperatoris præsidio adhuc obtinebat.

Ibidem

Victor IV. antea *Octauianus de Monticello*, Romanus, ex Presbytero Cardinali S. Cæciliæ anno gratiæ 1159. Non. Septembris, à nouem Cardinalibus Romæ Pseudopontifex electus contra Alexandrum III. scripsit

Epistolas duas, ad Ludouicum VII. Francorum Regem, quas Franciscus Ducheſnius tom. 4. historiæ Francorum Scriptorum *pag.* 582. *&* 583.

Obiit Lucæ in Etruria anno Christi 1164. mense Aprili, sub Alexandro III. Pontifice Optimo Maximo.

Eius Epistolæ memorantur à Paschali Pseudopontifice *in Epistola* ad Ludouicum VII. Francorum Regem.

De rebus gestis Victoris consule omnes Vitarum Pontificiarum Scriptores.

APPENDIX.

Ad Librum secundum.

Pag. 245. post lineam 17. adde

Alexander Fichetus, Sabaudus, è Minore Bournando diœcesis Gebennensis Societatis Iesu Theologus, edidit Gallicè

Trophæum sanctæ Sedis, aduersùs libros Marci Vulsoni Consiliarij Grationopolitani Caluinistæ *de potestate Papæ & libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ*. Gratianopoli anno 1640. in 4. apud Petrum Verderum Typographum Regium, vt ab Auctore didici.

Viuit Lugduni hoc anno salutis 1643. sub S. D. N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

Pag. 164. lin. vltima adde. Anno 1611. mense Februarij, ex Petro Doultremant *in eius Elogio*.

Pag. 268.

Pag. 268. post lineam 35.

Arnobius, natione Afer, ex Pagano Christianus factus, scripsit

De disputatione S. Petri Apostoli & Simonis Magi, libro secundo contra Gentes.

Floruit anno à partu virgineo 285. sub S. Caio Papa.

Ibidem

Arnoldus Ossatus, Auxitanus, ex Libellorum supplicum in Regia Magistro, & Vareni apud Rutenos Decano, Episcopus 66. Redonensis, & 50. Baiocensis, deinde S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Eusebij, scripsit

De rebus gestis Clementis VIII. Pont. Max. libris Epistolarum.

Obiit Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1604. pridie Idus Martij: sepultus est in Ecclesia S. Ludouici cum effigie marmorea & Epitaphio alibi relato.

Pag. 294. post lineam 20. adde

Cornelius Amaltheus, edidisse exploratum habeo

Poëma Latinum, ad Pium IV. Pontificem Maximum. Extat ad calcem libri Carminum Gabrielis Flammeæ, Veneti, Episcopi Clodiensis.

Vixisse constat sub Pio IV. summo Pontifice.

Pag. 316. linea 1. adde.

Obiit Vlyssipone anno Christi 1617. Septembris, ætatis suæ 70.

Pag. 334. post lineam 5. adde

Henricus Albius, vulgò *Albi*, Gallus, Societatis Iesu Theologus, paratum habet opus, cui titulus est.

Elogia historica Cardinalium Illustrium Francorum & Extraneorum Parallelis apposita, cum Iconibus è Museo Clarissimi Viri Gaspardi de Monconys, Domini de Liergues & de Poüilly, Consiliarij Regij, & quæstionum Iudicis in Præfectura Lugdunensi.

Viuit hoc anno Domini 1643. sub Vrbano VIII. Pontifice Opt. Max.

Pag. 360. post lineam 20. adde

Ioannes Clerik, natione Anglus, edidisse compertum habeo

Orationem, &c. vt linea 21.

FRAGMENTVM
Libelli S. Marcelli Rom. Martyr.
DE
Conflictu S. Petri Apostoli, & Simonis Magi.
EX
Peruetusto Breuiario Flauiniacensi MS. desumptum.

Monitio ad Lectorem.

PERÆ pretium duxi (Candide Lector) *hoc Fragmentum S. Marcelli Romani Martyris in publicum edere, cùm hactenus ineditum extiterit, licèt à viris doctissimis summopere exoptatum; quare anno elapso cùm Semurium apud Mandubios profectus essem, beneficio R. P. Isaaci Garnetot Benedictini Cantoris Prioratus B.V. Mariæ* (vbi sepultus est Gilbertus Genebrardus Musarum decus) *peruetustum Breuiarium*, vulgò, *Flauiniacense nuncupatum, peruolui, in quo de verbo ad verbum istud Fragmentum reperi, & transcripsi, quod libenti animo posteritati transmitto, vt industriâ nostrâ fruatur, ad cuius Fragmenti authoritatem integram comparandam grauiorum Authorum testimonia ex animo præmitto.*

ELOGIA

ELOGIA

IN

S. Marcelli Romani Martyris libros.

SIGEBERTVS GEMBLACENSIS

Libro de Illustribus Viris.

ET

ANTONIVS POSSEVINVS

In Apparatu sacro.

MARCELLVS Marci Præfecti vrbis Romæ filius, ex Discipulo Simonis Magi, Discipulus B.Petri Apostoli, conflictum Apostolorum Petri & Pauli,cum Simone Mago,cui assiduus interfuit, rogatu Christianorum, qui non interfuerunt,fideliter scripsit,& Ecclesiis Dei propè, vel procul positis legendum concessit. Ad SS. Nereum & Achilleum pro Christo in Pontiana insula relegatos,scripsit

De mirificis rebus & actibus Beatorum Petri & Pauli, & de magicis artibus Simonis Magi.

Scripsit præterea

De obitu S.Petronillæ Virginis,filiæ B.Petri Apostoli.

De passione S.Fœliculæ Virginis & Martyris.

De passione S.Nicomedis Presbyteri Martyris.

Hæc Sigebertus,& Posseuinus *locis citatis.*

IOANNES TRITHEMIVS ABBAS,

De Scriptoribus Ecclesiasticis.

MARCELLVS, Marci vrbis Romæ Præfecti filius, Simonis Magi quondam discipulus, litteris sæcularibus sufficienter instructus, prædicatione B. Petri Apostoli ad fidem Iesu Christi conuersus, multa ad vtilitatem Ecclesiæ Dei composuit. Scripsit enim, rogantibus Christianis,

De conflictu S.Petri & Simonis Magi, lib. 1.
Ad SS.Nereum & Achilleum, lib. 1.
De actibus Petri & Pauli, lib. 1.
De artibus Simonis, lib. 1.
De obitu S.Petronillæ, lib. 1.
De passione S.Fœliculæ, lib. 1.
De passione S.Nicomedis, lib. 1.

Alia quoque de Sanctorum gestis edidit, quæ ad notitiam nostram non venerunt.

Claruit Romæ temporibus S.Petri Apostoli, ann. Domini 50.

CONRADVS GESNERVS

In Bibliotheca.

MARCELLVS, Marci vrbis Romæ Præfecti filius, Simonis Magi quondam discipulus, scripsit rogantibus Christianis,

De conflictu S.Petri & Simonis, lib. 1.
Ad SS.Nereum & Achilleum, lib. 1.
De obitu S.Petronillæ, lib. 1.
De passione S.Fœliculæ, lib. 1.
De passione S.Nicomedis, lib. 1.

Alia quoque de Sanctorum gestis edidit.

Claruit anno Domini 50.

FRAGMENTVM LIBELLI

De conflictu S. Petri Apostoli, & Simonis Magi, ex peruetusto Breuiario Flauiniacensi desumptum. Auctore S. Marcello, Romano Martyre.

MARCELLVS Seruus Christi, sanctis Confessoribus Nereo & Achilleo. Lectis litteris vestris, gaudio sum repletus: cognoui enim vos constantes esse & fide & corpore, & sollicitè pro veritate pugnare. Vnquam memorastis obiectum vobis hoc quòd Simon innocens fuerit? retexam vobis ex aliqua parte vitam eius, vt ex paucis cuncta noscantur. Ego enim cùm eius essem discipulus, malignum & infanticidum & maleficum illum, & effractorem cognoscerem; deserui eum, & adhæsi Domino meo sancto Petro Apostolo. Quem cùm Simon, Magum diceret, & populum Romanum in eius odium excitaret; subitò in eo loco, in quo Petrum Simon arguebat, transibat vidua cum ingenti populo, clamosisque vocibus cum luctu efferens mortuum vnicum filium suum. Tunc Petrus ait ad populum, qui credebat Simoni: Accedite ad feretrum, & deponite eum, qui mortuus dicitur; & qui eum suscitauerit, huius vera fides esse credatur. Quod cùm fecisset populus, dixit Simon: Modò si eum resuscitauero, interficietis Petrum. Respondítque omnis turba: Viuum incendemus. Tunc Simon inuocatis dæmoniis ministerio eorum cœpit agere, vt moueretur corpus. Quod populi videntes, cœperunt clamare in laudem Simonis, & in perniciem Petri. Tunc Petrus vix impetrato silentio, ait ad populum: Si viuit, ambulet, loquatur, accipiat cibum, reuertatur in domum suam. Quòd si hoc non fecerit, sciatis vos falli à Simone. Ad hæc populus vna voce

voce clamabat,dicens : Si hoc non fecerit Simon, pœnam quam Petro propoſuit,ipſe patiatur. Simon verò fingens ſe iratum, fugam petebat. Populus verò, cum ingenti exprobratione tenebant & cuſtodiebant eum. Tunc Petrus expandens manus ſuas ad cœlum, dixit: Domine Ieſu Chriſte, qui nobis diſcipulis tuis dixiſti: Ite, in nomine meo dœmonia eiicite, infirmos curate, mortuos ſuſcitate; excita puerum iſtum vt omnis hæc turba cognoſcat, quia tu es Deus, & non eſt alius præter te, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen. Exurgens autem puer, adorabat Petrum, dicens: Vidi Dominum Ieſum iubentem Angelis, & dicentem: Ad petitionem amici mei Petri, reſtituatur orphanus vnicus viduæ matri ſuæ. Ad hæc populus vna voce clamabat: Vnus Deus quem prædicat Petrus.Simon verò transfigurauit ſe in caput caninum, & cœpit fugere. Populus autem tenuit eum, & dum vellent eum in ignem mittere,miſit ſe Petrus, & liberauit eum, dicens: Magiſter noſter hoc nos docuit, vt pro malis bona reddamus. Cùm ergo euaſiſſet Simon, venit ad me, & putans me neſcire quid factum fuiſſet, canem immmanem, quem vix catena ferrea vinctum tenebat, ligauit in ingreſſu, dicens: Videamus, ſi Petrus qui ſolet venire ad te,poterit ingredi. Sed poſt vnam horam veniens Petrus, ſoluit canem,& dixit ei: Vade, & loquere Simoni: Deſine miniſterio Sathanæ, decipere populum, pro quo Chriſtus ſanguinem ſuum fudit. Videns autem tanta mirabilia,cucurri ad Petrum,& genibus eius prouolutus excepi eum in domo mea: Simonem verò expuli cum dedecore. Canis autem blandus omnibus effectus, ſolùm Simonem perſequebatur: quem cùm miſiſſet ſubtus ſe,cucurrit Petrus clamans, & dicens: Præcipio tibi in nomine Chriſti Ieſu, vt non figas morſus in aliqua parte corporis eius. Canis autem nullum quidem eius potuit contingere membrum; ſed veſtimenta eius ita morſibus adtrectauit,vt nulla pars eius corporis intacta remaneret. Populus autem omnis,& præcipuè pueri, ſimul cum cane,poſt eum tandiu cucurrerunt, quandiu illum cum vlulatu, quaſi lupum, extra muros eiicerent. Poſt hæc autem opprobrij huius pudorem non ferens, per annum vnum nuſquam comparuit. Poſtea verò inuenit quendam, qui eum Neroni Cæſari inſinuaret. Sicque

factum

factum est, vt homo malignus, malignum peiorem se suis amicitiis copularet. Post hæc etiam apparuit Dominus Apostolo Petro, in visione dicens: Simon, & Nero pleni dœmoniis, aduersum te cogitant. Noli timere quia ego tecum sum, & dabo tibi serui mei Apostoli Pauli solatium, qui cras Romam ingredietur. Cùm quo post septem menses, simul habebitis contra Simonem bellum. Et postquam viceritis & deiieceritis eum, & deposueritis in Inferno, simul ad me venietis victores; quod & factum est. Nam altera die cùm veniisset Paulus in Vrbem Romam, conuenerunt ad eum omnes Iudæi dicentes: Nostram fidem in qua natus es, ipse defende. Non est enim iustum, vt tu cùm sis Hebræus ex Hebræis veniens, Gentium te Magistrum iudices, & incircuncisorũ defensor factus: Tu cùm sis circuncisus fidem circumcisionis euacues. Cùm ergo videris Petrum, suscipe contra eius doctrinam; quia omnem obseruationem nostræ legis euacuauit. Excluſit Sabbatum & Neomenias, & legitimas ferias exinaniuit. Quibus Paulus respondit. Me Iudæum & verum esse Iudæum, hinc poteritis probare, cùm & Sabbatum obseruare, & circumcisionem veram poteritis aduertere. Nam & & Sabbatho die requieuit ab omnibus Deus, & nos habemus patres & Patriarchas & legem, qui ita prædicant. Petrus in regno gentium sedet, si fortè aliquam vult introducere nouam doctrinam sine conturbatione & sine inuidia: Nuntiate ei vt nos videamus, & in vestro conspectu ego illum conuincam. Quòd si fortè doctrina eius fuerit veraci testimonio ex Hebræorum libris munita, decet nos ei omnes obedire. Audiens interea Petrus Romam Paulum adueniisse, gaudio gauisus magno, perrexit ad eum. Videntes autem se præ gaudio fleuerunt; & in amplexibus suis diutissimè morati, inuicem se lachrymis infuderunt. Cumque Paulus omnem textum suorum casuum Petro indicasset; & qualiter naufragij fatigationibus adueniisset, & Petrus dixisset illi quantas à Simone Mago pateretur insidias, abscessit ad vesperum, manè die altero reuersurus. Cumque aurora diei daret initium: Ecce Petrus adueniens inuenit multitudinem Iudæorum ante fores Pauli. Erat autem inter Iudæos & Gentiles infinita contentio. Iudæi enim dicebant: Nos genus electum & regale, amicorum Dei, Abrahæ, Isaac, & Iacob,

& omnium Prophetarum cum quibus locutus est Deus, quibus ostendit secreta sua. Vos autem ex gentibus nihil in semine vestro magnum, nisi in Idolis & sculptilibus inquinati & execrabiles extitistis, hæc & his similia dicentibus Iudæis, gentes respondebant dicentes: Nos, vt audiuimus veritatem, reliquimus errores nostros, & secuti eam sumus. Vos autem & paternas leges, & virtutes scitis, & prophetarum signa vidistis & legem accepistis, & mare siccis pedibus transistis, & columna nubis vobis viam demonstrauit, & manna de cœlo, & de petra aqua fluxerunt. Et post omnia hæc, Idolum vobis fabricastis, & adorastis sculptile. Nos autem nulla signa videntes; Deum hunc esse credimus, quem vos non credentes, dereliquistis. Illis sic contendentibus dixit Apostolus Paulus non debere eos has contentiones inter se suscipere, sed hoc magis attendere, quia complesset Deus promissa sua; quæ iurauit ad Abraham patrem nostrum, quòd in semine eius hæreditarentur omnes gentes. Non est enim personarum acceptio apud Deum. Quicumque enim in lege peccassent, secundùm legem iudicarentur. Qui verò sine lege deliquissent, sine lege perirent. Etenim in humanis sensibus tanta est sancti tas, vt bona naturaliter laudet, & puniat mala, quæ inter se inuicem cogitant, aut accusationes puniat, aut excusationes remuneret. Hæc & his similia Paulo dicente, factum est vt mitigati essent Iudæi & Gentes, sed Principes Iudæorum insistebant. Petrus verò, his qui eum arguebant, quod Synagogis eorum interdiceret, dixit: Audite fratres Spiritum sanctum promittentem Patriarchæ Dauid, quod de fructu ventris eius poneret super sedem suam: hunc ergo cui dixit Pater de cœlis, filius meus es tu, ego hodie genui te. Hunc crucifixerunt per inuidiam Principes Sacerdotum. Vt impleret autem redemptionem sæculo necessariam: permisit se hæc omnia sustinere, vt sicut ex costâ Adæ fabricata est Eua, sic ex latere Christi in Cruce positi fabricaretur Ecclesia, quæ maculam non haberet, neque rugam. Hunc Deus aditum aperuit omnibus filiis Abrahæ, Isaac & Iacob: vt insint in fide Ecclesiæ, & non in infidelitate Synagogæ. Conuertimini ergo, & intrate in gaudium Abrahæ Patris vestri, quia quod ei promisit Dominus adimpleuit; vnde & Propheta canit: Iurauit Dominus & non pœnitebit

nitebit eum : tu es Sacerdos in æternum ſecundùm Ordinem Melchiſedech.

Explicit libellus S. Marcelli Martyris.

VTrùm hic Libellus ſit ſancti Marcelli relinquo Doctoribus examinandum, cum contineat aliqua, quæ non videntur ſatis conſona ijs, quæ S. Paulus tradit in epiſt. ad Galatas, & ad Roman. in his enim duabus epiſtolis apparet S. Petrum multa permiſiſſe Iudæis, quæ apertè à Paulo condemnabantur ; in illa verò libello qui dicitur S. Marcelli, contrarium habetur.

Errata sic corrigito.

Pag.1.lin.4. Romæ die Dominico, *lege* Romæ 11.die Dominico.
p.2.l.19.Asseruantur MS. *leg.* Asseruantur MSS.
p.5.l.22.Extant MS. *leg.*Extãt MSS.
p.8.l.21. Quædam alia reperiuntur MS.*l.*Quædã alię reperiũtur MSS.
Ibid.l.36.Tornacensis S.Hildegardis Abbatissæ, *leg.*Tornacensis S.Hildegardis Abbatissa.
p.9.l.27. qui tandem quam Vlmus, *leg.*qui eandem quam Vlmus.
Ibid.l.vlt. Ioannes Darisberiensis, *leg.*Ioannes Sarisberiensis.
p.12.l.15.in Antimonnæo,*leg.*in Antimornæo.
p.13.l.18.in Bibliotheca Enij Franciſci,*leg.*in Bibliotheca Eminentissimi Franciſci.
p.15.l.21. Galbrielem Martinum, *leg.*Gabrielem Martinum.
p.17.l.32. œcumemicum, *leg.* œcumenicum.
p.19. adde B.
p.20.l.1.editus, *leg.*edito.
p.24.l.25. quæ reperitur cum Commentariis Petri Boërij Narbonensis,Abbatis S.Aniani.In hãc Constitutionem,*leg.*quę reperitur MS. cum Commentariis Petri Boërij Narbonensis Abbatis S. Aniani,in hanc Constitutionem.
p.25.l.34.v.A. *leg.*v.B.
p.27.l.20.*in* 8.*Bonifacio I.* leg.*in Bonifacio I.*
p.31.l.4.*cantibus hymnionis*, *leg.*cantibus hymni sonis.
p.37.l.25. Abbatem Vrsbergensem, *leg.*Abbatem Vrspergensem.
p.38.l.5. Houedenius,*l.*Houedenus.
p.40.l.4,Episcopus Siguinus,*l.*Episcopus Signinus.
p.41.l.32.P.Petri,*leg.*D.Petri.
p.45.l.4.Bibliotheca Medica, *leg.*Bibliotheca Medicæa.
p.49.l.12.Suarzij,*leg.*Suarezij.
p.53.l.7.Sylvester Petra Sancta, dele omnia,quæ de eo dicuntur.
Ibid.l.19.Canisius I.*l.*Canisius tom.1
p.54.l.21.Ripemaura,*l.*Rupemaura.
p.59.l.24.Cariolanus, *l.*Coriolanus.
p.60.l.14.memoriame,loquenti, *leg.* memoriam,eloquenti.
Ibid.l.29.cẽtatur,*leg.*cantatur.
p.64.l.13.fictitij,*ieg.*fictitias.
p.65.15. Floriacensi Antiquitatibus, *leg.*Floriacensi, & Antiquitatibus.
p.66.l.31.Archiscopus, *leg.*Archiepiscopus.
p.67. Ioannes Pagæus, bis repetitur, deleatur semel.
Ibid.l.36.Dominicani Romæ, *l.*Dominicani. Romæ.
p.71.l.2.scripa,*leg.*scripta.
p.77.l.21.Maurolici die 29.*leg.*Maurolici die 18.
p.78.l.2.in Chronogico,*leg.*in Chronologico.
p.83.l.23.in Sfortians,*l.*in Sfortiana.
p.86.l.28.Eccleſia Vaticana, *leg.* Eccleſiæ Vaticanæ.
p.87.l.17.à Vaticano,*leg.*è Vaticano.
Ibid.l.23. Ambo Cassinensis, *l.*Ambo Cassinenses.
Ibid.l.29.Fabius Leruida, *leg.*Fabius Leonida.
Ibid.l.33 de Simernibus, *leg.* de Simeonibus.
p.88.l.3.Trithenius, *leg.*Trithemius.
p.94.l.26.Obiit Pisiæ,*leg.*Obiit Pisis.
p.95.l.8.Prior Generalis, *leg.*Prioris Generalis.

p.96.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

p.96.l.13. Peubrochianæ, *leg.* Penbrochianæ.
Ibid.l.vlt. Gregorio XI. *leg.* Gregorius XI.
p.97.l.14.maiuſculis, *leg.*maiuſculis litteris.
p.98.l,3.de Zuna,*leg.*de Luna.
p.104.l.16.Ballamon, *leg.*Balſamon.
Ibid.l.23.Tapautius,*leg.*Tarautius.
p.107.l.1.Filiſca,*leg.*Fliſca.
p.108.l.16.menſ.16.*leg.*menſ.6.
p.109.l.13.Solodienſi,*l.*Salodienſi.
p.113.l.24.ſcribit,*leg.*ſcripſit
Ibid.l.vlt. Fruſinas, *adde*, vel Vanafranus.
p.114.l.18.Alcimo Auilo, *leg.* Alcimo Auito.
p.119.l.16.Incerti Auctores, *leg.*Incerti Auctoris.
p.120.l.19.Freſayo,*leg.*Fezaio.
Ibid.l.24.Angelorum, *l.*Anglorum.
p.124.l.34. Guilielmum Paradiſum, *leg.*Guilielmum Paradinum.
p.125.l.19.Androicus,*l.*Androinus.
126.l.17. Imperatorum Turcarum, *leg.*Imperator Turcarum.
Ibid.l.30.Rector de Fliſco, *leg.* Hector de Fliſco.
127.l.4.Epiſcopus Omutzienſis, *leg.* Epiſcopus Alerienſis.
p.137.l.12.Ferdinandi,*leg.*Ferdinandum.
Ibid.l.20.Anderuacenſis, *leg.*Andernacenſis.
p.140.l.1.Hiſtoria,*leg.*Hiſtoriæ.
Ibid.l.5.Podierunt,*leg.*Prodierunt.
Ibid.l.32.carminicè,*leg.*carmine.
p.142.l.18.1679.*leg.*1579.
p.143.l.23.Caſſanęus,*leg.*Caſtanęus.
p.144.l.2.Rodierunt,*leg.*Prodierunt.
p.149.l.vlt. Dagſpurgenſis, *leg.* Daſpurgenſis.
p.150.l.23.metis tranſiens, *leg.*Metis tranſiens.
Ibid.l.vlt.Veper,*leg.*Yepes.
p.151.l.27. Tribaldeus, *leg.* Tibaldeus.
p.153.l.6.agentem,*leg.*agentes.
Ibid.l.24.Sarbonicus,*l.*Sorbonicus.
p.157.l.24.S.Marcellinus hic ponendus eſt.
p.161.l.3.Edorenſis,*leg.*Eborenſis.
p.164.l.9.S.Antonius,*leg.*S.Antoninus.
Ibid.l.16.Bellouarenſis, *leg.*Bellouacenſis.
p.167.l.10.Rodicus,*leg.*Rodericus.
p.168.l.17.Nouarolo, *leg.*Nouarola.
p.169.l.36. ad Paſchalem II. vitam, *leg.*ad Paſchalis II. vitam.
p.170.l.18.Papinus,*leg.*Pepinus.
p.173.l.17.qui,*leg.*quæ.
Ibid.l.34.& 35.momentum, *leg.*monumentum.
p.174.l.16. Victorella, *leg.* Victorello.
p.176.l.8.auno,*leg.*anno.
p.177.l.24.Izanſſonium, *leg.*Ianſſonium.
p.182.l.10. Galfridus Hardebus ponatur à capite.
Ibid.l.21.Patauus,*leg.*Batauus.
Ibid.l.30.à S.Choro,*leg.* à S.Charo.
p.187.l.10. de educatione librorum, *leg.*de educatione liberorum.
p.190.l.10.S.Ouidij,*leg.*P.Ouidij.
Ibid.l.21.die VVille,*leg.*de Vuille.
p.191.l.vlt. de Bogauia, *l.*de Borgia.
p.195.l.36.Caracciæ,*leg.*Caraccia.
p.196.l.17.quæ,*leg.*quas.
p.198.l.36.Panninij,*leg.*Panuinij.
p.206.l.33.Fagundanus,*l.*Fundanus.
p.211.l.20.Ceruaſio,*leg.*Geruaſio.
p.213.l.10.Simerij,*leg.*Simeon.
p.214.l.12.Extat,*leg.*Extant.
p.217.l.18.ſanctitaem,*l.*ſanctitatem.
p.220.l.vlt.& concord.*l.*de concord.
p.222.l.10.in Germanis, *leg.*in Germania.
p.236,l.36.Canonis,*leg.*Cononis.

Errata Libri secundi.

Pag.240.l.14. Ordine Benedictus, *leg.* Ordine Benedictinus.
p.243.l.27. Ioanne Latino, *leg.* Ioanne Latomo.
p.251.l.2. auidissimo, *leg.* auidissimè.
p.257.l.34.Molani, *leg.* Molini.
p.258.l.6. Viuit, *leg.* Vixit.
p.259.l.7.Sarbonici, *leg.* Sorbonici.
Ibid.l.17.S.Gelasij, *leg.* v.Gelasij.
p.261. l.30. Forolouiensis, *leg.* Foroliuiensis.
p.275.l.10.1616. *leg.*1516.
p.283.l.29.Coruu, *leg.*Cornu.
p.285.l.8.Leonis, *leg.*Leonis Allatij.
p.287.l.2.par, *leg.*Par.
Ibid. l.30.Heremitarum, *leg.* Eremitarum.
p.289.l.29.Claudius Robertus, *leg.*Claudius Clemens.
p.293.l.34.Hæresiarchum, *leg.* Hæresiarcham.
p.295.l.35.Hadriano VII. *leg.*Hadriano VI.
p.307.l.32.ipsa, *leg.*ipso.
p.308.l.36.Elogiam, *leg.*Elegiam.
p.311.l.27. Namurensis, *leg.* Namurcensis.
p.312.l.8. Nicalaum I. *l.* Nicolaum I.
p.320.l.20.Nudæi, *leg.*Naudæi.
Ibid.l.30.Fabeo, *leg.*Fabio.
p.322.l.7.S.Thom. *leg.*S.Theol.
p.323.l.14.Cermani, *leg.*Germani.
p.326.l.4. noua, *leg.*nona.
p.346.l.13.Elodiæ, *leg.*Clodiæ.
p.347.l.33.Vrbano VI. *l.*Vrbano VII.
p.348.l.2.S.Thom. *leg.*S.Theol.
p.352.l.33. coronatus est, *leg.* conatus est.
p.353.l.10.Eborensis, *leg.* Ebroïcencensis.
p.362.l.10. Protonotorium, *leg.* Protonotarium.
p.363.l.24.Romanorum Pontificem, *leg.*Romanorum Pontificum.
p.364.l.4.IoannesGarcæus, vide, quæ dixi mus in Elencho Hereticorum, & hic omnia dele.
p.369.l.18. Carmelita, *leg.* Carmelitana.
p.376.l.12.Grigmanum, *leg.* Grignanum.
p.377.l.6. Bibliotheca Cardinalis, *leg.*Bibliotheca Cardinali.
p.379.l.23.Iulius Cæsarius, *leg.*Iulius Cæsarinus.
p.384.l.24 dicto, *leg.*dicato.
p.386.l.18.1650. *leg.*1630.
p.387.l.35.Leone X. Leonis X.
p.392.l.36.Lemouiæ, *leg.*Lemouix.
p.394.l.20. Monachum, *leg.* Monachorum.
p.396. l.4. post hoc verbum Cæsaræus, *adde*, Auctor prohibitus primæ classis.
p.401.l.20.Opotinum, *l.* Oporinum.
Ibid.l.21. scripsit, *leg.*scribit.
p.406.l.11.scribit, *leg.*scripsit.
p.407. l.9. discipulum, *leg.* Discipulum.
Ibid.l.10.Cautiones *leg.* Cantiones
p.408.l.11.de Ferrariæ recepæ, *leg.*de Ferraria recepta.
Ibid.l.22.Siluianici *leg.*Siluiniaci.
Ibid.l.36.Colonio, *leg.*Coloniæ.
p.411.l.13. Abedonensis, *leg.* Aberdonensis.
p.415.l.33.*de Alliace*, leg.*de Alliaco.*
p.423.l.24.Hadriano VI. *leg.* Hadriano IV.
p.424.l.34.Luduni, *leg.*Lugduni.
p.425.l.34.Senis, *leg.*Senem.
p.427.l.17.VrbaniVIII. *l.*VrbaniVII.

p.437.

p.437.l.7.1511.*leg.*1611.
Ibid.l.21. Namurensis, *leg.* Namurcensis.
p.438.l.25.Episcopus *l.* Episcopum.
p.444.l.5.Genuensi,*leg.*Geneuensi.
Ibid.l.32.Ferrarimensis, *leg.*Terracinensis.
p.445.l.3. Mediolanensis, *leg.*Melodunensis.
p.448.l.24. Clemente VII. Papæ, *leg.*Clemente VII. Papa.
p.453.l.16.anno,*leg.*annos.
p.457. l.1. Mouarchiæ, *leg.* Monarchiæ.
p.460.l.26.Bituriæ *leg.*Biturix.
p.465.l.16.Institutorum, *leg.* Institutionum.
p.468.l.30. Gregorius XII. *leg.* Gregorius XIII.
p.480.l.36.à Codice,*leg.*è Codice.

FINIS.

Raynaudi
Exotem.
Bibliot. Pontif.

Th
4906